
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01583814 7

GRAECVM LEXICON MANVALE

TRIBVS PARTIBVS CONSTANS

HERMENEVTICA ANALYTICA

SYNTHETICA

PRIMVM

A

BENIAMINE HEDERICO

[illegible]

POST REPETITAS SAM. PATRICII CVRAS

MVLTIS VOCABVLORVM MILLIBVS

PLVRIMISQVE NOVIS SIGNIFICATIONIBVS [illegible]

LOCVPLETATVM ET [illegible]

CASTIGATVM ET EMENDATVM

[illegible]

[illegible] ERNESTI

LIPSIAE

In Bibliopolio IOH. FRID. GLEDITSCHII

PROSTAT [illegible]

MDCCLXVII

Thaas

£14

GRAECVM LEXICON MANVALE

TRIBVS PARTIBVS CONSTANS

HERMENEVTICA, ANALYTICA SYNTHETICA

PRIMVM

A

BENIAMINE HEDERICO

INSTITVTVM

POST REPETITAS SAM. PATRICII CVRAS

MVLTIS VOCABVLORVM MILLIBVS

PLVRIMISQVE NOVIS SIGNIFICATIBVS VERBORVM

LOCVPLETATVM, ET MVLTIS MODIS

CASTIGATVM ET EMENDATVM

CVRA

IO. AVGVSTI ERNESTI

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO IOH. FRID. GLEDITSCHII

PROSTAT ETIAM LONDINI APVD I. NOURSE

CIↃ IↃCCLXVII


UNIVERSITY OF TORONTO



LECTVRIS
S. D.
IO. AVGVSTVS ERNESTI



In caussis, propter quas tam pauci ad scientiam linguae graecae vel mediocrem perueniant, *Moses Solanus* * iure numerat vitia Lexicorum, quibus puerilis aetas vtitur. Eorum duo maxime impediunt verum verborum intellectum. Primum est, quod significationes saepe numero vel prorsus alienae verbis tribuuntur, vel parum accurate distincteque traduntur: alterum, quod tam pueriliter atque inepte latinis vocabulis exprimuntur graeca, vt intellectus impediatur potius interpretando, quam adiuuetur. Quod fit maxime hanc ob caussam, quod interpretatio nimis etymologiae rationibus accommodatur, neglecto vsu loquendi, qui solus in hoc genere dominatur, in primis in compositis e praepositione vna pluribusue, in quibus incredibile dictu est, quam pueriliter peccetur, item ex εὖ, φίλος aliisque. Talibus igitur erroribus, vitiis ineptiisque cum plena sint Lexica vulgaria, quae sunt in tironum manibus,

* In praef. ad Plutarch. *Briani.*

nec vltra ea plerique ſapiant, qui in Scholis literas graecas docent, mirum eſſe non poteſt, ſi tam pauci bene proficiunt in eo genere literarum, nec plus conſequuntur plerique, quam vt ſcriptorum graecorum orationem poſſint ad verbum, ſcilicet e ſui quisque Lexici praeſcripto, latine interpretari, h. e. vt non modo nihil intelligant, cum interea ſe credant intelligere, ſed etiam ipſos ſcriptores graecos ſtultiſſimos putent, vehementerque contemnant.

Hoc tantum malum potuiſſet caueri, ſi ab initio viri excellenti literarum graecarum ſcientia praediti, voluiſſent ſe demittere ad hanc curam, vt tironibus in eo genere conſulerent, nec eos hominibus imperitis per Lexica talia corrumpendos permitterent. Sed dum ii laboris huius moleſtiam defugiunt, eumque nec doctrina ſua dignum, nec ſatis ſibi honeſtum putant, inuadunt eam prouinciam homines imperiti, inſcitiaque ſua plus nocent literis, quam illi deinde exquiſita ſua doctrina prodeſſe poſſunt. In quo lingua graeca inprimis iniqua fortuna vſa eſt. Nam latinae quidem literae cum inſtaurari coepiſſent, ſummi homines, *Eraſmi*, *Camerarii*, *Melanthones*, aliique, non dubitarunt cauſſam ſuſcipere tironum, et plures libellos edere, quibus ii, vel ad intelligendum latine, vel ad ſcribendum adiuuarentur: neque ea res ipſis dedecori, ſed inprimis honeſta, iuuentuti autem maxime vtilis fuit. Vere hoc me puto affirmare: ſi quis vel ipſorum, vel ex eodem ordine, pari cura complexus graeca, Lexicon in tironum vſum confeciſſet, in quo verba graeca primum accurate, deinde perſpicue, hoc eſt, bene latine (neque enim vllo modo perſpicuitas eſſe poteſt interpretationis ſine puritate ſermonis eius, quo in interpretando vtaris, ſemperque ſub illa ad verbum, ſiue potius ad etymologiam verborum, facta male latina interpretatione latet inſcitia ſenſus), denique ex vſu loquendi ſcriptorum optimorum, non e verborum notatione; ſi quis ergo hoc facere ſuſtinuiſſet, non dicam plus gloriae conſecutus eſſet, ſed multo plus literis graecis profuiſſet, quam doctiſſimis in quemuis ſcriptorem commentariis, quos non niſi doctiores legunt, quibus pleraque dudum ipſis nota ſatis et perſpecta erant. Etenim, in omni genere diſciplinae, quis neſcit, quantum referat, ſtatim ab initio veris et accuratis

curatis notionibus imbui? Quam deinde non modo paucis contingit, vt male percepta dedifcendi facultas detur, fed quam pauci eo funt vel ingenio, vt facile poffint, vel animo, vt velint, falfa & praua dedifcere. Nimis firmiter coalefcunt animis infita teneris, nec facile poffunt auelli: & quæ pueri arripuimus, ea fere ita amplectimur atque tenemus, vt nobis eripi vix patiamur. Mihi quidem, quoad literas docui, plus prope laborandum, plus certe moleftiæ exhauriendum fuit, in expugnandis male fufceptis in prima pueritia opinionibus, dedocendisque ac detrahendis peruerfis verborum notionibus, quam veris tradendis atque explicandis.

Itaque cum rogatus effem ante hos duodecim annos, vt *Hedericiani* Lexici Græci, quod tum maxime verfabatur in manibus tironum, putabaturque effe in hoc compendiario genere optimum, eius igitur vt recenfendi curam fufciperem; eam prouinciam, quamquam duram & tædii plenam, defugiendam non putaui, qui vitiis eius, & ortis inde apud tirones noxis, fæpe doluiffem, iisque tollendis, omninoque opere illo emendando locupletandoque, plurimum adiumenti me allaturum difcentibus putarem. Non is ego fum, cui aut iucundum, aut adeo opus fit, de aliis detrahere, & hac via ad famam contendere. Melioribus artibus laudem parare didici. Itaque non libenter dico, quod præfens inftitutum dicere cogit: *Hedericum* illum, virum bonum cetera & laboriofum, fed græce doctum, & ad tale Lexicon rite conficiendum, fatis a lectione fcriptorum græcorum inftructum non fuiffe. Totus ille, id quod per totum opus obferuare licuit, e *Scapula* aliisque vulgaribus Lexicis pendebat, tot præclaras doctorum hominum de verbis plurimis, poft *Stephanum* & *Scapulam*, obferuationes ignorabat, nec e lectione ipforum fcriptorum meliora didicerat. Itaque non modo totidem verbis e Scapula in fuum Lexicon retulit verborum interpretationes parum idoneas aut perfpicuas, fed fubinde ne affecutus quidem eft eius aliorumque Lexicographorum mentem, vitiisque operarum fe decipi paffus eft: vnde manarunt innumera peccata. Aliquot exemplis defungi licebit. Δυσεξαδέλφους facit filios ἐξαδέλφων, pro δισεξαδέλφους· quod, quam exiguæ facultatis in græcis literis erat, animaduertere? Δυοστὸν non habet interpretationem latinam in *Scapulae* Lexico. Eam alibi quærens, deceptus eft a *Stephano*,

 vt

vt mirabiliter interpretaretur, *femis quinque.* Hoc non videat leuiter doctus græce, alieniſſimum eſſe? Ὑπόλογος *Scapula* ſine interpretatione latina poſuit, ſed ſubiecit formulam ὑπόλογον ποιεῖσθαι, *rationem nonnullam habere.* Quid hic noſter? Nempe ὑπόλογος, ε, ὁ. vertit *ratio nonnulla;* quo nihil abſurdius dici poterat. Σάλος S. vertit, *ſalum: maris ora, in qua ſtant naues ad ancoras, cum ad litus accedere non poſſunt.* Hæc non intelligens fecit: *ſalum: maris ora.* Θετὸς reperit explicatum *adoptiuus,* vt opinor in Gloſſis: inde fecit *adpoſitiuus,* deceptus etymologia verbi. Προδιάθεσις eſt ap. *Scapulam, antecedens diſpoſitio, priſtina adfectio.* Recte. Id *Hedericus* turpiter corrupit, & duas ſignificationes fecit: *antecedens diſpoſitio,* 2) *priſtina adſertio.* Fortaſſe in exemplo libri, quo ipſe vtebatur, erat vitioſe *adſertio* pro *adfectio.* Βραχὺ, *Scapula* interpretatur *aliquantum, interdum & paulisper* H. fecit *interdum* interpretationem verbi græci. Sed aliis quoque locis ob non intellecta Lexicographorum verba, ſignificationes temere multiplicauit: vt in κόλλαβος. Nam interpretatur 1) *epitonium chordarum,* 2) *verticillus lyrae vel chordae:* quorum hoc apud *Scapulam* repererat, illud apud *Schreuelium;* ignorans vtrumque idem eſſe. Similiter in κοτταβεῖον, deceptus a *Scapula,* fecit tres ſignificationes, quarum altera ab tertia nihil differt. E φαινίνδα fecit ſubſtantiuum, non intelligens quomodo dicatur ἡ φαινίνδα παιδιά, deceptusque ab aliis Lexicographis. Atque huiusmodi permulta reperi. Iam incredibile dictu eſt, quam ſæpe, quam abſurde interpretatus ſit, plerumque poſt alios, verba compoſita ex ἀμφὶ, ἐκ, σὺν, κατὰ, ὑπὸ, παρὰ, περὶ, πρὸ &c. exprimens has præpoſitiones e vulgari ſignificatione, non ex vſu ſcriptorum in verbo quoque; in quo ſane eſt mira varietas. Idemque notauimus in aliis generibus compoſitorum. Φιλότμητος eſt ineptum Nonni verbum in Iohannis μεταφράσει· ſed id ineptius vertitur in *Scapulae* Lexico *ſectionis amans, inciſione gaudens,* ſequaci *Hederico.* Similiterque peccatur in verbis compoſitis Poetarum, inprimis tragicorum; quorum vim ex illis interpretationibus nemo adſequatur. Illud quoque parum ſcienter fecerat, quod ſignificationes πολυσήμων, non ſatis diligenter digeſſerat atque ordinarat, neque actiua & media, eorumque vim, item temporum ſignificationes diuerſas, cum v. c. præſens actiuam, aor. 2. neutram vim habet &c. non diſcreuerat; quod hodie

hodie in Lexicis ferri non poteſt, cum ſit ad accuratam linguæ græcæ ſcientiam ſcriptorumque intelligentiam perneceſſarium.

Enimuero hæc & alia omnia correcta ſperabam me repertu- rum in editione *Sam. Patricii,* Scholae Carthuſianæ apud Londi- nenſes Hypodidaſcali, qui Hedericianum Lexicon bis recoxit, & magnam diligentiæ laudem apud ſuos (vid. Scott. præf. ad Append. *Steph.*) etiam apud exteros tulit: præſertim qui in præ- fatione dicat, ſe diligenter hoc opus correxiſſe, viuatque in in- ſula ea, quæ ſibi literarum græcarum principatum vindicare vi- detur, in qua græce doctiſſimi homines pæne naſci videantur: adeo mature ibi omnes ſcriptores græcos vel difficillimos intelli- gunt & emendare poſſunt. Sed omnia alia deprehendi, intellexi- que, *Patricium* Britannum non plus in Græcis potuiſſe *Hederico* Germano. Illa quidem tam pudenda peccata, quæ ſupra poſita ſunt, omnia ſanctiſſime conſeruata ſunt cum ceteris, niſi fallor admodum, omnibus, eaque nouis aucta. Atque etiam turpio- ra notaui. Ex ἐπεκτύπησα fecit nobis nouum & inauditum ver- bum ἐπεκτυπέω, quod ducatur ex ἐπὶ & ἐκτυπέω, non animad- verſo augmento aoriſti. Hoc eſt nouis verbis augere Lexica! Atque etiam nobis dedit πο῾ῤῥίνημα, *ſcobs*, e ſcriptura libri vel corrupta, vel non intellecta (nam vnde ſumſerit, cum iam liber non ſit ad manus, videre non licet), quod puer videat eſſe de- bere, ἀπο῾ῤῥίνημα vel τὸ ῥίνημα. Simile eſt ἀντιπερίημι, *regre- dior*, quod prorſus abhorret ab analogia linguæ. Παρεκθέω, quam pulcre vertit *praeter excurro?* Mirer, ſi hoc Carthuſiani pueri intelligant. Sed hac ex parte in iis verbis, quæ ipſe addi- dit, mirifice imperitum ſe præbuit, velut, vt in vna propoſitio- ne maneam, in ὑπανακινέω, ὑπαναφλέγω, ὑπαναφύομαι, ὑπεξαντ- λέω, ὑπεξάπτομαι &c. Interdum ne manifeſta quidem typo- graphica vitia correxit, vt ὑϛὴρ, pro ὑϛτὴρ, vt in γειώρας &c. quæ tamen facillime deprehendi poterant.

Prima igitur nobis cura fuit, vt talia peccata tolleremus, cor- rigeremusque, ſi quid parum vel recte, vel accurate, vel per- ſpicue ſcriptum eſſet in ſignificationibus vocabulorum tradendis. In quo tamen difficultas quædam obiecta eſt a ratione ipſa talis Lexici, in quo ſingula tantum verba explicantur: quod non- nulla vocabula, inprimis aduerbia, ſeparatim commode expli- cari non poſſunt, facilioremque interpretationem habent cum

 verbo,

verbo, cui adiungi solent. Tum in verbis, quae Grammatici proprie dicunt, operam dedimus, primum vt actiua & media, etiam tempora interdum, ex vsu optimorum scriptorum, distingueremus, deinde vt significationes in πολυσήμοις digereremus diligentius, &, quoad fieri posset, a propria & prima significatione quomodo ceterae ducerentur, ipso ordine indicaremus. v. σμύχω, τυφω, πομπεύω, πύργος, σηκός, τίθημι, ὕβρις, δημιουργός, προτείνω. Auximus etiam priorem significationum numerum e nostris aliorumque obseruatis, qui veteres scriptores graecos illustrauerunt. Sed maxime in hac parte laborauimus hoc, vt accurate exponeremus verba e praepositionibus composita, in quibus explicandis omnium adhuc Lexicorum stultitia accusanda est, tribuentium interdum praepositionibus aliquam vim, vbi ex vsu loquendi veterum nullam habent, aut falsam adeo, aut ita exprimentium, scilicet e vulgatissima cuiusque significatione, vt nemo intelligere possit; vnde etiam praeclari scripturarum sacrarum interpretes extorquent emphases & sensus mirabiles. Nos in omnibus vsum secuti sumus, comparandis, vbi non statim vera significatio succurreret, aut aliquid dubitationis oriretur, exemplis idoneis. Itaque & subinde notauimus, in eodem verbo, modo redundare praepositionem, nec vllam vim habere, modo addere verbo aliquid significationis. Quaedam tamen fuere, in quibus analogia & coniectura sequenda esset, quod nullum exemplum veteris scriptoris vel ipsi notatum habebamus, vel ab alio notatum reperiebamus: in quibus si forte aberrauimus, nobis vt ignoscatur, rogamus. Sed horum tamen numerus in hac altera recensione diminutus est. Sunt etiam quaedam in compositis e δυς, ἀντὶ &c. in quibus, tali de caussa, vulgarem rationem sequi necesse fuit. Eadem porro ratione vsi sumus in aliis compositorum generibus, vt e φίλος, χαίρω, εὖ, &c. vt facile quiuis intelliget, qui vel in his, quae e. c. posuimus, nostra cum superioribus velit comparare. Denique verbis ipsis locupletare hoc Lexicon studuimus. Et, quia *Patricius* primum verba septingenta, deinde hoc ipso maiorem numerum se addidisse professus est, dedimus alicui hoc negotii, vt secundae editionis Patricianae exemplum cum Lipsiensi compararet, notaretque verba non prodita ab *Hederico*. Quo facto vidimus, non modo illud, quod ante diximus, quaedam

vitiose

vitiose posita esse, sed etiam numerum ab eo traditum vix effici. Vnde orta nobis suspicio, numerata ab eo esse etiam ea, quibus partem secundam auxisset, quæ sane numeranda non erant. Sed id accuratius exquirere, quando parum referebat, insuper habuimus. Posthæc addidimus ea, quæ e nostris lectionibus notata permulta habebamus, item, quæcunque viros doctos subinde indicare repereramus, nondum in Lexicis prodita esse, quæ & ipsa non pauca erant, plurima etiam in *Reimari*, V. Cel. in Dionem Cassium indice notata, vt nondum relata in Lexica: cuius Viri exemplum vtinam imitentur posthæc, quicunque scriptorem græcum recoquent. Denique adhibuimus Dan. *Scotti*, V. C. Appendicem ad Thesaurum *Stephani*, Londini 1745. duobus Voll. in fol. editam, ex qua permagnus verborum numerus accessit. Sed in huius operis comparatione magnus labor nobis exhauriendus fuit. Nam permultis locis vir ille doctus non apposuit verba scriptoris, multis non ea, e quibus sententia verbi intelligi posset, in illisque ipsis, nominatim in Hippocrate & Eustathio, paginas editionum prodidit, quarum vsus non dabatur: vnde interdum vnius verbi caussa integer liber perlustrandus fuit. Hippocratis quidem de natura pueri librum ter quaterue legimus. Et post longum sæpe laborem nihil aliud reperimus, quam verbum vitio operarum corruptum. Etenim in hoc genere & *Hedericum* & popularem suum *Patricium* longe superat *Scottus*: adeo sæpe ille tempus præsens contra vulgatissima Grammaticorum præcepta fingit, & vitia typographica *Hippocratis* Genev. 1657. Eustathii *Basileensis*, Orphei *Eschenbachiani*, aliorumque librorum pro nouis verbis obtrudit. Hinc nata sunt, vt pauca exempla ponam, χρωστικῶς pro χρεωστικῶς, χαρακτηρικῶς pro χαρακτηριστικῶς, χωνιφόεις e non intellecta Anthologiæ scriptura & contractione, pro χώ νιφόεις, ὠλεσίβολος, ex eadem pro ὀλεσίβ. φιλοθέσμων e *Plut.* pro φιλοθεάμων, ὑπεραισθάνομαι pro ὑπερήδομαι e part. ὑπερησθεὶς, ὑπέκλυμα pro ὑπέκκαυμα, ὑμνοδότειρα pro ὑπνοδότειρα & permulta his paria & grauiora. De quibus plura nunc dicere nihil attinet, cum in animo habeamus, castigationes edere ad illam Appendicem, quibus caueatur minus peritis, ne in fraudem inducantur, non modo in his grauioribus, sed etiam leuioribus, h. e. in quibus cum libris editis peccat, opusque & his esse emendatione videatur. Atque etiam ea verba ab *Hederico*, vel *Scotto*, vel aliis, posita omisimus, atque

deleuimus, quæ reperiuntur quidem vel in Gloſſariis antiquis, vt *Heſychio*, vel in ſcriptore aliquo vetere, ceterum vel manifeſte corrupta ſunt, vel nullum alium auctorem idoneum, aut certum ſenſum habent, quod genus verborum ſi admittere voluiſſemus, exemplo *Stephani* & aliorum, haud probando, haud paruus numerus verborum acceſſiſſet. Sed vel ſic decèm millium ſummam in recenſione prima expleuimus: quam nunc ex obſeruationibus noſtris, & alienis, vt inprimis *Alberti* τȣ̃ μακαρίτȣ in altero *Heſychii* Tomo, magno numero auximus. Nec nunc ſpicilegium deeſt, & poſt multa alia ſupplementa, tamen plurimum ſupererit, quod addatur: adeo non modo inexhauſtæ ſunt Græcorum in verbis diuitiæ, ſed difficile eſt omnia animaduertere ac notare, quæ nondum in Lexica ſunt illata. Nam illa Græcorum felicitas in componendis verbis tantam copiam verborum genuit, vt eam nullum Lexicon capere poſſit. Nec opus eſſet omnia Lexicis inferri, vt bene monet ad Charitonem *Doruillius*, niſi de eorum ſignificatione inprimis ſubinde certarent Grammatici, multoque, de noſtra ſententia, magis, niſi in iis intelligendis imperitiores, adſueti vulgari rationi, hærerent. Verum eadem multitudo compoſitorum talium, ſæpe non obſcurorum, & nihil inſolentiæ, nec in forma, nec in ſenſu, habentium, facit, vt difficile ſit, omnia obſeruare. Mihi quidem hoc ſentio accidiſſe in pluribus ſcriptoribus, e quibus volui notare, quæ nondum in Lexicis eſſent, vt prætermitterem quædam, quia non ſuſpicabar a Lexicis abeſſe, & quærere inſuper habebam. Nominatim ante in *Ioſepho*, poſt in *Polybio* id mihi vſu veniſſe vidi. Nam in *Scotti* Excerptis quædam reperi, quæ ipſe non notauiſſem. At ipſe contra in meis Excerptis habui, & in Gloſſarium *Polybianum* retuli, quæ illum effugiſſent, vt ἐμποδιστὴς, ἐμπόδισμα, προσκαινȣργέω, παρόρμημα, ὁμοπράγμων &c. Obſeruaui etiam in hac altera recenſione, vocabula quædam abeſſe, quæ miratus ſum vel *Hedericum* vel me effugiſſe. Itaque vix ſperandum eſt, vnquam Lexicon exiturum tale, in quo omnia verba græca reperiantur, niſi paullatim omnes græci ſcriptotes indicibus inſtruantur plenis & *Reimariano*, de quo ſupra dixi, ſimilibus. Sed de Lexico Græco maiore parando atque inſtruendo, fortaſſe alibi dabitur occaſio dicendi.

Et hæc fere ſunt, quæ in caſtigando locupletandoque hoc Lexico ſecuti ſumus, quibusque, vt ſperamus, perfecimus, vt & latius

eius

eius vſus pateret, & tutius vſurpari a tironibus poſſet: præſertim nunc, cum omnia magna cura & diligentia recognouimus, vſique ſumus non modo noſtris, ſed etiam aliorum oculis in notandis peccatis typographicis, quibus ſubinde in literis, accentibus, in ordine ipſo verborum turbatum erat, denique ſpecimina typographica inſpicienda & emendanda ſuſcepit *Reiskius* noſter V.C. Etenim in his tam minutis rebus nullius oculi ita ſunt perſpicaces, vt eos nihil effugiat. Sed inprimis laudanda nobis eſt diligentia docta D. *Lœſleri*, qui ſua ſponte totum opus ita perlegit, vt non peccata modo typographorum notaret, ſed etiam, ſiquid in latinitate aut aliis rebus non ſatis rectum aut dubium videretur, quod nobis valde profuit ad moleſtiam laboris minuendam. Vnum reſtat, de quo admonendum videtur. Singulis verbis etymologiam addere inſtituit *Hedericus*. Id nos non totum mutauimus, nec erat noſtri arbitrii: ſed correximus tamen in nonnullis, plane autem ſuſtulimus, vbi vnusquisque tiro ſua ſponte videre poſſet, vnde verbum ductum aut compoſitum eſſet; in quibus addi etymologias, vt εὐποιέω eſſe ex εὖ & ποιέω, εὐπάσχω ex εὖ & πάσχω &c. putidum ſane & nimis puerile ſit: eaque ratione tantum compendii fecimus, vt cum tot millia vocabulorum, tot nouæ ſignificationes acceſſerint, tamen hæc editio aliquot plagulis breuior ſit ſuperiori. Atque etiam in altera parte deleri curauimus per idoneum virum ea, quæ nemo vel quærat, vel quærere debeat. Nam in eo genere nonniſi rara & difficilia debebant notari: vulgaria, & quæ quisque, formas declinationum & coniugationum vt cunque tenens, ipſe ſua ſponte poſſit adſequi, ea vero poni, non modo inutile & ſuperuacuum, ſed etiam, id quod vſu didici, noxium eſt. Etenim ad ignauiam proniores, qui ſunt plerique, libenter abutuntur tali inſtituto, cum hanc eſſe ad lectiones præparationem putent, ſi in tali libello quærant ſingula verba, & inde deſcripta recitent a magiſtris interrogati: qua ſtultitia committunt, vt nunquam recte percipiant teneantque coniugationum formas.

Tertiam Partem, quam Syntheticam vocauit *Hedericus*, plane ſublatam volebam. Sed librarii putabant, eam rem ſuis rationibus obfuturam, quod in Scholis multis eius vſus eſſet. Audio ſane, eſſe hoc adhuc in nonnullorum inſtitutis, vt tirones ſcholaſticos iubeant ſubinde latina græce vertere, aut Epiſtolas, Oratiunculas, Carmina, græce ſcribere: eſſe etiam, quod multo magis mirere, qui

hebraice.

hebraice. Rem agunt viri boni, vt leniſſime dicam, perinutilem & abſurdam: non tam propterea, quod græce ſcribendi facultas nullum hodie vſum habet, quamquam hanc quoque ob cauſſam, quam quod ab hominibus iſtius ætatis, tam parum in legendo verſatis, qui plerumque nil niſi ad verbum interpretari perpauca didicerunt, qui linguæ græcæ genium nullo modo cognitum habere poſſunt, ab his, inquam, quod vel bonum, vel mediocre, ac non ſtultiſſimum ſit, effici nihil poteſt. Attulerunt aliquoties iuuenes, e Scholis in Academiam hanc delati, talia græcæ orationis ſpecimina: in quibus alia non intelligebam, quæ autem intelligebam, ita & ſententiis & verbis vitioſa atque inepta reperiebam, vt riſum non magis tenere poſſem, quam *Eraſmus* tenuiſſe traditur, cum Epiſtolas obſcurorum virorum primum legeret: cum interea iſti ſe valde beatos crederent, & bene græce ſcire putarent. Quare omni modo rogandi ſunt magiſtri, ab Inſpectoribus autem Scholarum cogendi, vt illud tam inutile, tam noxium inſtitutum dimittant, & tirones potius ſcriptoribus græcis melioribus legendis & accurate cognoſcendis exerceant. Ceterum cedendum putaui voluntati librariorum, hac tamen conditione, vt totam illam partem intactam relinquerem, quæ quamuis vitioſa, ſanioribus & ab iſta ratione alienis nihil noceret, quamuis correcta ſtultis nihil prodeſſet. Scr. Lipſiæ Kal. Octobr. A. C. CIϽIϽCCLXVI.

PRAEFA-



PRAEFATIO
BENI. HEDERICI.



Alterum hoc Lexicon eſt, *Lector beneuole*, quo iuuentuti bonarum artium ſtudioſae commodare ſategi. Graecum, vt vides, illud eſt et, velut priori diſciplinas atque veterum Scriptorum monumenta, quae Scholas fere occupatas habent, dilucidare pro viribus ſum annifus: ita hoc, quod iam exhibeo, litteras in primis Graecas adiuuare ſtudui. Neque vero operam hanc, vt quidem confido, praeter rem neceſſitatemque ſuſcepiſſe iure exiſtimari potero. Etenim, quae Linguae Graecae cum praeſtantia ſit, tum vtilitas pariter atque ad omne propemodum ſtudiorum genus neceſſitas, ab aliis iam oſtenſum eſt pluribus et, quam adeo Lexicon, quo illa contineatur, ſatis idoneum Scholis adhuc deſit, experiuntur identidem, quibus hanc eruditionis partem tradere iuuentuti incumbit. Quotquot enim huius generis libri exſtant, vel mole ſua vſum ſufflaminant ſui, vel ieiunitate, qua laborant, ſaepius deſtituunt paullo ſerius litteris Graecis operaturos, vel ordinis etiam implicatione linguae adhuc minus gnaros plus iuſto fatigant, efficiuntque haud raro, vt tot illi tantisque difficultatibus praepediti non ſine indignatione ac taedio in hoc ſtudiorum genere verſentur.

Singulas igitur illas, quantum quidem fieri potuit, amoliturus ante omnia librum in tres partes diſpeſcui, Hermeneuticam ſcilicet, Analyticam atque Syntheticam, primaque adeo illa, quae ad intelligendos omnis generis ſcriptores, quos antiquiora quidem tempora dedere, facere debet, eam Vocabulorum copiam concludere allaboraui, quam ad negotium hoc, amplum licet ac vaſtum ſatis, ſuffecturam

cturam

ꝺuram omnino putaui. Certe, quae ex ingenti Henrici Stephani Thesauro volumine satis etiam grandi Iohannes exhibet Scapula, ea tantum non omnia hic etiam suppeditaui. Quin immo ipsorum non solum numerum, sed in primis etiam, quas obtinent, significationes ex Suida, Polluce, Suicero, Leighio Scriptoribusque similibus aliis non parum hinc inde adauxi. Ac veluti has pro ea, qua differunt, varietate suis fere distinxi numeris, clarius ita ordinatiusque, vt spero, se oblaturas cuique: sic Voces potissimum ipsas ordine, quem vocamus, alphabetico disponere visum est. Equidem virtutes naturalis illius, quo Voces deriuatae primigeniis, compositae simplicibus subiiciuntur, non ignoro, neque me praeterit etiam, quantopere eum in Stephano aliisque dilaudent bene multi, sed non aeque tamen intricatus hic alter est, longeque omnino facilius linguae nondum satis peritis Vocabula, quae inquirunt ipsi, subgerit. Et, si omnino ad indagandam genuinam Vocis potestatem momenti maximi est, nosse originem eiusdem, singulis etiam Vocabulis hanc subieci, vt adeo nec adminiculo isto, necessario certe ad feliciorem cuiusuis Scriptoris interpretationem, destitutos Lexico hoc vsuros conqueri possint, qui ordinis naturalis laudem id atque virtutem ferme praecipuam habere solent.

Veluti autem haec primae Lexici huius Partis ratio est; ita altera illa, cui Analyticae, vt dixi, nomen feci, ea Vocabula grammatice, quomodo loqui consueuimus, resoluta complexus sum, quae difficultatibus suis, siue a Dialecto aliqua, siue aliunde subortis sollicitare tironum patientiam possunt. Est certe eadem haec opera, quae liberalius paullo a Schreuelio iuuentuti nauata, ipsum tam acceptum huic reddidit, vt vnus fere ex sui ordinis Lexicographis in Scholis huc vsque locum vindicauerit sibi. Ac tametsi non desint, qui eamdem ignauiae potius subsidium habeant, quam vt emolumenti quidquam iuuentuti illam credant adferre, eo quod haec a penitiori Grammatices studio, ad quod tamen potissimum solidior linguae cognitio redit, ea ipsa plerumque auocetur: attamen, qui rectius iustiusque rem expendunt, satius vtique existimant, velificari non nihil discentium a labore molestiore auersioni, quam quidem committere, vt miseri succumbant inscitiae suae, vel etiam, quod saepius vsu in Scholis euenire videmus, difficultatibus his absterriti linguae pulcherrimae studium plane abiiciant. Ne igitur habeant, quod et ipsi suo quasi iure desiderare possint, etiam hac in re illis deesse nolui. Quin potius non solum Vocabula prope omnia, quae Schreuelius ex appendice Scapulae Lexico subnexa, Pasoris in Hesiodum Indice, aliisque huius commatis operibus attulit, in Partem hanc alteram conieci: sed ea quoque ex Io. Vorstii Veterum Poëtarum Graecorum Poë-

matis,

matis, Celeberrimi item Viri, Dn. Io. Dauidis Schreberi, Hortulo Graeco ex omnibus Plutarchi Operibus adornato, et Clariſſimi Dn. Hieronymi Freyeri Faſciculo Poëmatum Graecorum, libellis vere aureis atque ad perdiſcendam Graecam linguam accommodatiſſimis, paſſim locupletaui. Attamen, ne nimis etiam indulſiſſe diſcentium inertiae videri poſſim, ſatis habui, digitum in cibum hunc intendere, praemanſum vero ipſum atque tantillum laboris recuſantibus, vt eumdem ſumere ipſi dedignentur, inſerere in ora vtique ſuperſedi.

Tertia libri Pars, quae Syntheticae titulum praefert, iis deſtinata eſt, quibus Latina ſermone Graeco, eoque proſaico, reddere collibet, adiutusque a ſcriptoribus laudatiſſimis, Benzio, Poſſelio, Devario, Scheidio, aliis, hic quoque eum Vocum Formularumque loquendi apparatum, ſuis fere vbique auctoritatibus munitum, ſubgeſſi, qui, niſi me omnia fallunt, ad inſtitutum hoc, quantum quidem in Scholis illud exigi, vel certe vſui hodie eſſe ſolet, abunde ſuppeditabit. Et, ſi omnino contingat, vt quaedam adhuc deſideres, ea tamen forſitan haec erunt, quae omiſſa facile pati, vel iis etiam, quae allata ſunt, compenſare non incommode poteris. Ita quippe ſaepius Nomina illa a Verbis deducta, qualia ſunt *Accumulator*, *Admodulator*, *Adoptator*, item *Accumulatrix*, *Admodulatrix* et ſimilia, perinde qualia *Accumulatio*, *Admodulatio*, *Adoptatio*, et quae ſunt huius generis alia, fruſtra hic quaeſiueris. Praeterquam enim, quod magna eorum pars ipſa ciuitate Latina deficitur, adeoque ſola formationis innititur Analogia, certe, ſi Graece eadem reddenda ſunt, alia fere per Participia, alia per Infinitiuos Verborum, a quibus deſcendunt, tuto enunciari poſſunt. Ita videlicet *Accumulatorem*, vel ipſius Demoſthenis exemplo, rectius ἐπισωρεύοντα, *Admodulatricem* προσάδουσαν, et *Accumulationem*, qua ipſum in primis accumulandi actum ſignificat, τὸ ἐπισωρεύειν interpretaberis, quam vt Nomina vel plane noua confingas, vel ſua etiam carentia auctoritate vſurpes. Quumque adeo haec talia a Verbis allatis, ſiquidem ipſis opus ſit, nec ſuo iſta loco reperiantur, formare perquam ſit facile, operae chartaeque tanto iuſtius eorum me omiſſione pepercisse arbitror, quo magis Lexicon hoc manus iam implet nomenque ſuum paene excedit. Nec alia quoque cauſſa fuit, cur Nomina etiam, quae propria Grammatici vocant, omiſſerim, vtpote quae ipſa quoque facile Graece efferri poſſunt, dummodo ex Grammatica conſtet, quae litterarum vtriuſque linguae natura ſit atque cognatio. At vero, quod in Prima praecipue Parte nec Auctores addiderim Vocibus, nec locutionum etiam, quas hae ex ſe progignunt, ſubiecerim exempla, forſitam mirabuntur, qui ex his propemodum ſolis Lexici perfectionem aeſtimare ſolent. Sed et his adferendis locus

plane

plane defuit. Nec vero etiam video, fi vel maxime ipfe fuppetiuiffet, ecquis eorum in Lexico hermeneutico fit vfus. Sua enim Scriptori cuiuis interpretando auctoritas fufficit et, qui ex Vocum fignificationibus tam diftincte copiofeque fubminiftratis fenfum effati alicuius Graeci indagare nequit, eum vel plane a Grammatica non inftructum, vel rei quam continet illud, prorfus ignarum effe oportet. Secus ftatuendum effe de Lexico fynthetico facile largior, quum Graece fcripturus vtique non folum de Vocis, qua vfurus eft, probitate, fed et de Conftructionis, qua gaudet eadem, ratione certus effe debeat. Quare id etiam mihi quam maxime commendatum habui, vt ne facile in Tertia huius libri Parte Vox aliqua fine auctore fuo compareat, vel conftructionis etiam exemplum non habeat adiunctum. Quod fi tamen vel hic etiam alterutrum, immo vtrumque deeffe nonnunquam deprehendas, auctorem quidem Vocis idoneum me fugiffe non infitior, licet de bonitate eius Lexicographorum faltem praeftantiffimorum auctoritas dubitare me non fiuerit, Conftructionis vero modus ideo a me neglectus eft, quod Regulas ille notiffimas atque adeo Graecae etiam Linguae cum Latina communes fequatur.

Atque haec fere ea funt, *Lector beneuole*, quae Te fcire, e re Tua, immo et mea effe exiftimaui. Tute labori etiam huic meo, fi merebitur, faue: fin minus, eum ante ne damna, quam cogitaueris, contingere haud raro, vt Tuo arbitrio ftare non poffis. Vale!

Expofitio Notarum, quae in Prima Lexici huius Parte inter alias occurrunt.

Gl. Vet. f. *V.* i. e. Gloffaria Veterum a Labbeo edita.
Phil. f. *Philox.* i. e. Philoxenus, Gloffographorum facile princeps.
Lex. Gr. i. e. Lexicographi Graeci, Hefychius, Suidas, Auctor Etymologici magni, Phauorinus.
Hefych. i. e. Hefychius Alexandrinus.
Suid. i. e. Suidas.
Etym. i. e. Etymologicum magnum.
Rob. i. e. Guilielmus Robertfonus, Anglus.
Suic. i. e. Io. Cafp. Suicerus, Tigurinus.

Atque hos Lexicographos ad eas Voces allegare placuit, de quarum auctoritate aliunde, quam ex ipfis, non conftat, quum e contrario Philoxenus et Gloffaria Veterum eo laudentur nomine, quod multas easque aptiffimas Vocum fignificationes fuppeditant, quae non facile funt obuiae.

LEXICI
MANVALIS
GRAECI
PARS I.

HERMENEVTICA.

LEXICI
MANVALIS
GRAECI
PARS I.
Eaque HERMENEVTICA,
Vocum Græcarum ordine alphabetico ſe excipientium interpretationem Latinam, flexionem item, originationem & huius generis alia exhibens.

A.

A, vel α, prima littera Alphabeti Græci, quæ Ἄλφα dicitur, & nomen indepta eſt ab Ebræorum Aleph. 2) nota numeralis ſignificans *vnum*, & cum lineola inferne poſita α *mille*. 3) in Apocalypſi Ioannis I, 8. eum notat, qui omni principio prior atque antiquior eſt.

A, in Compoſitione eſt 1) ϛερητικὸν, *priuatiuum*, vt ἀβέβαιος, inſtabilis, infirmus, ex α & βέβαιος, ſtabilis, firmus. ἄβατος, inuius, inacceſſus, imperuius, ex α & βατὸς, peruius, acceſſibilis. ἀμαθὴς, indoctus, ex α & μανθάνω, diſco. Omninoque in partem deteriorem dicitur, vt in ἀφυὴς, ſtupidus, ex α & φυὴ indoles, ingenium. ἄμορφος, deformis &c. 2) ἐπιτατικὸν, *intenſiuum*, vt ἄξυλος, lignoſus, plenus ligni, ex α & ξύλον, lignum. ἀχανὴς, vaſtus, in immenſum hians ſiue patens, ex α & χαίνειν, hiare. 3) Aliquando ſignificat ἅμα ſiue ὁμȣ͂, *ſimul*, *coniunctionem*. vt ἀδελφὸς, frater, ex α & δελφὺς, vterus, quia fratres ſunt ex eodem vtero *Vterini*; ſed Latinum minus late patet. ἄκοιτις, coniux, ex α & κοίτη, cubile. ἄλοχος, coniux, ex α & λέχος, cubile. 4) πλεοναϛικὸν, *abundans*, *ſuperuacaneum*, vt ἄϛαχυς, ſpica, ex α & ϛάχυς. ἀϛαφὶς, vua paſſa, ex α & ϛαφίς. ἀϛεροπὴ, fulgur, ex α & ϛεροπή. ἀάσχετος, intolerabilis, ex α & ἄσχετος.

Ἆ, Ah! ἆ, ἆ, Ah! ah! Vox admirantis, lamentantis. Ἀ, ἀ, vel ἆ, ἆ, Ha, ha, ridentis.

Ἆ, Ah! O! Oh! Ἆ, ἆ, Ah! ah! Oh! oh! Vox miſerantis, admirantis.

Ἀάατος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, valde noxius. 2) innoxius. Ex α intenſ. vel priuat. & ἄατος, *innoxius*.

Ἀαγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, fractu difficilis, robuſtus, non fractus, firmus. Ex α priuat. & ἄγω, *frango*.

Ἀαδέω, ἀαδεῖν, turbare, moleſtia afficere. 2) iniuria affici, lædi. 3) inopia laborare, cibo abſtinere. Heſych. Suidas. Occurrit ἄαδεν, aor. 2. Ex α intenſ. & ἀδέω, *tædio afficior*. Vel ab ἀαδὴς pro ἀηδὴς ap. Heſych.

ἈΆΖΩ, f. άσω, calidum halitum efflo, exhalo.

Ἀάθικτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, incorruptibilis, damno non obnoxius. Ex α pleon. & ἄθικτος, *intactus*.

ἈΆΜΙΝΣ, θος, ἡ, inſtrumentum aucupatorium, v. g. ames.

Ἀανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui perfici nequit. Ab ἄνη, *effectio operis*. *At* ἀάνης, ὁ, ἡ, qui efficere nil poteſt.

Ἀάομαι, lædo. hinc ἀᾶται, lædit.

Ἄαπτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non tangendus, intactus, Gl. Vet. 2) inacceſſus. 3) quem nemo lædere poteſt, vel vincere, vt χεῖρες ἄαπτοι ap. Hom. Ex α pr. & ἅπτω, vel ἰάπτω, *noceo*.

Ἀαρὼν, ὁ, Aaron. Nomen viri Ebræum indeclinabile.

Ἀάσκω, f. άσω, lædo, noceo. Ab ἀάω, idem.

Ἀασμὸς, ȣ͂, ὁ, exhalatio. Ab ἀάζω, *halo*.

Ἀάσχετος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui retineri nequit. 2) nemini cedens. 3) intolerandus. 4) inſuperabilis. Ex α & ἄσχετος, idem.

Ἄατος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, innoxius. 2) valde noxius. 3) inſatiabilis. Ex α & ἄτη, *noxa*. item ex ἄδω, ἄζω, *ſatio*.

Ἀάτω, f. άσω, noceo, lædo. Ex α pl. & ἄτω, *noceo*.

Ἀβαδδὼν, perditio, vaſtatio. Nomen Ebræum indeclinabile.

Ἄβαζος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, mutus. 2) taciturnus, quietus. Ex α & βάζω, *loquor*.

Ἀβαθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, profunditate carens, vadoſus, a βάθος.

Ἄβαιον, paruum, exiguum. Ex α & βαιὸν, *id.*

Ἀβακέω, f. ήσω, ſileo, ſc. ob ignorantiam. 2) ignoro, neſcio. Ex a priu. & βάζω, *loquor*.

Ἀβακέως, *Adu.* placide, quiete.

Ἀβακήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, mutus. 2) ſtultus.

Ἀβακὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, taciturnus, mutus. 2) quietus, placidus.

Ἀβακίζω, f. ίσω, taceo. 2) quietus ſum.

Ἀβάκιον, ȣ, τὸ, abaculus, tabula, cui vaſa conuiualia imponuntur. 2) menſa, ſ. tabula calculatoria. 3) tabula mathematica, in qua lineæ & figuræ deſcribi ſolent. 4) vas, in quo feruntur opſonia. Dim. ab ἄβαξ.

Ἀβακίσκος, ȣ, ὁ, teſſella pauimenti, vel operis muſiui.

Ἀβάκχευτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, Bacchanalium expers.

ἈΒΑΛΕ, vel ἄβαλε, *Adu.* vtinam. 2) heu. phy!

ἌΒΑΞ, ακος, ὁ, abacus. 2) tabula mathematica, in qua lineæ atque figuræ deſcribi ſolent. 3) tabula calculatoria. 4) tabula aleatoria. 5) tabula, ſ. menſa, cui vaſa conuiualia imponuntur. Gl. Vet. Abacus, armarium.

"Αβαξ, ακος, ὁ καὶ ἡ, mutus. Ex α priuat. & βάζω, *loquor*.

Αβάπτισον, ȣ, τὸ, terebella, inſtrumentum Medicorum.

'Αβάπτιςος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, immerſabilis, qui mergi non poteſt, vel non mergitur. 2) non baptizatus.

"Αβακτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non tinctus. 2) cuius acies durata non eſt. *Nam res duratur aqua*. Ex α priuat. & βάπτω, *tingo*.

"ΑΒΑΡ, αρος, τὸ, placentæ genus.

'Αβαρὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, non oneroſus, non moleſtus. Ex α priuat. & βάρος, *onus*.

"Αβαρις, εως, ἡ, continentis habitator. Ex α priuat. & βάρις, *nauis*, adeoque proprie, cui non eſt nauis.

'Αβασάνιςος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, inexploratus, non examinatus, non ſpectatus, non tortus. 2) expers doloris, qui nullis doloribus cruciatur.

'Αβασανίςως, *Adu*. temere, re non examinata.

'Αβασίλευτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, rege carens.

'Αβάσκανος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, inuidia vacuus, non inuidens. 2) non mendax, verus. Ex α priu. & βασκαίνω, *faſcino, inuideo*.

'Αβάσκαντον, ȣ, τὸ, faſcini amuletum. Ex iisd.

'Αβάσκαντος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, inuidia carens, ab inuidia tutus. Gl. Vet. infaſcinabilis.

'Αβασκάντως, *Adu*. citra inuidiam. Gl. Vet. ſine faſcino, infaſcinate, præfiſcine.

'Αβασκάνως, idem.

'Αβάςακτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui portari nequit.

"ΑΒΑΤΟΝ, ȣ, τὸ, adytum.

"Αβατος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, inuius, acceſſu, vel aditu difficilis. 2) ſacer, non adeundus. 3) deſertus, deſolatus. Ex α pr. & βαίνω, *eo. Vnde*

'Αβατόω, ῶ, f. ώσω, deſertum reddo.

"Αβαφος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non tinctus. Ex α priu. & βάπτω, *tingo*.

'ΑΒΒΑ῀, pater. Nomen Syr. indeclin.

'Αβδέλυκτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non exſecrabilis.

'Αβέβαιος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, inconſtans, qui facile mutatur, inſtabilis, infirmus.

'Αβεβαιότης, ητος, ἡ, infirmitas, Gl. Vet. inſtabilitas.

'Αβεβαίως, *Adu*. inconſtanter.

'Αβέβηλος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non profanus, ſacer, ſacroſanctus, de loco, quem non fas eſt adire.

'Αβὲλ, Abel. Nomen viri Ebræum indeclinabile. *Vanitas*.

'Αβελτερία, ας, ἡ, ſtultitia, amentia, inſipientia.

'Αβελτεροκόκκυξ, γος, ὁ καὶ ἡ, *Verbum comicum*, ſtultus. 2) vanus. Ex ἀβέλτερος & κόκκυξ, *cuculus*.

'Αβέλτερος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, ſtultus, inſipiens, vecors, melius non cognoſcens. Gl. Vet. ſtolidus.

'Αβελτερία, ας, ἡ, ſtultitia, vecordia. Gl. Vet. ruditas, inſipientia.

'Αβέρβηλος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, incompoſitus, inanis. Heſych. Suid. v. ἄβυρβ.

'Αβιὰ, Abia. Nomen viri Ebr. indeclin. *Pater meus eſt Dominus*.

'Αβιάθαρ, Abiathar. Nomen viri Ebr. indeclin. *Pater excellens*.

'Αβίαςος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non coactus, ſine violentia. Hinc τὸ ἀβίαςον, ȣ, libertas. Ex α priuat. & βιάζω, *cogo*.

'Αβιάςως, *Adu*. libere, non coacte.

"Αβιβλος, ον, carens libris.

'Αβιληνὴ, ῆς, ἡ, Abilene. Regio Syrtæ vel Palæſtinæ.

"Αβιος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, cui non ſuppetit victus. 2) dives. 3) longæuus. 4) inermis. 5) valde robuſtus. 6) non violentus, non iniurius. Ex α & βίος, *vita*, βιὸς, *arcus*, βία, *vis*.

'Αβιȣ̀δ, Abiud. Nomen viri Ebr. indeclin. *Pater decoris*, ſeu *Decus patris*.

'Αβίωτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non vitalis. 2) malus, iniucundus, moleſtus. vt βίος ἀβίωτος. ἀβίωτον & ἀβίωτα, *pl.* vita non vitalis i. e. miſera.

'Αβιώτως, *Adu*. cum tædio vitæ.

'Αβλάβεια, ας, ἡ, incolumitas. 2) innocentia.

'Αβλαβέως, *Adu*. innoxie.

'Αβλαβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, innoxius, innocuus, non nocens. 2) noxæ expers, illæſus. Ex α priu. & βλάπτω, *noceo*.

'Αβλαβῶς, *Adu*. innoxie, citra noxam, illæſe.

"Αβλαπτος, ον, noxæ expers. 2) innocens.

'Αβλάπτως, ſine noxa, .

'Αβλαςέω, ῶ, f. ήσω, male germino, non ſuccreſco. *e ſeq.*

'Αβλαςὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, male germinans, infecundus.

"Αβλαςος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, idem. Ab α pr. & βλαςάνω.

'Αβλαμέως, *Adu*. negligenter, pro ἀμελέως.

'Αβλεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, deſpectus, vilis.

'Αβλεπτέω, f. ήσω, conniueo, cæcutio. 2) pecco.

'Αβλέπτημα, ατος, τὸ, peccatum, erratum.

'Αβλεψία, ας, ἡ, cæcitas. 2) inconſiderantia.

'Αβλὴς, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, nondum iactus. Ex α priu & βάλλω, *iacio*.

"Αβλητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, nondum miſſus, nondum iactus. 2) non ictus, non vulneratus.

"Αβληχρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, al. ἀβληχρὸς, ρὰ, ρὸν, debilis, infirmus. 2) fortis.

'Αβλίμαςος, ὁ καὶ ἡ, (ἀβλίσμ. vulgo) intactus, ex α priu. & βλιμάζω, *tango*.

'Αβοηθησία, ας, ἡ, auxilii defectus. Ex α priu. & βοηθέω, *auxilior*.

'Αβοήθητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, auxilio deſtitutus. 2) remedio carens, immedicabilis.

'Αβοητί, ſine clamore. Ex α & βοάω.

"Αβολος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, (pullus equinus) qui nondum amiſit dentes ætatis indices. Ex α priu. & βάλλω, *iacio*.

"Αβοτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, paſcuis carens, non paſtus. Ex α priuat. & βόσκω, *paſco*.

'Αβȣκόλητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, faſtidioſus, repudiandus, ap. Æſchyl.

'Αβȣλεὶ, *Adu*. inconſulte, temere.

'Αβȣλεύτως, *Adu*. inconſulto, absque deliberatione.

'Αβȣλέω, f. ήσω, nolo. 2) non conſulto. Ex α priuat. & βȣλὴ, *conſilium*.

'Αβȣλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, nolens, inuitus. 2) inconſultus.

'Αβȣλησία, ας, ἡ, cum quis non vult, inuitus agit. Suic. Ex α priu. & βȣ́λομαι, *volo*.

'Αβȣ́λητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, inuitus. 2) quem nolumus, qui nobis inuitis accedit. Ex iisdem.

Ἀβουλήτως, *Adu.* inuoluntarie, præter voluntatem. 2) fortuito.

Ἀβουλία, ας, ἡ, consilii inopia. 2) temeritas, imprudentia. 3) amentia, stultitia. 4) consilii prauitas.

Ἄβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, consilii expers. 2) stultus. Gl. Vet. incogitans, inconsultus.

Ἀβουλότατα, *Adu.* inconsultissime, inconsideratissime, Herodot.

Ἀβούλως, *Adu.* temere, imperite, male, inconsulte, sine ratione.

Ἀβότης, ου, ὁ, bubus carens. Ex α & βοῦς, *bos*.

ἌΒΡΑ, vel ἅβρα, ας, ἡ, ancilla honestior, quae *delicata* latinis, pedissequa, scil. Scriptura posterior rectior.

Ἀβραάμ, Abraham. Nomen viri Ebr. indeclin. *Pater excelsus*, vel *Pater multitudinis*.

Ἄβρεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non madefactus, vbi non pluit. Ex α priu. & βρέχω, *madefacio, pluo*.

Ἀβρίζομαι, delicato cultu vtor, delicate me orno. Ab ἁβρός.

Ἀβρίζω, f. ίξω, a cibo dormito. 2) dormito.

Ἀβριθής, έος, ὁ καὶ ἡ, sine pondere, leuis. Ex α priu. & βρίθω, *sum grauis*.

Ἄβριχτος, ου, ὁ καὶ ἡ, insomnis, vigil. 2) surdaster. Ab ἀβρίζω.

Ἀβροβάτης, ου, ὁ, molli incessu vtens. Ex ἁβρὸς, & βαίνω, *eo, incedo*.

Ἀβρόβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui mollioris vitæ est, delicatus.

Ἀβρογόος, ου, ὁ καὶ ἡ, molles gemitus edens. Ex ἁβρὸς & γόος, *luctus, gemitus*.

Ἀβροδιαιτάομαι, ῶμαι, vitam mollem & delicatam ago.

Ἀβροδίαιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, molliter & delicate viuens. Gl. Vet. ἀβροδίαιτον, delicatum.

Ἀβροείμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, delicate vestitus. Ex ἁβρὸς & εἷμα, *vestis*.

Ἀβρόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, molles & delicatos fructus ferens.

Ἀβροκομάω, f. ήσω, molli coma sum. 2) delitiari, superbire. Ex ἁβρὸς & κόμη, *coma*.

Ἀβροκόμης, *Dor.* ἀβροκόμας, ου, ὁ, cui mollis & delicata coma est.

Ἀβρόκομος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem. Suid.

Ἀβρομία, ας, ἡ, tenebræ. Ab ἄβρομος, quia tenebræ strepitu carent.

Ἀβρόμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, abstinens a vino, abstemius. Ex α priu. & βρόμιος, *Bacchus, vinum*.

Ἄβρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, strepitum magnum edens, tumultuosus. Ex α intens. & βρόμος, *strepitus*.

Ἀβρόπηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, molli & subtili stamine contextus. Ex ἁβρὸς & πήνη.

Ἀβρόπλουτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Epith. comæ, auro, gemmis &c. ornatæ, ap. Eurip.

Ἀβρὸς, ὰ, ὸν, mollis, delicatus. 2) lautus. 3) festiuus. 4) grauitatem præ se ferens.

Ἀβροσταγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mollitie diffluens. Ex ἁβρὸς & στάζω, *stillo*.

Ἀβροσύνη, ης, ἡ, mollities, deliciæ, luxus. 2) splendor, nitor. Ab ἁβρὸς.

Ἀβροτάζω, f. άσω, noctu vagor. 2) aberro. Ab ἀβρότη, *nox*.

Ἀβροτέω, nocte occurro. 2) pecco.

ἈΒΡΟΤΗ, ης, ἡ, nox. Quasi ex α pr. & βροτὸς, *homo*, quia noctu homines latent, & nox illis quasi caret.

Ἀβροτήμων, ονος, ὁ, peccator. Ab ἀβροτέω.

Ἀβρότης, ητος, ἡ, mollities. Ab ἁβρός.

Ἀβρότιμος, ὁ & ἡ, delicatus, valde pretiosus.

Ἀβροτόνινος, ίνη, ινον, confectus ex abrotono. Ab ἀβρότονον.

Ἀβροτονίτης, ου, ὁ, scil. οἶνος, vinum abrotonites. Ab eodem.

ἈΒΡΟΤΟΝΟΝ, ου, τὸ, abrotonum, genus herbæ perpetuo virentis.

Ἄβροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, immortalis. Ex α priu. & βροτὸς, *mortalis*.

Ἀβροχαίτης, ου, ὁ. molliter & pulcre comatus.

Ἀβροχία, ας, ἡ, siccitas, pluuiæ defectus.

Ἀβροχίτων, ωνος, ὁ καὶ ἡ, molli tunica indutus.

Ἄβροχος, ου, ὁ καὶ ἡ, immadidus, non madefactus, vbi non pluit. Ex α priu. & βρέχω, *madefacio, pluo*.

Ἀβρόχως, sine pluuia.

ἌΒΡΥΝΑ, vel ἄβρυνα, ων, τὰ, mora.

Ἀβρύνω, ἀβρύνομαι, ornor, deliciis indulgeo nitesco, cultum mihi comparo, glorior, insolesco. Ab ἁβρός.

Ἀβρῶς, *Adu.* molliter, delicate.

Ἀβρωσία, ας, ἡ, ieiunium, fames.

Ἄβρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non voratus, non exesus. 2) cariem non sentiens. 3) esui ineptus. Gl. Vet. ἄβρωτον, irrosum, inesum. Ex α priu. & βρώσκω, *voro, edo*.

ἈΒΥΡΒΗΛΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, (f. ἀβύρβητον, vt Etym. M. habet) multus, magnus, satietatem adferens. 2) impudens, inuisus. Hesych. Suid. v. ἀβέρβ.

Ἄβυσσος, ου, ἡ, abyssus, infinitæ profunditatis vorago. 2) *in sacris*, gehenna, infernus. 3) *Trop.* adfluentia rerum. Ex α priu. & βυσσὸς, *Ion.* pro βυθὸς, *gurges, profundus*.

Ἄγαβος, ου, ὁ, Agabus. Nomen viri.

Ἀγάζηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, inuidus. Ex ἄγαν & ζῆλος, *æmulatio*.

Ἀγάζομαι, admiror, suspicio. 2) veneror. 3) indignor, succenseo. 4) inuideo. Ab ἀγάω.

Ἀγαθαρχία, ας, ἡ, boni principium, s. causa prima, *de Deo*. Ex ἀγαθὸς & ἀρχή. *Vnde*

Ἀγαθαρχικὸς, Deus dicitur, ap. Pseudo Dionys. Areop.

Ἀγαθεωρέω, ῶ, admirabundus intueor. Ex ἄγαν, *valde* & θεωρέω, *contemplor*.

Ἀγαθίζομαι, bona dico, bonis omnibus prosequor.

Ἀγαθικὸς, ἡ, ὸν, probus. 2) recte & cum virtute factus.

ἈΓΑΘΙΣ, ίδος, ἡ, glomus.

Ἀγαθοδαιμονισταὶ, οἱ, *proprie*, de calice boni Genii (*qui est ἄκρατος*) bibentes; *deinde* parum vini & parce bibentes. Hesych.

Ἀγαθοδότης, ου, ὁ, bonorum dator. Ex ἀγαθὸς & δότης, *dator*.

Ἀγαθοεργέω, f. ήσω, benefacio, bene ago.

Ἀγαθοεργία, ας, ἡ, beneficentia.

Ἀγαθοποιέω, f. ήσω, bene recteque ago. 2) beneficio adficio. 3) prosum.

'Αγαθοποιΐα, ας, ἡ, beneficentia. 2) beneficiorum collatio. 3) benefactum.

'Αγαθοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, bonum, vel bona efficiens. 2) munificus, beneficus.

'Αγαθοπρεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, bonos decens. 2) benignus. Ex ἀγαθὸς & πρέπω, *conuenio*.

'Αγαθοπρεπῶς, *Adu.* vt bonum decet. 2) benigne.

'ΑΓΑΘΟ'Σ, ἡ, ὸν, bonus, probus. 2) fortis, ſtrenuus. 3) prudens. 4) præſtans, excellens. 5) peritus alicuius rei. 6) vtilis. 7) fauſtus, ſecundus, felix. 8) lautus, opiparus. 9) beneuolus. 10) frugifer. 11) purus. 12) diues. 13) ſeruit & ironiæ in allocutionibus. ἀγαθὸν, οῦ, τὸ, 1) bonum. 2) commodum, emolumentum. 3) hinc formula ἐπ' ἀγαθῷ, auſpicato, item bono conſilio. 4) ap. ſcriptores Eccl. de ſacra cœna. 5) in plur. ἀγαθὰ ſunt diuitiæ, opes, b) res ſecundæ, c) virtutes.

'Αγαθοσύνη, ης, ἡ, bonitas, Gl. Vet. 2) adfectus ad benefaciendum proximo.

'Αγοθοτέλεια, ας, ἡ, boni efficientia, boni perfectio. Ab ἀγαθοτελής.

'Αγαθοτελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, boni efficiens. 2) plane bonus. Ex ἀγαθὸς & τέλος.

'Αγαθότης, ητος, ἡ, bonitas, probitas, beneuolentia.

'Αγαθουργέω, ῶ, f. ήσω, benefacio.

'Αγαθουργὴς, beneficus. Ex ἀγαθὸς & ἔργον, *opus*.

'Αγαθουργία, ας, ἡ, beneficentia. 2) bonum opus.

'Αγαθουργικὸς, ἡ, ὸν, beneficus, benignus.

'Αγαθουργὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, beneficus, benignus.

'Αγαθοφυὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui eſt natura, ſeu indole bona. Ex ἀγαθὸς & φυὴ, *natura, indoles*.

'Αγαθοφυΐα, ας, ἡ, bonitas inſita ingenii.

'Αγαθύνω, f. υνῶ, benefacio, bonum efficio. 2) beneficio adficio. 3) exhilaro; & ἀγαθύνομαι, bene adfectus ſum.

'Αγαθῶς, *Adu.* bene. 2) vtiliter. 3) valide.

'Αγαῖος, αία, αῖον, admirabilis. 2) inuidioſus. Gl. Vet. inuidus. 3) elegans. Ab ἀγάω, *demeror*. v. Verb. ſequens.

'Αγαίω, &, quod vſitatius, ἀγαίομαι, admiror. 2) obſtupefacio, perterrefacio. 3) ſuccenſeo, indignor. 4) inuideo. Ab ἀγάω.

'ΑΓΑΙ'ΩΝ, ονος, ὁ, Sol.

'Αγακλεὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, valde glorioſus, percelebris. Ex ἄγαν & κλέος, *gloria*.

'Αγακλεῶς, ſtudio gloriæ.

'Αγακλειτὸς, ἡ, ὸν, valde celeber, præclarus, inclytus. Ex iisdem.

'Αγακλυτὸς, ἡ, ὸν, perceleber, inclytus. Ex ἄγαν & κλυτὸς, *celeber*.

'Αγακτίζω, bene condo. perf. p. ἀγακτισμένη vel ἀγακτιμένη πόλις, vrbs pulchra ap. Pind. ab ἄγαν & κτίζω.

'Αγάλακτος, ων, οἱ, collactanei, ſ. qui idem lac ſuxerunt. 2) conſanguinei. 3) æquales, ætate pares. 4) ſimul educati. 5) fratres. 6) ſacrorum gentilitiorum participes, *ſed tamen proprie eſt*, lacte carentes, vt ἀγάλακτος. Ex α notante ὁμοῦ, & γάλα, *lac*.

'Αγαλακτία, ας, ἡ, lactis penuria. 2) lactis abundantia. Ex α pr. vel intenſ. & γάλα.

'Αγάλακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, lacte carens. 2) collactaneus.

'Αγαλακτοσύνη, ης, ἡ, cognatio, quaſi lactis communicatio. 2) lactis inopia. Ex α notante ὁμοῦ aut ex α priu. & γάλα, *lac*.

'Αγαλλητὸν, οῦ, τὸ, delectabile. 2) admirabile. Heſych. Ab ἀγάλλω.

'Αγαλλίαμα, τος, τὸ, exſultatio præ gaudio magno. Philox. exſultatio. al. Gl. Vet. iubilum.

'Αγαλλίασις, εως, ἡ, exſultatio, lætitia, Gl. Vet.

'Αγαλλιάω, ῶ, & frequentius ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, exſulto, geſtio, tripudio. Gl. Vet. iubilo. Ab ἀγάλλω.

'ΑΓΑ'ΛΛΟΧΟΝ, ου, τὸ, lignum Indicum, odoratum & guſtu auſteriori.

'ΑΓΑ'ΛΛΩ, f. αλῶ, orno, & ἀγάλλομαι, glorior, oblecto me aliqua re, gaudeo, geſtio, exſulto. Aor. 1. ἀγῆλαι, decorare.

"Αγαλμα, τος, τὸ, proprie ornamentum, oblectamentum. 2) ſimulacrum, ſtatua, imago. 3) res ornata, vt victima ſertis, auro ornata. 4) ſimulacrum Dei. Ab ἀγάλλω.

'Αγαλμάτιον, ου, τὸ, ſimulacrum paruum, imaguncula, ſtatua parua.

'Αγαλματ-γλύφος, ου, ὁ, cælator, Philox. ſculptor. Ab ἄγαλμα & γλύπτω, *ſculpo*.

'Αγαλματοποιέω, ῶ, f. ήσω, ſimulacra conficio. Ex ἄγαλμα & ποιέω, *facio*.

'Αγαλματοποιητικὸς, ἡ, ὸν, conficiens ſimulacra. Hinc ἡ αγαλματοποιητικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars ipſa.

'Αγαλματοποιΐα, ας, ἡ, ſimulacrorum confectio. Ab ἀγαλματοποιός.

'Αγαλματοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, ſimulacrorum fabricator, Gl. Vet. fictor ſimulacri, ſigillarius. Ex ἄγαλμα & ποιέω, *facio*.

'Αγαλματουργία, ας, ἡ, ars conficiendi ſimulacra.

'Αγαλματουργικὸς, ἡ, ὸν, conficiens ſimulacra, vel pertinens ad confectionem eorum.

'Αγαλματουργὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, ſtatuarius. Ex ἄγαλμα & ἔργον, *opus*.

'Αγαλματοφορέομαι, οῦμαι, quaſi ſimulacrum geſtor animo, & circumferor. Ex ἄγαλμα & φορέω, *fero*.

'Αγαλματόω, ῶ, f. ώσω, in ſimulacrum verto. 2) ſimulacrum facio.

"Αγαμαι, admiror. 2) probo, laudo. aor. 1. ἠγάσθην, part. ἀγασθεὶς, admiratus. Ab ἀγάω.

'Αγαμένως, *Adu.* miris modis, mirifice, cum admiratione.

'Αγάμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, cælebs, nuptiarum expers. Ex α pr. & γαμέω, *nubo*.

'Αγαμία, ας, ἡ, cælibatus.

'Αγάμιον, ου, τὸ, idem ἀγαμίου δίκη, crimen cælibatus.

"Αγαμος, ου, ὁ καὶ ἡ, cælebs, qui vxorem non duxit, vel quæ non nupſit. Philox. cælebs, innupta. 2) viduus, qui vxore mortua factus eſt cælebs.

"ΑΓΑΝ, *Adu.* nimis, immodice, nimium, valde.

'ΑΓΑΝΑΚΤΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, indignor, ſtomachor, ægre fero, conqueror, ſuccenſeo, excandeſco, ringor.

Ἀκωδώνιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, nondum exploratus. Ex α pr. & κωδωνίζω, *tintinnabuli sono & strepitu exploro*, veluti solebant explorari equi, an bellicos strepitus ferre possent.

Ἀκωκὴ, ῆς, ἡ, mucro, cuspis, acumen. Per reduplicationem ab ἀκὴ, *mucro*.

Ἀκώλιστος, ον, membro aliquo carens, vel truncatus: quasi a κωλίζω. Ab seq.

Ἄκωλος, ου, ὁ καὶ ἡ, membris truncus. 2) speciatim pedibus carens. Ex α pr. & κῶλον, *membrum, artus*.

Ἀκώλυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non impeditus. Ex α pr. & κωλύω, *impedio*.

Ἀκωλύτως, nemine prohibente, libere.

Ἀκωμῳδήτως, sine ludibrio, ab α pr. & κωμῳδέω.

ἌΚΩΝ, οντος, ὁ, iaculum, spiculum, telum.

Ἄκων, οντος, ὁ, ἄκουσα, ης, ἡ, ἄκον, inuitus, a, um. Ex α pr. & ἑκὼν, *volens*.

Ἄκωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, cono & fastigio carens.

Ἄκωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, remo carens. Ex α priu & κώπη, *remus*.

Ἄλαβα, atramentum, vox Cypria.

Ἀλαβαρχείη, pro et. idem quod ἀλαβαρχία.

Ἀλαβαρχέω, sum alabarcha.

Ἀλαβάρχης & ἀλάβαρχος, ὁ, alabarcha proprie, magister scripturæ, vectigalibus præfectus, deinde idem qui Ethnarcha.

Ἀλαβαρχία, ἡ, Principatus sc. Ethnarchæ. Quidam autem malunt ἀραβ. ist his omnibus.

Ἀλάβαστος, vasculum seruandis vnguentis. vid. ἀλάβαστρον.

Ἀλαβάστριον, ου, τὸ, paruus alabaster, Ab ἀλάβαστρον.

Ἀλαβαστρίτης, ου, ὁ, sc. λίθος, alabastrites, sc. lapis. Ab eod.

Ἀλαβαστρῖτις, ιδος, ἡ, sc. λίθος, idem. A præc.

Ἀλαβαστροθήκη, ης, ἡ, vas, in quo pyxides vnguentariæ reponuntur. Ex ἀλάβαστρον & θήκη, *repositorium*.

ἈΛΑ'ΒΑΣΤΡΟΝ, ου, τὸ, alabastrum. 2) genus vasis vnguentarii (ex alabastro) sine ansis, myrotheca lapidea, lecythus.

Ἀλάβαστρος, ου, ὁ vel ἡ, idem.

Ἀλαβαστροφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, alabastra ferens.

Ἀλαβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, in quo nihil est, quo prehendi queat, ansa, seu manubrio carens. 2) qui prehendi, capi, teneri nequit. Ex α pr. & λαβὴ, *ansa*.

Ἅλαδε, *Adu.* ad mare. Ab ἅλς, *mare*.

Ἀλαδρόμος, ον, in mari vagans, vt nauta, mercator.

Ἀλαζονεία, ας, ἡ, fastus, ostentatio, iactatio, gloriatio, vaniloquentia, iactantia, insolentia, arrogantia. Ab ἀλαζών.

Ἀλαζόνευμα, ατος, τὸ, gloriatio, iactatio propter aliquod facinus. 2) verbum vel facinus insolens.

Ἀλαζονεύομαι, f. εύσομαι, me ostento, me vendito, falsa de me prædico, glorior. 2) mentior per iactantiam. Ab eod.

Ἀλαζονικὸς, ἡ, ὸν, ad ostentationem pertinens, compositus. 2) ostentator, iactator, vanitati deditus. Ab ἀλαζών.

Ἀλαζονικῶς, *Adu.* iactanter, gloriose.

Ἀλαζονοχαυνοφλύαρος, ου, ὁ, ostentator, in futilibus & nugis sese iactans. Vox Comica. Ex ἀλαζὼν, *iactator*, χαῦνος, *inanis*, & φλύαρος, *ineptiæ*.

ἈΛΑΖΩ'Ν, όνος, ὁ καὶ ἡ, inanis iactator, ostentator, gloriosus, superbus, arrogans. 2) mendax. 3) vagus.

Ἀλάθητος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui latere nequit. 2) qui obliuioni mandari non potest. 3) quem nihil latet. Ex α pr. & λανθάνω, *lateo*.

Ἀλαίνω, erro, vagor. Ab ἀλάομαι.

Ἀλαῖος, αία, αῖον, cæcus, captus oculis. Ab ἀλαός.

Ἀλαιὸς, antiquus.

Ἀλάκητος, ου, ὁ καὶ ἡ, strepitum non edens. Ex α pr. & λακέω, *sono, strepo*.

Ἀλαλὰ, vox inarticulata, ciendo Marti, quæ a militibus ante pugnam edi solebat.

Ἀλαλαγὴ, ῆς, ἡ, lætus clamor. Ab ἀλαλάζω.

Ἀλάλαγμα, ατος, τὸ, lætus clamor militum. 2) læta vociferatio. Ab ἀλαλάζω.

Ἀλαλαγμὸς, ου, ὁ, idem. 2) hymnus, qui ob partam victoriam canitur. Ab eod.

Ἀλαλάζω, f. άξω, clamo alala, fremitum edo inter pugnandum. 2) tollo clamorem lætum. 3) tollo clamorem tristem, vlulo. 4) tinnio. Gl. Vet. vlulo. tintinno. ἀλαλάζων, tinnulus, Gl. Vet. Ab ἀλαλά.

Ἀλαλὴ, idem quod ἀλαλά.

Ἀλάλημαι, vagor, erro. Ab ἀλάομαι.

Ἀλαλητέω, idem.

Ἀλαλητὸς, ου, ὁ, clamor militum dicentium ἀλαλά. 2) clamor militaris. Ab ἀλαλή.

Ἀλάλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui verbis non exprimitur vel profertur. Ex α pr. & λαλητὸς, *effabilis, dictus*.

Ἀλαλκέω, ῶ, f. ήσω, depello, propulso, arceo. Ab ἀλκέω.

Ἀλαλκομένιος, nomen mensis ap. Bœotios.

Ἀλαλκομενηὶς, ίδος, ἡ, auxiliatrix. Epitheton Mineruæ. Ex ἀλάλκω, *iuuo*.

Ἀλαλκτήριον, ου, τὸ, remedium, auxilium. Ab ἀλκτὴρ, *auxiliator*.

Ἀλάλκω, depello, arceo. Ab ἀλκέω.

Ἄλαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui loqui non potest, mutus. Ex α pr. & λαλέω, *loquor*, vel λάλος, *vocalis*.

Ἀλαλύκτημαι, erro. 2) moleste fero. 3) metuo. Ab ἀλύσσω, *anxius sum*.

Ἀλάμπετος, ου, ὁ καὶ ἡ, splendoris expers, non illuminatus, non splendens, obscurus.

Ἀλαμπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem. Ex α pr. & λάμπω, *luceo, splendeo*.

Ἀλάομαι, ῶμαι, vagor, erro. 2) incertus sum. Ab ἄλη.

ἈΛΑΟ'Σ, ου, ὁ καὶ ἡ, non videns, cæcus.

Ἀλαοσκοπία, ας, ἡ, *Ion.* ἀλαοσκοπίη, cæca, i. e. negligens speculatio, error oculi, vel opinionis. Ex ἀλαὸς & σκοπέω, *speculor*.

Ἀλαοτόκος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui cæcos fœtus gignit, cæcum pariens. Ex ἀλαὸς, & τίκτω, *pario*.

Ἀλαόω,

λαίω, ῶ, f. ώσω, cæco. 2) irritum reddo, frustro. 3) ærumnis frango. Ab ἀλαός.
λαπαδνὸς, ἡ, ὸν, vastatu facilis, imbecillis. Ab ἀλαπάζω.
λαπάζω, f. άξω, vasto, diripio, dissipo, exinanio, solo æquo.
λας, ατος, τὸ, sal. Ab ἅλς.
λαστέω, cruçior, mœrore afficior. A seq.
λαστέω, ῶ, f. ήσω, idem. Ab ἄλαστος, grauis.
λαστορία, ας, ἡ, vltrix conscientia. 2) diræ, mores pestiferi. Ab ἀλάστωρ.
λαστος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non obliuiscendus, cuius indelebilis est memoria. 2) intolerabilis, grauis. Ex α pr. & λανθάνομαι, vel λάζυμαι, capio. qui ferri aut capi nequit.
λάστωρ, ορος, ὁ, qui perpetrauit non obliuiscenda. 2) scelestus, exsecrandus. 3) dæmon crudelis & sanguinarius. Ex iisd.
λατεία, ας, ἡ, error. Ab ἀλάομαι.
λατοπωλία, ας, ἡ, salis venditio. 2) arbitrium vendendi salis. Ex ἅλς, sal, & πωλέω, vendo.
λάχανος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, oleribus carens.
λαῶπις, ιδος, ἡ, cæca, obscura. Ex ἀλαὸς & ὤψ, oculus.
λαωπὸς, ȣ, ὁ καὶ ἡ, cæcus, obscurus. Ex iisd.
λαωτὺς, ύος, ἡ, cæcitas. 2) error. Ab ἀλαὸς, cæcus, vel ἀλάομαι.
λγεινὸς, ἡ, ὸν, molestus, asper, grauis, dolorem adferens. Ab ἄλγος, dolor.
λγεινῶς, Adu. moleste, cum dolore.
λγέω, ῶ, f. ήσω, doleo de animo & de corpore.
λγηδὼν, όνος, ὁ, dolor, cruciatus. A præc.
λγημα, ατος, τὸ, dolor, ægritudo. Ab eod.
λγηρὸς, ὰ, ὸν, dolorem adferens, molestus.
λγησις, εως, ἡ, dolor. Ab ἀλγέω.
λγητικὸς, ἡ, ὸν, dolori exprimendo aptum. Epith. verbi. 2) dolorem afferens.
λγινόεις, εσσα, εν, molestus, acerbus, a sequ.
ΑΛΓΟΣ, εος, τὸ, dolor. 2) mœror, tristitia. 3) molestia. 4) calamitas, malum. Hinc Comp. ἀλγίων, & Superlat. ἄλγιστος, molestior, molestissimus.
λγύνω, f. υνῶ, dolore adficio. 2) mœrorem creo. ἀλγύνομαι, doleo, mœreo. A præc.
λδαίνω, augeo. Ab seq.
ΑΛΔΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, augeo, do incrementum, foveo, orno, colo.
λδησκάσκω, idem.
λδήσκω, f. ἀλδήσω, augeor, cresco, incrementum capio. Ab ἀλδέω.
ΑΛΕ'Α, ας, ἡ, calor, f. tepor, qui est ex sole. 2) calor quilibet. 2) vitatio, declinatio, effugium. Illud ab ἄλιος, Dor. pro ἥλιος, sol, hoc ab ἀλέω, ἀλεύω, vito.
λεάζω, f. άσω, tepeo, caleo, calore fruor. 2) vito. Ab ἀλέα.
λεαίνω, eadem. Ab eodem.
λεγεινὸς, ὴ, ὸν, curæ plenus, molestus. 2) tristis. 3) difficilis. Ab ἄλγος, dolor.
λεγίζω, f. ίσω, curo. Ab α ἀέγω.
λεγύνω, accuro, apparo. Ab eod.
ΑΛΕΓΩ, curo, rationem habeo alicuius rei.
λεεινὸς, ὸ, ὸν, tepidus, calidus. 2) æstiuus. Ab ἀλέα, tepor.
λείνω, effugio, declino, euito. Ab ἀλέομαι

'Αλέες, in vnum congregati. 2) frequentes, conferti. Callim. Ab ἀλὴς.
'Αλεὴ, ῆς, ἡ, fuga. Ab ἀλέω, vito.
'Αλεία, ας, ἡ, piscatus, vt ἁλιεία. Ab ἁλεύω, versor in mari.
'Αλεία, ας, ἡ, peregrinatio.
'Αλείαντος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui læuigatus, aut complanatus non est. 2) qui læuigari nequit. 3) non mollitus. A λειαίνω, læuigo.
"Αλειαρ, ατος, τὸ, farina. Ab ἀλέω, molo.
"Αλειμμα, ατος, τὸ, vnctio, ipsa actio vngendi. 2) vnguentum. 3) incitamentum, verbum ductum a palæstra. Ab ἀλείφω, vngo.
'Αλεινος, ἡ, ὸν, tenuis, imbecillus. 2) idem quod ἀλεεινὸς, tepidus.
'Αλειπτήριον, ȣ, τὸ, vnctuarium, locus in balneo vnctui destinatus. Ab eod.
'Αλείπτης, ȣ, ὁ, vnctor. 2) qui alios ad certamina instruit & exercet. 3) certaminis moderator, excitator, cohortator.
'Αλειπτικῶς, Adu. more pædotribarum.
'Αλειπτὸν, ȣ, τὸ, suffitus præparatus.
"Αλειπτρον, τὸ, vas vnguentarium.
"ΑΛΕΙΣΟΝ, ȣ, τὸ, poculum cælatum. 2) poculum quodcunque.
'Αλειτεία, ας, ἡ, peccatum. Suid. Ab ἀλειτεύω, pecco.
'Αλείτης, ȣ, ὁ, peccator. Ab ἀλέω, erro.
'Αλειτουργησία, ας, ἡ, immunitas ab obeundis muneribus, vectigalibus. Ex α pr. & λειτουργέω.
'Αλειτούργητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, immunis, Gl. Vet. vel qui munera nulla obit, aut ea recusat obire. Ab eod.
"Αλειφαρ, ατος, τὸ, vnguentum. 2) oleum. 3) adeps. 4) pix & quodcunque aliquid oblinitur. Plur. ἀλείφατα, ἀλειφα. Ab eod.
'ΑΛΕΙ'ΦΩ, f. ψω, vngo, oleo vel vnguento lino, illino. 2) incito, instigo, exhortor.
"Αλειψις, εως, ἡ, vnctio. A præc.
'Αλεκτὴρ, ῆρος, ὁ, propulsator. Ab ἀλέκω, arceo.
'Αλεκτόρειος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, ad gallum, vel gallinam pertinens. Ab ἀλέκτωρ, gallus.
'Αλεκτορὶς, ίδος, ἡ, gallina. Ab eod.
'Αλεκτορόλοφος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, gallinacei cristam habens. Ex ἀλέκτωρ, gallus, & λόφος, crista.
'Αλεκτοροφωνία, ας, ἡ, gallicinium.
"Αλεκτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, ineffabilis. 2) non dicendus, celandus. 3) non lectus, non collectus. 4) negans cubitum duci. 5) accubans alterius lateri.
'Αλεκτρὶς, ίδος, gallina.
'Αλεκτρυαινα, ης, ἡ, idem.
'Αλεκτρυονοπώλης, ȣ, ὁ, gallinarum venditor. Ex ἀλεκτρυὼν & πωλέω, vendo.
'Αλεκτρυοπώλης, ȣ, ὁ, gallinarum venditor. Ex iisdem.
'Αλεκτρυονοπωλητήριον, ȣ, τὸ, locus, vbi venduntur gallinæ. Ex iisd.
'Αλεκτρυὼν, όνος, ὁ καὶ ἡ, gallus, gallina. Ab seq.
'Αλέκτωρ, ορος, ὁ, gallus.
[illegible] 2) innupta. Ex α & λέκτρον, [illegible]
'Αλ[illegible] [illegible]
'Αλεμάτως, Dor. pro ἠλεμάτως, [illegible]

Ἀλεμάτως, fruſtra, ap. Callim.
Ἀλεξάνδρεια, ας, ἡ, Alexandrea, ſ. Alexandria, vrbs. Ab Ἀλέξανδρος.
Ἀλεξανδρεὺς, έος, ὁ, ciuis Alexandrinus.
Ἀλεξανδρίζω, Alexandrum imitor. 2) eius partes defendo.
Ἀλεξανδρῖνος, ίνη, ῖνον, Alexandrinus. Ab eod.
Ἀλέξανδρος, ȣ, ὁ, Alexander. 2) hominum defenſor. Ab ἀλέκω, *iuuo* & ἀνὴρ, *vir*, quaſi *fortis auxiliator*.
Ἀλεξάνεμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, ventum, frigus arcens.
Ἀλεξέω, ῶ, f. ήσω, arceo, depello. 2) opitulor, auxilior, iuuo. Ab ἀλέξω.
Ἀλέξημα, ατος, τὸ, id quod arcet, remedium.
Ἀλέξησις, εως, ἡ, propulſatio. 2) defenſio, opitulatio. 3) remedium.
Ἀλεξήτειρα, ας, ἡ, propulſatrix. 2) auxiliatrix.
Ἀλεξητὴρ, ῆρος, ὁ, qui arcet, propulſator. 2) defenſor, auxiliator.
Ἀλεξητήριον, ȣ, τὸ, remedium. 2) amuletum. 3) munimen.
Ἀλεξητήριος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, propulſatorius. 2) defenſorius. 3) remedium præſtans.
Ἀλεξητικὸς, ή, ὸν, arcendi depellendique vim habens.
Ἀλεξήτωρ, ορος, idem quod ἀλεξητήρ.
Ἀλεξιάρη, ης, ἡ, dirarum expultrix. Ex ἀλέκω, *arceo*, & ἀρὰ, *imprecatio, diræ*.
Ἀλεξιάρης, ȣ, ὁ, dirarum depulſor.
Ἀλεξιβέλεμνος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, arcens, ſeu depellens ſagittas. Epith. ſcuti. Ex ἀλέκω & βέλος, *ſagitta*.
Ἀλεξίκακος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, arcens, ſeu depellens malum. 2) qui a vitio purgat & liberat.
Ἀλεξίλογος, ον, adiuuans orationem, dicendi facultatem.
Ἀλεξίμαχος, ον, arcens bellum, vim hoſtilem.
Ἀλεξιμβροτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, propulſans ab hominibus mala.
Ἀλεξίμορος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, arcens mortem.
Ἀλεξιφάρμακον, ȣ, τὸ, remedium aduerſus venenum, amuletum. 2) remedium quoduis. 3) præſidium.
ἈΛΕ´ΞΩ, f. ξήσω, depello, arceo. 2) auxilior.
Ἀλεὸς, ȣ, ὁ, calidus, tepidus. Ab ἀλέα, *calor*. 2) amens, pro ἠλεός.
Ἀλεότης, ητος, ἡ, collectio, congeries. Ab ἀλέω, *congrego*.
Ἀλεόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, demens, mente captus. Ex ἀλεὸς pro ἠλεὸς, *ſtolidus*, & φρὴν, *mens*.
Ἀλέπαδνος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non habens lora lata. Ex α pr. & λέπαδνα, *lora lata*.
Ἀλεπιδωτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non ſquamatus, ſquamis carens. Ex α pr. & λεπιδωτὸς, *ſquamatus*.
Ἀλέπιστος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non decorticatus, vel negans decorticari. Ex α pr. & λεπίζω, *decortico*.
Ἀλεστέον, molendum eſt. Ab ἀλέω.
Ἀλεστέος, έα, έον, molendus. Ab eod.
Ἀλεστὴ, ῆς, ἡ, acus, gluma. Ab eod.
Ἀλεστὴς, ȣ̃, ὁ, molendinarius, Gl. Vet. Ab ἀλέω.
Ἄλετος, ȣ, ὁ, ipſa molendi actio, molitura. Ab eod.
Ἀλετρεύω, f. εύσω, molo. Ab eod.
Ἀλετρίβανος, ȣ, ὁ, piſtillus. Ex ἀλέω, *molo*, & τρίβω, *tero*.

Ἀλετρὶς, ίδος, ἡ, molitrix, ſerua, vel molitoris vxor. Ab ἀλέω, *molo*.
Ἀλετὼν, ῶνος, ὁ, piſtrinum. Ab eod.
Ἀλευρίτης, ȣ, ὁ, farinaceus. Ab ἄλευρον.
Ἀλευρόμαντις, εως, ὁ, qui ex farina diuinat. Ex ἄλευρον & μάντις, *vates*.
Ἄλευρον, ȣ, τὸ, farina, polenta, alica. Ab ἀλέω.
Ἀλευροποιέω, ῶ, f. ήσω, farinam facio, pinſo, molo.
Ἀλευρότησις, εως, ἡ, farinæ in cribro tenuiori agitatio, vt tenuiſſima farina tranſeat; vnde & quidam interpretantur *pollen*.
Ἀλεύω, f. εύσω, fugio, vito. Ab ſeq.
ἈΛΕ´Ω, ῶ, f. έσω, vel ήσω, molo. 2) caueo, vito. 3) congrego.
Ἀλεωρὴ, ῆς, ἡ, euitatio. 2) munimentum. A præc.
Ἀλέως, *Adu.* confertim. Ab ἅλις, *ſatis, abunde*.
ἌΛΗ, ης, ἡ, error, erratio, vagatio. Ab ἀλάω, *vagor*.
Ἀληθάργητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui lethargo, ſ. veterno non corripitur. Ex α pr. & λήθαργος, *veternus*.
Ἀλήθεια, ας, ἡ, veritas, candor animi nil celans, nil ſimulans aut diſſimulans, ſed omnia ſua in propatulo exponens. Ex α pr. & λανθάνω, *lateo*.
Ἀληθὲς, *Adu.* reuera, profecto. 2) *Adu.* admirantis, itane vero? Ab ἀληθής.
Ἀληθευτικὸς, ή, ὸν, verax. Ab ſeq.
Ἀληθεύω, f. εύσω, vera loquor. 2) verus ſum; 3) integer, ſincerus ſum, non fucatus. 4) verum eſſe doceo, pro vero probo.
ἈΛΗΘΗ´Σ, έος, ὁ καὶ ἡ, verus, verax. 2) certus. 3) rectus, conueniens, idoneus. 4) memor. 5) ſincerus.
Ἀληθίζω, & ἀληθίζομαι, vera dico. Ab ἀληθής, *verus*.
Ἀληθινὸς, ή, ὸν, verus, verax. 2) non fictus, non fucatus. 3) certus, firmus. Ab eod.
Ἀληθινῶς, *Adu.* vere, veraciter.
Ἀληθογνωσία, ας, ἡ, veri cognitio. Ab ἀληθὴς & γνῶσις, *cognitio*.
Ἀληθοεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, veriloquus, verax. Ex ἀληθὴς ἔπω, *dico*.
Ἀληθόμαντις, εως, ὁ, vates verus.
Ἀλήθω, f. ἀλήσω, molo. Ab ἀλέω, *molo*.
Ἀληθῶς, *Adu.* vere.
Ἀλήιος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, aruis vel ſatis carens. 2) ſine præda. 3) pauper. Ex α pr. & λήϊον, *ſeges*, vel ληΐη, *præda*.
Ἀλήιστος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, tutus a prædonum iniuria, non direptus. Ex α pr. & ληϊστὴς, *prædo*.
Ἄληκτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non deſinens, qui numquam ceſſat. Ex α pr. & λήγω, *deſino*.
Ἄλακτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, communis, forte non diviſus. Ex α pr. & λαγχάνω, *ſortior*.
Ἄλημα, ατος, τὸ, vagatio, erratio. 2) fraus, machinatio. 3) homo aſtutus & fraudulentus. Ab ἀλάομαι, *erro*.
Ἄλημι, erro. Ab ἀλέω.
Ἀλημοσύνη, ης, ἡ, error, vagatio. 2) peritia regionum e peregrinationibus multis & diuturnis. Ab ſeq.

Ἀλήμων,

λήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, erro, vagus.
ληπτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui captus non eſt. 2) qui capi aut vinci nequit. 3) reprehenſionis expers. 4) incomprehenſibilis.
λήπτως, Adu. ita, vt capi nequeat. 2) ſine reprehenſione, abſque crimine vel condemnatione.
λής, έος, ὁ καὶ ἡ, congregatus, confertus. Ab ἅλις, affatim.
λησιον, quidquid moli poteſt. Ab ἀλήθω, molo.
λησις, ἡ, idem quod ἄλη, obitus, ambitus, circuitus, iter, ap. Aratum de via ſolis in Zodiaco.
λήϛευτος, ον, latronibus non obnoxius. Ab α & λῃϛεύω, prædor, latrocinor.
λητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, idem, quod ἄλαϛος.
λητεία, ας, ἡ, idem quod ἄλη. 2) irritus, fruſtraneus.
λητεύω, f. εύσω, vagor, erro. Ab ſeq.
λήτης, ȣ, ὁ, vagus, erro. Ab ἀλάομαι.
λῆτις, ιδος, ἡ, erratrix, vagabunda.
λητοειδὴς, ὲς, farinæ ſimilis, epith. vrinæ ap. Hipp. Ab ſeq.
λητὸν, ȣ, τὸ, farina.
λθαία, ας, ἡ, maluæ ſilueſtris genus. Ab ἄλθω, ſano.
λθαίνω, medeor. Ab eod.
λθεξις, εως, ἡ, ſanatio, Hipp. reperitur & Ἄλθαξις.
λθευς, έως, ὁ, medicus.
λθέω, ῶ, f. ήσω, idem, quod ἀλθαίνω.
λθήεις, εσσα, ῆεν, ſanitati vtilis, ſaluber.
λθήσκω, f. θήσω, ſano, medeor.
λθηϛήριον, ȣ, τὸ, medela, remedium.
λθος, εος, τὸ, ſanatio, medela, medicamentum.
ΛΘΩ, ſano. 2) augeo. vid. ἀλδέω.
λία, ας, ἡ, congregatio, cœtus, concilium. Ab ἅλις, ſatis, abunde. vid. ἡλιαία.
λία, ας, ἡ, vas, in quo ſal terebratur, aut reponitur. Ab ἅλς, ſal.
λιαετος, ȣ, ὁ, aquila marina. Ex ἅλς, mare & ἀετὸς, aquila.
λιαὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, per mare flans. Ex ἅλς, mare & ἄημι, flo.
λιαίετος, ȣ, ὁ, idem, quod ἁλιάετος.
λίαρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, ſale conditus. Ab ἅλς.
λιὰς, αδος, ἡ, nauicula, cymba. 2) piſcatrix.
λίαϛος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, ineuitabilis. 2) vehemens, capi & teneri negans. 3) non deſinens. Ex α pr. & λιάζω, propero, agito, exeo.
λιβάνωτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, expers honoris, qui ture accenſo defertur. Ex α pr. & λιβανωτὸς, tus.
λίβας, αντος, ὁ, mortuus, defunctus. 2) fluuius apud inferos. 3) acetum, quaſi excluſum a libationibus: aceto enim non fiebat. ἀλίβαντες, anni. Ex α pr. & λιβὰς, humor.
λίβατος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, per mare vadens, aut in vndis conſtitutus. Ex ἅλς, mare, & inuſ. βατέω, gradior.
λιβδύω & Ἀλιβδύω, f. ύσω, ſubmergo in mari. 2) occulto. Ex ἅλς, mare, & δύω, mergo.
λίβρεκτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, mari immerſus, madefactus. Ex ἅλς, mare & βρέχω, madefacio.
λιβρομος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, marinum quendam fremitum edens. Ex ἅλς, mare & βρέμω, fremo.

Ἁλίβροχος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui mari abluitur, mergitur. Ex ἅλς, mare & βρέχω, madefacio.
Ἀλίβρωτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, & ἀλιβρὸς, ſalem comedens. 2) a mari exeſus. Ex ἅλς, ſal, vel mare & βρώσκω, comedo.
Ἀλιγείτων, ονος, ὁ καὶ ἡ, mari vicinus.
Ἀλιγενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mari genitus, vel natus.
ΑΛΙΓΚΙΟΣ, ȣ, ὁ, ſimilis.
Ἁλιδινὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui in mari verſatur, qui per mare circumagitur. Ex ἅλς, mare, & δίνη, vortex.
Ἁλίδȣπος, ον, q. d. mariſtrepus, epith. Neptuni. 2) ſonorus, ſtrepens, epith. maris. Ex ἅλς & δȣ̃πος, ſtrepitus.
Ἁλίδρομος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, per mare currens.
Ἁλιδύω, f. ύσω, ſubmergo in mari. Ex ἅλς & δύω, mergo. vid. ἀλιβδύω.
Ἁλιεία, ας, ἡ, piſcatio, piſcatus. Ab ἁλιεὺς, piſcator.
Ἁλιεργὴς, ὲς, in mari laborans, piſcator. 2) purpureus, quaſi e mari factus.
Ἁλιερκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mari cinctus. Ex ἅλς, mare, & ἕρκος, ſeptum.
Ἁλίευμα, ατος, τὸ, piſcatio. 2) captura. Ab ἁλιεύω, piſcor.
Ἁλιεὺς, έος, ὁ, piſcator. 2) marinator. Ab ἅλς, mare.
Ἁλιευτὴς, ȣ̃, ὁ, idem. Ab ἁλιεύω.
Ἁλιευτικὸς, ἡ, ὸν, piſcatorius, ad piſcationem, ſeu piſcatorem pertinens. Hinc ἡ ἁλιευτικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars piſcatoria. ἁλιευτικὰ, ſcil. ἔπη, carmina vel præcepta de captura piſcium.
Ἁλιευτικῶς, Adu. more piſcatorio.
Ἁλιεύω, εύσω, piſcor.
Ἁλίζω, f. ίσω, congrego, colligo. 2) ſale condio, conſpergo. Ab ἅλς, ſal, vel ἀλὴς, confertus.
Ἁλίζωνος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, mari ſuccinctus, bimaris, epith. Iſthmi. Ex ἅλς, mare, & ζωννύω, cingo.
Ἁλιήρης, εος, ὁ καὶ ἡ, per mare remigans. 2) marinus. Ex ἅλς, mare, & ἐρέσσω, remigo, aut ἄρω, apto, inſtruo.
Ἁλιήτωρ, ορος, ὁ, piſcator. Ab ἅλς, mare.
Ἁλιηχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mariſonus. Ex ἅλς, mare, & ἦχος, ſonus.
Ἄλιθος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, minime lapidoſus.
Ἁλικὶς, ίδος, ἡ, ſalſugo. Ab ἅλς, ſal.
Ἁλίκλυϛος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui mari alluitur, vt litus, vrbes maritimæ, qui in mari habitat, vt Nymphæ, in mari ſitus eſt, vt inſulæ. Ex ἅλς & κλύζω, lauo.
Ἁλικὸς, ἡ, ὸν, maritimus. Ab ἅλς, mare.
Ἁλίκρας, ατος, ὁ καὶ ἡ, mari, ſ. ſalſugini marinæ commiſtus. Ex ἅλς & κεράω, miſceo.
Ἁλικρείων, οντος, ὁ, maris regnum obtinens. Ex ἅλς & κρείων, regnans.
Ἁλικρηπὶς, ίδος, ἡ, maritima, Nonn. Ex ἅλς & κρηπὶς, fundamentum.
Ἁλικρόκαλος, ον, calculis e mari in litus eiectis oblitus. Ex ἅλς & κροκάλη, lapillus litoralis.
Ἁλίκτυπος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, mari, ſeu vndis marinis reſonans, mariſonus. 2) ventus, qui in mari ſtrepitum excitat. 3) eſt & epith. maris ipſius. Ex ἅλς & κτυπέω, pulſu ſonitum cieo.
Ἁλικώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ſalſus. Ab ἁλικὶς, ſalſugo.

Ἁλιμα,

"Ἄλιμα, τὰ, genus fruticis ap. τὸς ό. genista, ab ἄλιμος.

Ἁλιμέδων, οντος, ὁ, mari imperans, maris imperator. Ex ἅλς, *mare*, & μέδω, *regno*, *impero*.

Ἀλίμενος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, portu carens. Gl. Vet. importuosus. Ex α pr. & λιμὴν, *portus*.

Ἀλιμενότης, ητος, ἡ, defectus portuum.

Ἀλιμένιστος, ον, portu carens. Hesych.

Ἁλιμήδης, εος, ὁ καὶ ἡ, epith mercatoris, in mari arte n exercens, e mari quæstum faciens. Ex ἅλς & μῆδος, *consilium*.

Ἁλίμικτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, mari permistus, vel cum mari consuetudinem habens, mare frequentans. Ex ἅλς, *mare*, & μίγνυμι, *misceo*.

"Ἅλιμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, maritimus. 2) aridus, ap. τὸς ό. Ex ἅλιμα. Ab ἅλς, *mare*.

"Ἄλιμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, famem pellens. Ex α pr. & λιμὸς, *fames*.

Ἁλιμυρήεις, εσσα, ῆεν, in mare fluens. Epith. fluminis. Ex ἅλς & μύρω, *fluo*.

Ἀλινδέω, ῶ, f. ήσω, voluo, voluto. Ab ἀλίω, quod idem significat.

Ἀλίνδησις, εως, ἡ, & ἀλίνδεσις, volutatio in pulvere.

Ἀλινδήθρα, ας, ἡ, volutabrum, locus, vbi athletæ in puluere volutantur; item, vbi equi sudantes a cursu.

Ἀλινδὸς, ȣ, ὁ, certamen quod fit cursu. Ab α & λίνδομαι. 2) volutatio.

Ἀλινέω & ἀλίνω, vngo, lino.

Ἁλινήκτειρα, ας, ἡ, in mari natans. Ex ἅλς, *mare*, & νήχω, *nato*.

Ἁλινηχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, in mari natans. Ex iisdem.

Ἁλίνιτρον, ȣ, τὸ, salpetrum, sal petræ. Ex ἅλς & νίτρον, *nitrum*.

"Ἅλινος, ίνη, ινον, ex sale confectus. Ex ἅλς, *sal*.

"Ἄλινος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, quod retibus caret, vel retibus non fit. Ex α pr. & λίνον, *rete*.

Ἀλινὸς, ὸν, venustus, lepidus. Sed vid. ἀδινὸς.

"Ἅλιος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, vel ἅλιος, ία, ιον, marinus, maritimus. 2) vanus, irritus. Illud ab ἅλς, *mare*. 3) sol, *Dorice* pro ἥλιος.

Ἁλιοτρεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, in mari nutritus. Ex ἅλς & τρέφω, *nutrio*.

Ἁλιόω, f. ώσω, vanum, seu irritum reddo. Ab ἅλιος.

Ἀλίπαινα, ων, τὰ, quæ non constant pinguibus. Ab ἀλιπὴς, *non pinguis*.

Ἀλιπαρὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, squalidus. τὸ ἀλιπαρὲς, negligens cultus, nitore carens. Ab eod.

Ἁλίπαστος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, sale conspersus. 2) mari, seu vndis marina conspersus. Ex ἅλς, *mare*, s. *sal*, & πάσσω, *conspergo*. Sed ἀλίπαστος non vnctus, non saginatus.

Ἁλίπεδον, ȣ, τὸ, solum, quod aliquando mari coopertum fuit. 2) quilibet campus. 3) planities, siue ager iuxta mare. Ex ἅλς, *mare*, & πέδον, *campus*.

Ἀλιπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, pinguedine, seu oleo carens. 2) macilentus. 3) siccus, aridus. Ex α pr. & λίπος, *pinguedo*.

Ἁλίπλαγκτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, mariuagus, pontiuagus. Ex ἅλς πλαγκτὸς, *vagus*.

Ἁλιπλανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem. Ex ἅλς & πλάνος, *erro*, *vagus*.

Ἁλιπλανία, ας, ἡ, vagatio in mari. A præc.

Ἁλίπλοος, *contr.* ἁλίπλȣς, ȣ, ὁ καὶ ἡ, per mare nauigans, seu natans. Ex ἅλς, *mare*, & πλόος, *nauigatio*.

Ἁλίπνοος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, odorem maris habens, mare redolens. 2) per mare, in mari flans. Ex ἅλς & πνέω, *spiro*.

Ἁλιπόρφυρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, marinæ purpuræ colorem habens, purpureus. 2) seu qui ab vndis susque deque agitatur.

Ἁλιῤῥαγὴς, ὲς, in quo vndæ s. fluctus franguntur. epith. scopuli. Ex ἅλς & ῥήγνυμι.

Ἁλιῤῥόθιος, ον, marinus. Ab ἁλίῤῥοθος.

Ἁλιῤῥόθιον, fluctus marinus. Ab seq.

Ἁλίῤῥοθος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, marifluus, in mari fluens. 2) qui fluctibus marinis agitatur. 3) *Subst.* ὁ fluctus maris. Ex ἅλς, *mare*, & ῥόθος, *vndarum æstus*.

Ἁλίῤῥοος, *contr.* ἁλίῤῥȣς, ȣ, ὁ καὶ ἡ, marifluus, circa mare, ad mare, in mare vel in mari fluens. Ex ἅλς, *mare*, & ῥέω, *fluo*.

Ἁλίῤῥυτος, ον, marinus, quod mari alluitur. Ab iisd.

"ΑΛΙΣ, *Adu.* satis, abunde. 2) adfatim, magna copia. 3) confertim, coaceruatim.

Ἁλὶς, ίδος, ἡ, salsugo. Ab ἅλς, *sal*.

ΑΛΙΣΓΕ΄Ω, ῶ, f. ήσω, contamino, polluo.

Ἀλίσγημα, τος, τὸ, contaminatio, pollutio, contagio ex cibo vetito. A præc.

ΑΛΙΣΚΩ, f. ἁλώσκω, p. ἑάλωκα, capio. 2) deprehendo. 3) conuinco, reum perago. 4) damno. 5) vinco. ἑάλω, captus est, Gl. Vet. aor. 2. part.

"Ἅλισις, εως, ἡ, salitura, Gl. Vet. Ab ἁλίζω.

"ΑΛΙΣΜΑ, ατος, τὸ, alisma, planta.

Ἁλισμὸς, ȣ, ὁ, salitura, ipse actus saliendi. Ab ἁλίζω.

Ἁλίσπαρτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, sale conspersus (per contumeliam). 2) grauiter per iniuriam verberatus & vix sanabilia vulnera inde habens, ap. Comicos. Ex ἅλς, *sal*, & σπείρω.

Ἁλιστεφὴς, ὲς, mari cinctus. Ex ἅλς & στέφω.

Ἁλίστονος, ον, a maris allapsu strepens, resonans. Ex eod. & στένω.

Ἁλιστὸς, ὴ, ὸν, salitus, sale conditus. Ab ἁλίζω.

Ἀλίστρα, ας, ἡ, volutabrum, locus vbi se volutant animalia. vid. ἀλινδήθρα. Ab ἀλίω, *voluto*.

Ἁλίστρεπτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, mariuagus. Ex ἅλς, *mare*, & στρέφω, *verto*.

Ἁλιστρεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem.

Ἀλιταίνω, pecco, offendo, lædo. Ab ἀλιτέω.

Ἀλιτάνευτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, cui supplicari non potest. 2) qui supplicando exorari non potest, inexorabilis. 3) cui preces adhibitæ nullæ sunt. Ex α pr. & λιτανεύω, *supplico*.

Ἁλιτενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mari adiacens, maritimus. 2) demissus, humilis. 3) vadosus. Ex ἅλς, *mare*, & τείνω, *tendo*.

Ἁλιτέρμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, mari finitimus, s. conterminus. Ex ἅλς & τέρμα, *terminus*.

Ἀλιτεύω, f. εύσω, pecco. Ab seq.

ΑΛΙΤΕ΄Ω, ῶ, f. ήσω, pecco, delinquo. 2) scelus admitto. 3) violo. 4) offendo. 5) decipio, fallo. Hinc ἀλιτήμενος, peccans, peccator, nocens.

Ἀλίτημα,

'Αλίτημα, ατος, τὸ, peccatum, ſcelus. A præc.
'Αλιτημοσύνη, ης, ἡ, idem. Ab ſeq.
'Αλιτήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, peccator, peccatrix. 2) inexorabilis. Ab ἀλιτέω.
'Αλιτημωρος, al ἀλιτήμωρος, ε, ὁ καὶ ἡ, mente captus, ſtultus. Ex ἀλιτέω & μωρὸς, ſtultus.
'Αλιτήριος, ε, ὁ, peccator, ſceleratus, flagitioſus. 2) qui voto ac ſpe excidit, qui ſcopum non eſt adſecutus. Ab eod.
'Αλιτηριώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, exſecrabilis, exitioſus. A præc
'Αλιτηρὸς, ὸν, ſceleratus, fœdus. Ab ἀλιτέω.
'Αλιτόκαρπος, ε, ὁ καὶ ἡ, vanam ſeu inanem habens prolem. Ex ἀλιτέω & καρπὸς, fructus.
'Αλιτόξενος, ον, qui hoſpitem violauit.
'Αλιτραίνω, pecco, ſcelerate ago. Ab ἀλιτρός.
'Αλιτρία, ας, ἡ, ſcelus. Ab eod.
'Αλιτρόβιος, ε, ὁ καὶ ἡ, improbe viuens.
'Αλιτρόνοος, ε, ὁ καὶ ἡ, dira & ſceleſta conſilia agitans.
'Αλίτροπος, ε, ὁ καὶ ἡ, qui huc illuc in mari iactatur. Ex ἅλς, mare & τρέπω. vid. ἁλίστροφος.
'Αλιτρὸς, ᾶ, ὁ, nefarius, ſceleratus. Ab ἀλιτέω,
'Αλιτροσύνη, ης, ἡ, improbitas, audacia. A præc.
'Αλίτροφος, ε, ὁ καὶ ἡ, qui ex mari alitur, v.g. piſcatu, vel eſu piſcium marinorum, ſ.etiam mercatura maritima.
'Αλίτρυτος, ε, ὁ καὶ ἡ, vel ἁλίτρυτος, ύτη, υτον, in mari vexatus, in mari abſumtus, vel attritus. Ex ἅλς & τρύω, vexo.
'Αλίτυπος, ε, ὁ καὶ ἡ, a mari percuſſus. Epith. litoris. Ex ἅλς & τύπτω, percutio, verbero.
'Αλίτυπτος, ε, ὁ καὶ ἡ, idem.
'Αλιφθορία, ας, ἡ, Ion. ἁλιφθορίη, peſtis in mari, naufragium. Ab ἁλιφθόρος.
'Αλιφθόρος, ε, ὁ καὶ ἡ, prædo marinus, Ex ἅλς, mare & φθείρω, perdo.
'Αλίφλοιος, ε, ὁ καὶ ἡ, ſpecies quercus. Ex ἅλς & φλοιὸς, cortex.
'Αλίχλαινος, ε, ὁ καὶ ἡ, purpuratus. Ex ἅλς & χλαῖνα, læna.
'ΑΛΙ'Ω, f. ίσω, voluo, voluto.
'Αλίως, Adu. fruſtra. Ab ἅλιος.
'Αλκάζω, fortiter ago, pugno. Etym. Ab ἀλκὴ, robur.
'Αλκαία, ας, ἡ, cauda leonis: quia caudam quatiendo leo ſibi robur addere & animos ciere ſolet: item ceterorum animalium. Ab eod.
'Αλκαρ, αρος, τὸ, auxilium, remedium, tutamen, munimentum, præſidium. Ab eod.
'Αλκέα, ας, ἡ, alcea, maluæ ſilueſtris genus. Ab eodem.
'Αλκέω, ῶ, f. ήσω, arceo, auxilior. Ab ſeq.
'ΑΛΚΗ', ῆς, ἡ, robur, vires, validitas. 2) fortitudo, ſtrennitas. 3) auxilium, remedium. 4) impetus, dum conſeruntur manus: quia tum res venit ad vim pugnantium. 5) ardor fortis malum illatum aut imminens a ſe propulſandi aut vlciſcendi.
'Αλκήεις, ήεσσα, ῆεν, robuſtus. 2) fortis, ſtrenuus. A præc.
'Αλκιβιάδιος, herba quædam faciens contra ictum ſerpentum, ſpecies anchuſæ. A ſeq.
'ΑΛΚΙ'ΒΙΟΣ, idem.

'Αλκίμαχος, ε, ὁ καὶ ἡ, ſtrenuus in pugna, ſtrenue pugnans.
'Αλκιμοποιὸς, ὸν, roborans.
'Αλκιμος, ε, ὁ καὶ ἡ, vel ἄλκιμος, ίμη, ιμον, robuſtus, fortis.
'Αλκίφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, magnanimus, ſtrenuus. Ex ἀλκὴ & φρὴν, mens.
'Αλκτὴρ, ῆρος, ὁ, defenſor, propugnator. Ab ἀλκέω.
'Αλκτήριον, ε, τὸ, auxilium, remedium. A præc.
'Αλκυδὼν, όνος, ἡ, halcedo, auis marina. Ex ἅλς, mare, & κύω, grauida ſum, quoniam in mari nidificat & parit. vid. 'Αλκυών.
'Αλκυόνειον, ſiue ἀλκυόνιον, ε, τὸ, ſpuma maris concreta, admiſtis ſordibus tenuiſſimis, ex qua nidificant halcyones. Ab ἀλκυών.
'Αλκυόνειος, ε, ὁ καὶ ἡ, halcedonius. Ab ἀλκυών.
'Αλκυονὶς, ίδος, ἡ, idem quod ἀλκυδών. & 2) plur. adiectiue halcyonia, tranquilla. Ab eod.
'Αλκυονίτιδες, αἱ, dies brumales quatuordecim ſereni, quæ halcyonia dicuntur.
'Αλκυὼν, όνος, ἡ, halcedo, ſiue halcyone. Ex ἅλς & κύω, vide ἀλκυδών.
"Αλκω, vel ἀλάλκω, f. ζω, idem quod ἀλκέω.
'Αλλὰ, ſed, aſt, at, quin. ἀλλὰ γὰρ, quin, Philox. aſt enim. ἀλλὰ δὴ καὶ, quinimo, Gl. Vet. ſed &. ἀλλ' ἐπειδὴ, quoniam vero, Philox. ἀλλὰ μὴν, quin, verum etiam, Philox. imo vero, ſed enim, Gl. Vet. ἀλλ' ὅμως, attamen, Philox. quare, quapropter.
'Αλλαγὴ, ῆς, ἡ, commutatio, permutatio. 2) contractus, commercium. 3) viciſſitudo. 4) manſio iter facientium, vbi permutantur equi. Ab ἀλλάττω.
"Αλλαγμα, ατος, τὸ, idem & ab eod.
'Αλλακτικὸς, ὴ, ὸν, ex pacto ſequens, pacto conſentaneus. 2) habilis permutationibus faciendis.
'Αλλακτὸν, ε, τὸ, lignum quo geſtabantur onera. Vocabulum nouæ græcitatis.
'Αλλαντοποιέω, ῶ, f. ήσω, farcimina, vel lucanicas facio.
'Αλλαντοποιὸς, ε, ὁ, qui facit lucanicas, fartor. Ex ἀλλᾶς & ποιέω.
'Αλλαντοπώλης, ε, ὁ, qui lucanicas, ſeu farcimina quæuis vendit. Gl. Vet. ἀλλαντοπῶλαι, fartores. Ex ἀλλᾶς & πωλέω, vendo
'Αλλαντοπωλέω, vendo farcimina. A præc.
'Αλλὰξ, Adu. permutatim, mutatis vicibus, viciſſim. Ab ἀλλάττω.
"Αλλαξις, εως, ἡ, mutatio, permutatio. Ab eodem.
'ΑΛΛΑ~Σ, άντος, ὁ, lucanica, botulus, farcimen.
'ΑΛΛΑ'ΣΣΩ, ſeu ἀλλάττω, f. άξω, muto, immuto, commuto. 2) permuto, vendo. 3) excuſo, a culpa libero. 4) veſtes induo.
'Αλλαχῆ, Adu. alibi, alio.
'Αλλαχόθεν, Adu. aliunde.
'Αλλαχόθι, Adu. alibi.
'Αλλαχόσε, Adu. alio, aliorſum. 2) alibi.
'Αλλαχῆ, Adu. alibi. 2) alio. Ab eod.

Ἀλλεπαλληλία, ας, ἡ, alternitas. 2) continuitas. Ab seq.

Ἀλλεπάλληλος, ε, ὁ καὶ ἡ, alternus. 2) creber, continuus. Ex ἄλλος, ἐπὶ & ἀλλήλων.

Ἄλλῃ, *Adu.* aliter, alia ratione. 2) alio, ad alium locum. 3) alibi, alio in loco. 4) alio itinere.

Ἀλληγορέω, ῶ, f. ήσω, aliud verbis, aliud sensu ostendo. 2) aliter interpretor, ac verba præ se ferunt. Ex ἄλλο, *aliud*, & ἀγορέω, *prædico*.

Ἀλληγόρημα, ατος, τὸ, quod per allegoriam dictum est. 2) interpretatio allegorica. A præc.

Ἀλληγορητὴς, ε, ὁ καὶ ἡ, interpres allegoriæ.

Ἀλληγορία, ας, ἡ, figura, qua aliud dicitur, aliud significatur.

Ἀλληγορικὸς, ἡ, ὸν, allegoricus, per allegoriam dictus. Ab ἀλληγορία.

Ἀλληγορικῶς, *Adu.* allegorice.

Ἀλληλέγγυοι, ων, οἱ, qui mutuo fideiubent, satisdant. Ex ἀλλήλων & ἐγγύη, *sponsio*.

Ἀλληλέγγυον, ε, τὸ, mutua fideiussio.

Ἀλληλεγγύως, *Adu.* cum mutua fideiussione.

Ἀλληλεδωταὶ, οἱ, qui se mutuo deuorant. Ab ἐδωδὴ, *cibus*.

Ἀλληλίζω, aliud atque aliud loquor, seu dico. Hesych.

Ἀλληλοβόροι, οἱ, qui se mutuo deuorant. A βορὰ, *deuoratio*.

Ἀλληλογονία, ας, ἡ, mutua procreatio. Ex ἀλλήλων, & γίνομαι, *nascor*.

Ἀλληλογραφία, ας, ἡ, mutua scriptio.

Ἀλληλοδιάδοχοι, οἱ καὶ αἱ, continua serie succedentes. Ab ἀλλήλων & διάδοχος, *successor*.

Ἀλληλοκτονεῖν, mutuo se interficere. Ab ἀλλήλας & κτείνειν.

Ἀλληλοκτονίαι, αἱ, mutuæ cædes.

Ἀλληλοκτόνος, ον, mutuas cædes gignens.

Ἀλληλοκτόνοι, οἱ, qui se mutuo occidunt.

Ἀλληλομαχεῖν, mutuo pugnare.

Ἀλληλομαχία, ας, ἡ, mutua pugna.

Ἀλληλοτομέω, ῶ, f. ήσω, mutuo seco. A τέμνω.

Ἀλληλοτυπέω, ῶ, f. ήσω, mutuo ferio.

Ἀλληλοτυπία, ας, ἡ, mutua conflictio.

Ἀλληλούϊα, Alleluia, laudate Dominum. Vox Ebraica.

Ἀλληλουχέω, ῶ, f. ήσω, connecto, compingo. Ex ἀλλήλων & ἔχω, vt alterum ab altero sustentetur.

Ἀλληλουχία, ας, ἡ, nexus inter se, series rerum inter se connexarum. Gl. Vet. compago, compages. A præc.

Ἀλληλοῦχος, ε, ὁ καὶ ἡ, mutuam connexionem habens.

Ἀλληλοφαγεῖν, mutuo deuorare se, seu vexare.

Ἀλληλοφαγία, ας, ἡ, mutua deuoratio, i. e. vexatio.

Ἀλληλοφάγοι, ων, οἱ καὶ αἱ, mutuo se deuorantes, vexantes litibus, maledictis.

Ἀλληλοφθονία, mutua inuidia.

Ἀλληλοφθορεῖν, mutuo se destruere, perdere. Ex ἀλλήλων & φθορὰ, *pernicies*.

Ἀλληλοφθορία, ας, ἡ, mutua grassatio, perditio. Ex iisd.

Ἀλληλοφονία, ας, ἡ, mutua cædes.

Ἀλληλοφόνοι, ων, οἱ καὶ ἡ, mutuo se interficientes, mutua cæde pereuntes. Ex ἀλλήλων & φόνος, *cædes*.

Ἀλληλοφόνται, οἱ, idem.

Ἀλληλοφυεῖς, ῶν, οἱ καὶ αἱ, ex se inuicem nati. Ex ἀλλήλων & φυὴ, *natura*, siue φύω, *nascor*.

Ἀλλήλων, *Dat.* ἀλλήλοις, αις, οις, *Acc.* ἀλλήλους, ας, α, inuicem, mutuo, alius alium, alter alterum. Ab ἄλλος, *alius*.

Ἀλλήλως, *Adu.* mutuo. Gl. Vet. A præc.

Ἄλλην, *Adu.* aliorsum. ἄλλην καὶ ἄλλην, huc illuc, alias atque alias. Ab eod.

Ἀλλογενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, aliunde genus habens, alienigena, peregrinus, ex alia tribu, aliaue gente oriundus. Ex ἄλλος & γένος, *genus*.

Ἀλλόγλωσσος, ε, ὁ καὶ ἡ, aliena lingua vtens. 2) externus, peregrinus. Ab ἄλλος & γλῶσσα.

Ἀλλογλωσσία, ἡ, diuersitas linguæ.

Ἀλλογνοῶν, desipiens, delirans, aliena comminiscens. A γινώσκω.

Ἀλλόγνωτος, ε, ὁ καὶ ἡ, aliis cognitus, nobis ignotus, externus, peregrinus. Ab eod.

Ἀλλοδαπὸς, ἡ, ὸν, externus, extraneus, peregrinus.

Ἀλλοδημία, ας, ἡ, peregrinatio, seu commoratio in populo aut domo alieno. Ex ἄλλος & δῆμος.

Ἀλλοδοξέω, ῶ, f. ήσω, aliud opinor.

Ἀλλοδοξία, ας, ἡ, opinionis diuersitas.

Ἀλλοεθνὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, alius gentis, alienigena, externus.

Ἀλλοεθνία, ἡ, diuersitas nationis, originis.

Ἀλλοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, aliam formam habens. Ab εἶδος.

Ἄλλοθεν, *Adu.* aliunde.

Ἄλλοθι, *Adu.* alibi, alio loco.

Ἀλλόθροος, ε ὁ καὶ ἡ, alia voce vtens. 2) externus. Ab θρόος, *vox*.

Ἀλλοινία, ας, ἡ, varietas & mutatio vini.

Ἀλλοιόθετος, ε, ὁ καὶ ἡ, varie positus vel affectus. Ex ἀλλοῖος, *varius*, & τίθημι, *pono*.

Ἀλλοῖος, οία, οῖον, alius atque alius, diuersus, varius. Ab ἄλλος, *alius*.

Ἀλλοιόστροφος, ον, e diuersis versibus compositum carmen. A præc. & στροφή.

Ἀλλοιότης, ητος, ἡ, diuersitas, variatio.

Ἀλλοιοτροπέω, ῶ, f. ήσω, varie muto. A seq.

Ἀλλοιότροπος, ε, ὁ καὶ ἡ, variis moribus præditus, versipellis.

Ἀλλοιωτὸς, εος, ὁ καὶ ἡ, mutabilis. A seq.

Ἀλλοιόω, ῶ, f. ώσω, diuersum reddo, muto, immuto, vario. ἀλλοιόομαι, οῦμαι, mutor.

Ἀλλοίωσις, εως, ἡ, mutatio, immutatio.

Ἀλλοιωτικὸς, ἡ, ὸν, mutandi vim habens, ad mutandum aptus. Ab seq.

Ἀλλοιωτὸς, ἡ, ὸν, mutabilis, mutationis capax. Hinc τὸ ἀλλοιωτὸν, ε, mutabilitas. Ab ἀλλοιόω.

Ἄλλοκα, *Dor.* pro ἄλλοτε.

Ἀλλόκοτος, ε, ὁ καὶ ἡ, monstrosus, prodigiosus. 2) inusitatus. 3) absurdus, rationi non consentaneus. 4) peregrinis moribus præditus.

Ἀλλοκότως, *Adu.* absurde.

ἍΛΛΟΜΑΙ, ἅλλομαι, salio, salto. ἥλατο, aor. 1

Ἀλλόπους, ὁ καὶ ἡ, velox. E præc. & πούς.

Ἀλλοπρόσαλλος, ε, ὁ καὶ ἡ, ab alio ad alium se transferens, nunc huic, nunc illi adhærens, mutabilis.

mutabilis, inconſtans, epith. Martis, ſ. fortunæ bellicæ. Gl. Vet. vertipellis.

'ΑΛΛΟΣ, η, ο, alius, a, ud. 2) alter. 3) reliquus.

'Αλλοσε, *Adu.* alio, aliorſum.

'Αλλοτε, *Adu.* alias, alio tempore.

'Αλλο τι, *Adu.* vtrum? numquid?

'Αλλοτριογαμος, ε, ὁ καὶ ἡ, qui alienum ſectatur torum.

'Αλλοτριοεπίσκοπος, ε, ὁ καὶ ἡ, alienarum rerum inſpector, alieni ſpeculator, curas alienas agens, qui ſeſe alienis & nihil ad ſe attinentibus immiſcet.

'Αλλοτριολογιω, aliena, abſurda loquor.

'Αλλοτριομορφοδίαιτος, ον, aliam ſemper ſpeciem habens, epith. naturæ.

'Αλλοτριονομέω, ῶ, f. ήσω, alieno more viuo, alienas leges ſequor.

'Αλλοτριοπραγέω, ῶ, f. ήσω, alienas res ago, aliena negotia curo. 2) res nouas molior, deficiſco a fide. Ex ἀλλότριος & πράττω, *ago.*

'Αλλοτριοπραγία, ας, ἡ, alienorum cura.

'Αλλοτριοπραγμοσύνη, ης, ἡ, mala ſedulitas in alienis.

'Αλλότριος, ία, ιον, alienus, non proprius, qui eſt alterius. 2) peregrinus, extraneus. 3) non conſentaneus. Ab ἄλλος, *alius.*

'Αλλοτριότης, ητος, ἡ, alienus animus, abalienatio animi. 2) peregrinitas. 3) abſurditas.

'Αλλοτριούσιος, ε, ὁ καὶ ἡ, diuerſæ naturæ, Suic. Ab οὐσία.

'Αλλοτριοφαγέω, ῶ, alienis viuo. A ſeq.

'Αλλοτριοφάγος, ε, ὁ καὶ ἡ, aliena comedens, aliena viuens quadra. Ex ἀλλότριος & φάγος, *vorax.*

'Αλλοτριοφθονέω, ῶ, alienis bonis inuideo.

'Αλλοτριοφρονέω, diuerſa ſentio, diuerſas partes ſequor, item, alieno ſum animo.

'Αλλοτριόχωρος, ον, alienigena.

'Αλλοτριόω, ῶ, f. ώσω, alieno, abalieno, alii attribuo, reddo. ἀλλοτριωθέντα, abalienata, Philox. aor. 1. part. paſſ.

'Αλλοτρίως, *Adu.* aliene.

'Αλλοτρίωσις, εως, ἡ, alienatio, abalienatio.

'Αλλοτροπέω, ῶ, f. ήσω, muto, immuto. Ab ἄλλος & τρέπω, *verto.*

'Αλλοτρόπως, alio modo, aliter.

'Αλλοφανής, έος, ὁ καὶ ἡ, qui alius & diuerſus apparet. Ex ἄλλος & φαίνομαι, *appareo.*

'Αλλοφράζω, aliter dico, pronuncio. (Sed aut duo ſunt hæc vocabula, ἄλλο φράζω, aut ἀλλοφραζῶ eſt exaratum, pro ἀλλοφραζέω, aut ἀλλοφραδέω.)

'Αλλοφάσσω, aliud loquor. 2) animo turbato & anxio ſum. 3) deſipio. Ex ἄλλος & φάσσω, *dico*, vel potius ab ἄλλοφος, vt φος mera ſit terminatio.

'Αλλοφατος, ε, ὁ καὶ ἡ, ab alio interfectus. Ex ἄλλος & φένω, *occido.*

'Αλλοφρονέω, ῶ, f. ήσω, aliud ago, ſ. in animo habeo, mentem non ad id attendo, quod cerno. 2) inſanio. 3) exanimor. Ex ἄλλος & φρὴν, *mens.*

'Αλλοφυής, έος, ὁ καὶ ἡ, qui alius naturæ eſt. A φυή.

'Αλλοφυλέω, [illegible] ἀλλόφυλος.

'Αλλοφυλισμὸς, ε, ὁ, ritus extraneus, vel alienigenarum. 2) degeneratio in alienos mores. Ab ἀλλόφυλος.

'Αλλόφυλος, ε, ὁ καὶ ἡ, qui eſt ex alia tribu, qui diuerſæ eſt gentis, ſeu nationis, externus, peregrinus, diuerſi generis, ſeu diuerſæ naturæ. Gl. Vet. extraneus, alienigena. Ex ἄλλος & φυλὴ, *tribus.*

'Αλλοφωνία, diuerſitas linguæ. A ſeq.

'Αλλόφωνος, ε, ὁ καὶ ἡ, alia vel peregrina voce, ſ. lingua vtens.

'Αλλοχροέω, ῶ, f. ήσω, alium atque alium colorem induo, colorem muto, alio colore ſum. A ſeq.

'Αλλόχροος, *contr.* ἀλλόχρους, ε, ὁ καὶ ἡ, qui eſt alio colore, in quo color ſubinde mutatur. Philox. ἀλλόχροος, diſcolor, ἀλλόχροοι, diſcolores. Ex ἄλλος & χρόα, *color.*

'Αλλόχρως, ωτος, ὁ καὶ ἡ, aliam corporis ſpeciem gerens. Ex ἄλλος & χρῶς, a χρόος, *color, cutis.*

"Αλλυδις, *Adu.* alibi. 2) alio. 3) aliorſum.

"Αλλως, *Adu.* aliter, aliorſum, alio modo, alia ratione. 2) alioqui. 3) præcipue, in illa phraſi: ἄλλως τε καὶ &c. h. e. & alias, & tum, cum. 4) fruſtra, incaſſum.

"Αλλωστε, *Adu.* ἄλλως τε, præſertim, Gl. Vet. præſertim cum, Philox. Ab eod.

"Αλμα, ατος, τὸ, ſaltus. Ab ἅλλομαι, *ſalio.*

"Αλμευσις, εως, ἡ, muria. 2) actio condiendi vel ſeruandi in muria. Ab ἁλμεύω.

'Αλμευτὴς, ε, ὁ, qui condituras facit in muria, ſalgamarius. 2) ſalſamentarius. Ab eod.

'Αλμεύω, f. εύσω, muria condio, in muria ſeruo. A ſeq.

"Αλμη, ης, ἡ, ſalſugo, ſalſilago. 2) mare. Ab ἅλς, *mare.*

'Αλμοπότις, ἡ, muriam bibens &c.

'Αλμήεις, ήεσσα, ῆεν, ſalſus, ſalſuginoſus. Ab ἅλμη.

'Αλμυρίζω, ſalſus ſum. Ab ἁλμυρός.

'Αλμυρίς, ίδος, ἡ, ſalſilago, aqua ſalſa, muria. Ab eod.

'Αλμυρότης, ἡ, ſalſugo.

'Αλμυρὸς, ρὰ, ρὸν, ſalſus. Ab ἅλμη.

'Αλμυρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἁλμυρὸς, & ab eo.

'Αλμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, idem, ab ἅλμη.

'Αλξ, ἀλκὸς, ἡ, (occurrit ſolummodo datiuus ἀλκὶ,) vis, robur. Ab ἀλκή.

"Αλξεις, εῶν, munimenta. Polyb. ſi verbum ſanum.

'ΑΛΟΑ'Ω, ῶ, f. ήσω, & άσω, trituro. 2) comminuo. 3) cædo, percutio. 4) *Paſſ.* ἀλοάομαι, proteror.

"Αλοβος, ε, ὁ καὶ ἡ, non habens λοβὸν, epith. victimæ cuius exta velut iecur, cor, non habent caput. Ex α pr. & λοβός.

'Αλογεύομαι, f. εύσομαι, a ratione aberro, non ſum compos rationis. A ſeq.

'Αλογέω, ῶ, f. ήσω, adſpernor, negligo, non curo. ἀλογοῦμαι, ratione deſtituor; item nullo in loco habeor, item decipior. Polyb.

'Αλόγημα, τὸ, error.

'Αλογία, ας, ἡ, rationis priuatio. 2) incogitantia. 3) contemtus. 4) ſilentium. 5) abſurditas. 6) res [illegible] geſta.

'Αλογιστ-

Ἀλογιστὶ, *Adu.* sine ratione. Ex α priu. & λογίζομαι.

Ἀλογιστία, ας, ἡ, incogitantia, temeritas.

Ἀλόγιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, absque ratione & consilio aliquid faciens, inconsideratus, irrationabilis, Gl. Vet. Ex α pr. & λογίζομαι.

Ἀλογίστως, *Adu.* inconsiderate, incogitanter.

Ἀλογοσύνετον, indiscussum, Gl. Vet. Ex α pr. & λογισμῷ, *ratiocinor*, *discutio*.

Ἄλογος, ου, ὁ καὶ ἡ, rationis expers, *in neutro*, a ratione alienum. 2) bestia, inprimis equus. 3) sermonis expers, h. e. quocum quis non loquitur, aut orationem alterius non audit, vt surdus. 4) nefandus, non dicendus. 5) irritus. 6) non numeratus. 7) *in neutro* incommodum, molestum, apud Plat.

Ἀλογοτροφεῖον, ου, τὸ, brutorum animantium stabulum. Ex ἄλογον, *bestia* & τροφεῖον, *stabulum*, *viuarium*.

Ἀλόγως, *Adu.* sine ratione, immerito, Philox. 2) brutorum more. 3) absurde.

ἈΛΟ'Η, ης, ἡ, Aloë, herba.

Ἀλοηδάριον, ου, τὸ, medicina ad soluendum ventrem aloën habens. Ab ἀλόη.

Ἀλόησις, εως, ἡ, tritura, Philox. Ab ἀλοάω.

Ἀλοητὸς, οῦ, ὁ, tritura. 2) triturandi tempus.

Ἀλόθεν, *Adu.* e mari. Ab ἅλς, *mare*.

Ἀλοιάω, ῶ, f. ήσω, percutio, contundo. 2) trituro, vt ἀλοάω.

Ἀλοιδόρητος, ου, ὁ καὶ ἡ, conuiciis non obnoxius. Ex α pr. & λοιδορέω, *conuicior*.

Ἀλοιδορήτως, sine conuiciis.

Ἀλοίδορος, ον, idem quod ἀλοιδόρητος.

Ἀλοιητὴρ, ῆρος, ὁ, percussor, pulsator. Ab ἀλοιάω.

Ἀλοιμὸς, οῦ, ὁ, tectorium parietum. Eust. Ab ἀλείφω. nisi sit ἀλειμμὸς.

Ἀλοΐτις, ιδος, ἡ aloe Gallica. Ab ἀλόη.

Ἀλοιτὸς, οῦ, ὁ, peccator. Ab ἀλιτέω, *pecco*, susp.

Ἀλοιφὴ, ῆς, ἡ, pinguedo, vnguentum, oleum. 2) vnctio. Ab ἀλείφω, *vngo*.

Ἀλοιφαῖος, ον, vnctorius, vnctioni seruiens.

Ἀλοκίζω, f. ίσω, sulco. A seq.

Ἄλοξ, οκος, ὁ, sulcus. 2) nuptiæ, coniugium. 3) pudendum muliebre. Idem quod αὖλαξ.

Ἀλοπήγια, ων, τὰ, salinæ, locus in quo sal concrescit. A seq.

Ἀλοπηγὸς, οῦ, ὁ, qui in salinis salem concrescere facit, salarius. Ex ἅλς, *sal* & πήγνυμι, *compingo*.

Ἄλοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, cortice carens, quod deglubi nequit. 2) squamarum expers. Ex α pr. & λέπος, *cortex*.

Ἀλοσάχνη, ης, ἡ, arida spuma maris. Ex ἅλς, *mare* & ἄχνη, *spuma*.

Ἀλοσύδνη, ης, ἡ, vna Nereidum. 2) Epitheton Thetidos. Ex ἅλς, *mare* & ὕδωρ, *aqua*.

Ἀλοσύνη, ης, ἡ, dementia. Apud Nicand. Ab ἄλη, *error*.

Ἀλότριψ, ιβος, ὁ, pistillus, quo sal teritur. Ex ἅλς, *sal* & τρίβω, *tero*.

Ἀλουργὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, purpureus. 2) violaceus. Ex ἅλς, *mare* & ἔργον, *opus*.

Ἀλουργικαῖος, α, ον, idem.

Ἀλουργὶς, ίδος, ἡ, vestis purpurea. Gl. Vet. palmaris. Ex iisd.

Ἀλουργὸν, οῦ, τὸ, purpureus color. 2) purpura.

Ἀλουργοπώλης, ου, ὁ, venditor purpuræ.

Ἀλουργοπωλικὴ, ῆς, ἡ, sc. τέχνη, mercatura purpuraria.

Ἀλουργοπώλιον, ου, τὸ, locus vbi purpura venditur.

Ἀλουργὸς, ἡ, ὸν, purpureus, marinæ purpuræ colore tinctus. Ex ἅλς, *mare* & ἔργον, *opus*.

Ἀλουσία, ας, ἡ, illuuies, quum quis non lauatur. Ex α pr. & λούω, *lauo*.

Ἀλουτέω, ῶ, f. ήσω, illotus sum, abstineo a lotionibus. A seq.

Ἄλουτος, ου, ὁ καὶ ἡ, illotus. Ex α pr. & λούω.

Ἄλοφος, ου, ὁ καὶ ἡ, cristam non habens.

Ἀλόχευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, partu non editus. 2) non conceptus. 3) quæ non peperit. Ex α priu. & λοχεύω, *pario*.

Ἄλοχος, ου, ἡ, sterilis. 2) virgo, quæ nondum peperit. 3) coniux, vxor. Ex α pr. vel pro ὁμοῦ & λέχος, *lectus*.

ἈΛΟ'Ω, f. ώσω, capio. inusitatum, vnde ἅλωμι & ἁλίσκω sumit tempora quædam.

Ἀλπνὸς, ἡ, ὸν, suauis. *Superl.* ἄλπνιστος, apud Pind. pro ἀλπνίστατος.

Ἅλς, ἁλὸς, ὁ, sal. 2) ἡ, mare. ἅλες, sales, lepores.

Ἀλσηΐδες, ων, αἱ, nemorenses. Cognomen Nympharum. Ab ἄλσος, *nemus*, *lucus*.

Ἀλσηνίτιδες, idem.

Ἀλσίνη, ης, ἡ, alsine, herba in lucis nasci solita. Ab eod.

Ἅλσις vel ἄλσις, εως, ἡ, saltatio. 2) palpitatio. Ab ἅλλομαι, *salio*.

Ἀλσοκομικὸς, ἡ, ὸν, qui pertinet ad saltuarios.

Ἀλσοκόμος, ου, ὁ, qui luci curam gerit, luci custos, saltuarius. Ex ἄλσος & κομέω, *curam gero*.

ἌΛΣΟΣ, εος, τὸ, lucus, nemus, saltus.

Ἀλσώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, nemorosus, frondosus.

Ἁλτῆρες, ων, οἱ, halteres, pondera plumbea, instrumenta exercitii Gymnastici. Ab ἅλλομαι, *salio*.

Ἁλτικὸς, ἡ, ὸν, saltatorius, ad saltum pertinens. 2) agilis. 3) *Subst.* saltator. Gl. Vet. ἁλτικοὶ, saltatores. Ab eod.

Ἄλυγος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui sine flagello est. Hesych. Ex α pr. & λύγος, *flagellum*.

Ἀλύζω, iactor, hæsito.

ἉΛΥ'Η, ης, ἡ, lignum, cui infigitur stiua. Pollux.

Ἁλυκὶς, ίδος, ἡ, salsula aqua.

Ἀλύκη, ης, ἡ, anxietas, quæ cum molesta corporis iactat one coniuncta est, ap. Hipp.

Ἁλυκὸς, ἡ, ὸν, salsus. Ab ἅλς, *sal*.

Ἁλυκότης, ητος ἡ, salsugo, salsedo.

Ἀλυκτάζω, f. άσω, rationem exsoluendi me non inuenio. 2) metuo, anxius sum, animo concido. Ab ἄλυκτος.

Ἀλυκτέω, ῶ, f. ήσω, non sum quietus.

Ἀλυκτοπέδη, ης, ἡ, indissolubilis pedica. Ex seq. & πέδη, *pedica*.

Ἄλυκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, insolubilis, ineluctabilis. 2) ineuitabilis. Ex α priu. & λυκτὸς pro λυτὸς,

τος, *solubilis*, vel potius pro ἀάλυκτος ex α priu. & ἀλύκω, *fugio, aberro*.

Ἀλυκτοσύνη, ης, ἡ, status incompositus, tumultuatio. Ab ἄλυκτος.

Ἀλύμαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui detrimentum inferri nequit. 2) illæsus. Ex α priu. & λυμαίνω.

Ἄλυξις, εως, ἡ, euitatio, effugium. 2) anxietas. Ab ἀλύσσω.

Ἀλύπητος, ου, ὁ καὶ ἡ, tristitia non adfectus. 2) qui tristitia adfici nequit. Ex α pr. & λυπέω

Ἀλυπήτως, *Adu.* citra dolorem.

Ἀλυπία, ας, ἡ, vacuitas doloris.

Ἄλυπος, ου, ὁ καὶ ἡ, doloris & tristitiæ expers. Ex α pr. & λύπη, *tristitia*.

Ἀλύπως, *Adu.* sine dolore & molestia, absque animi ægritudine.

Ἄλυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui sine lyra est. Ex α pr. & λύρα, *lyra*.

Ἄλυς, υος, ὁ, proprie error. 2) sollicitudo, anxietas animi, mœror. Ab ἀλύω.

Ἀλυσθαίνω, viribus destituor. 2) dolore adficior et anxiet te & inquietudine. Ab ἄλυς.

Ἀλυσθένω, idem & ab eod. Hesych. vitiose pro ἀλυσθαίνω.

Ἀλυσθένεια, ἡ, imbecillitas.

Ἀλυσθμαίνω, idem quod ἀλυσθαίνω. Callim. Vox suspecta.

Ἀλυσιδετος, ου, ὁ καὶ ἡ, catenatus, catena vinctus. Ex ἅλυσις, *catena* & δετὸς, *vinctus*.

Ἀλυσιδωτὸς, ου, ὁ, ex hamis consertus, epith. loricæ.

Ἀλύσιον, ου, τὸ, catenula. Diminut. Ab ἄλυσις.

Ἄλυσις, vel ἀλύσις, εως, ἡ, catena. Ex α pr. & λύω, *soluo*.

Ἄλυσις, εως, ἡ, anxietas animi, mœror. Ab ἀλύω.

Ἀλυσιτελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, quasi qui non soluit vectigalia, non refert sumptus in se factos, inutilis, noxius.

Ἀλυσιτέλεια, ας, ἡ, incommodum, inutilitas, cum ex re non modo fructus nullus percipitur, sed ne impendium quidem recuperatur. A præc.

Ἀλυσιτελῶς, *Adu.* inutiliter. Ab ἀλυσιτελής.

Ἀλυσκάζω, idem, quod sequens ἀλύσκω.

Ἀλύσκω, f. ύξω, euito, fugio. Ab ἀλέομαι.

Ἀλυσμὸς, ου, ὁ, anxietas animi, mœror. Ab ἀλύω.

Ἀλυσώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, anxius, mœstus.

Ἀλύσσω, f. ξω, anxius sum. 2) indignor. 3) rabie percitus sum, insanio, non sum compos mentis. 4) tremo. Ab ἀλύω.

Ἀλυσθαίνω, rectius ἀλυσθαίνω, Ab eodem.

Ἄλυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, indissolubilis. 2) inexplicabilis. 3) τὰ ἄλυτα, philosophis sunt, quæ explicari, refelli non possunt, sophismata acuta. Ex iisdem.

Ἀλύτως, *Adu.* indissolubiliter.

Ἀλύφλοιος, genus quercus, ap. Schol. Theocr.

Ἀλύω, proprie vagor, erro. 2) animo per varias rerum imagines tacite erro. Vnde 3) animo inquieto, tracto, incerto consilii, nimque adeo sollicito, mœsto sum, item ad desperationem interemere feror. 4) nihil ago, negotiis vacuus sum: et enim licet indulgere cogitationum varietati. 5) læto hilarique animo sum. Ab ἄλυς, *error*.

Ἀλφώδης, ώδες, amœnus. Epith. loci ap. Hipp.

ΑΛΦΑ, τὸ, prima littera Alphabeti Græci. 2) qui primas in re aliqua tenet. 3) principium.

Ἀλφάζω, excogito. Varin. Ab ἄλφω.

Ἀλφαίνω, inuenio. Ab eodem.

Ἀλφαίω, idem & ab eodem.

Ἀλφάνω, idem & ab eodem.

Ἀλφεσίβοιαι, ων, αἱ, virgines, quæ propter formam sponsos inueniunt, atque ab his boves, h. e. lautam rem familiarem dono accepere. 2) plurium boum pretio dignæ. 3) bene dotatæ. 4) formosæ. Ex ἀλφέω, *inuenio* & βοῦς, *bos*.

Ἀλφέω, ῶ, inuenio. Ab ἄλφω.

Ἀλφὴ, ῆς, ἡ, inuentio. 2) honor. Ab eod.

Ἄλφησις, εως, ἡ, inuentio. Ab ἀλφέω.

Ἀλφηστὴς, οῦ, ὁ, inuentor, excogitator. 2) vir honoratus. 3) piscis quidam. A præc.

Ἄλφι, τὸ, indeclin. farina. Hesych. Suid. Ab ἄλφιτον.

Ἀλφιταμοιβὸς, οῦ, ὁ, permutator farinæ, pistor. Ex ἄλφιτον & ἀμείβω, *permuto*.

Ἀλφιτεῖον, ου, τὸ, pistrinum. Ab ἄλφιτον.

Ἀλφιτεὺς, έως, ὁ, farinam faciens. Ab eod.

Ἀλφιτικὸς, ἡ, ὸν, polentarius, Gl. Vet.

Ἀλφιτοθήκη, ης, ἡ, theca seruandæ farinæ.

Ἀλφιτομάντις, εως, ὁ, e farina diuinans.

ΑΛΦΙΤΟΝ, ου, τὸ, farina hordeacea. 2) polenta. 3) τὰ ἄλφιτα, ad victum necessaria.

Ἀλφιτοποιΐα, ας, ἡ, farinæ confectio. 2) molitura. 3) ars conficiendi pultem.

Ἀλφιτοπώλης, ου, ὁ, farinæ venditor.

Ἀλφιτόπωλις, ιδος, ἡ, farinæ venditrix.

Ἀλφιτοσκόπος, ου, ὁ, farinæ inspector, seu diuinans ex farina. Ex ἄλφιτον & σκοπέω, *inspicio*.

Ἀλφιτόχρως, ωτος, ὁ καὶ ἡ, farinæ colorem habens, albus, candidus. Ex ἄλφιτον & χρόα, *color*.

ΑΛΦΟΣ, ὴ, ὸν, albus. Hesych.

Ἀλφὸς, οῦ, ὁ, species albæ vitiliginis; impetigo, Gl. Vet.

Ἄλφω, inuenio.

Ἀλωὰ, ᾶς, ἡ, area, in qua trituratur frumentum. 2) locus vitibus, vel arboribus consitus, arbustum, arboretum, vinea. 3) campus frumentarius. 4) seges, sata. Ab ἅλως.

Ἀλῶα, ων, τὰ, festum annuale in honorem Cereris Athenis celebrari solitum. Ab eodem.

Ἀλωαῖος, α, ον, &

Ἀλωὰς, άδος, ἡ, arealis, Epith. Cereris. Ab eod.

Ἀλώβητος, ου, ὁ καὶ ἡ, illæsus, nulla iniuria adfectus. Ex α pr. & λωβάω.

Ἀλωεινὸς, ἡ, ὸν, idem quod ἀλωαῖος. Ab ἅλως.

Ἀλωεὺς, έως, ὁ, qui in area frumentum terit. 2) vinitor. 3) agricola. Ab eod.

Ἀλῷος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui fit, agitur in area, vt trituratio, cursus vsus est ad areas, ruralis. Ab eodem.

Ἅλως, ωος, ὁ, area. vid. ἅλως.

Ἀλωνίζω, trituro frumentum in area. Suid. ex Appiano.

Ἀλώνητος,

'Αλώνητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, quaſi ſale emtus. 2) mancipium, quia Thraces olim mancipia ſale emebant.

'Αλωνία, ας, ἡ, area. Ab ἅλων.

'Αλωνίζω, f. ίσω, in area verſor, ſeu commoror.

'Αλώνιος, ία, ιον, qui in area vel ex area eſt. Gl. Vet. ἀλώνιον, area.

'Αλωπεκάω, ῶ, idem, quod ἀλωπεκίζω.

'Αλωπεκῆ, ῆς, ἡ, vulpina pellis, contr. pro ἀλωπεκίη, vt κυνῆ pro κυνέη. Ab ἀλώπηξ, vulpes.

'Αλωπεκία, ας, ἡ, defluuium capillorum. 2) defluuium pilorum quorumlibet. 3) vulpis latibulum, f. cauernula. Ab eodem.

'Αλωπεκίας, ȣ, ὁ, vulpinaris. 2) piſcis quidam. Ab eodem.

'Αλωπεκίασις, εως, ἡ, idem, quod ἀλωπεκία.

'Αλωπεκίζω, f. ίσω, vulpinor, aſtute ago, dolis vtor. Ab ἀλώπηξ.

'Αλωπέκιον, ȣ, τὸ, vulpecula. Dimin. ab eodem.

'Αλωπεκὶς, ίδος, ἡ, catulus vulpis. 2) canis e vulpe & cane progenitus. 3) vitis genus.

'Αλωπέκȣρος, ȣ, ὁ, vulpina cauda, genus herbæ. Ex ἀλώπηξ & ȣ̓ρὰ, cauda.

'Αλωπεκώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, vulpinus, vulpinaris. 2) vulpem imitans. 3) fraudulentus, aſtutus, dolis & impoſturis vtens. Ab ἀλώπηξ.

'ΑΛΩ'ΠΗΞ, εκος, ἡ, vulpes. 2) homo aſtutus. 3) piſcis quidam. 4) auis quædam. 5) genus ſaltationis. 6) idem quod ἀλωπεκία. 7) Plur. partes muſculoſæ circa clunes, vel etiam interiores muſculi lumborum.

'Αλωπόχροος, contr. ἀλωπόχρȣς, ὁ καὶ ἡ, vulpicolor, vulpis colorem habens. 2) canus. Ex ἀλώπηξ & χρόα, color.

"ΑΛΩΣ, ω, ἡ, area, in qua teritur frumentum. 2) corona, ſeu circulus ſiderum. 3) circulus lucidus circa ſolem, aut lunam. 4) circumferentia clypei. 5) circulus quidam in oculis.

'Αλώσιμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui facile capi, vel expugnari poteſt. Ab ἅλωσις.

"Αλωσις, εως, ἡ, captura. 2) excidium. Ab ἁλόω.

'Αλωτὸς, ἡ, ὸν, idem, quod ἁλώσιμος.

'Αλώφητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, non deſinens, iugis, aſſiduus. Ex α pr. & λωφάω, reſpiro.

"ΑΜΑ, Adu. vna cum, ſimul cum, eodem tempore.

'Αμαγγάνευτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, mangonio carens. 2) purus, ſincerus. Ex α pr. & μαγγανεύω, præſtigiis vtor.

'Αμαδρυάδες, ων, αἱ, Hamadryades, genus Nympharum, quæ cum arboribus, inprimis quercubus, naſci & interire credebantur. Ex ἅμα, ſimul cum, & δρῦς, quercus, arbor.

'Αμαθαίνω, in ignorantia verſor, indoctus ſum, imperite, ſtulte, turpiter me gero. Ab ἀμαθής.

'Αμαθεὶ, Adu. ſine diſciplina, ſine doctrina. Suid.

'Αμφιλέγω, f. ξω, quaſi ab vtraque parte dico, in vtramque partem dico, diſcepto, contendo. 2) dubito, ambigo. Sed in vſu eſt ἀμφιλογέω.

'Αμφίλεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, dubius, anceps.

'Αμφιλέκτως, *Adu.* dubie, ambigue.

'Αμφιλογέω, ῶ, fut. ήσω, idem quod ἀμφιλέγω.

'Αμφιλογία, ας, ἡ, ambiguitas ſermonis, ſermo ambiguus. 2) diſceptatio. Gl. Vet. altercatio.

'Αμφίλογος, ου, ὁ καὶ ἡ, controuerſus, de quo dubitatur. 2) qui ambigit, dubius.

'Αμφιλόγως, *Adu.* dubie, ambigue.

'Αμφίλοξος, ου, ὁ καὶ ἡ, obliquus. Ex ἀμφὶ & λοξὸς, *obliquus.*

'Αμφίλοφος, ου, ὁ καὶ ἡ, vtrimque criſtam, vel collem habens. Ex ἀμφὶ & λόφος, *criſta*, vel *collis.*

'Αμφιλύκη νὺξ, ſubluſtris nox, vltima pars noctis ſub exortum auroræ. Ex ἀμφὶ & λύκη, *lux prima.*

'Αμφίλυκος, antelucanus. Gl. Vet. ex eod.

'Αμφίμακρος, ου, ὁ καὶ ἡ, pes proſodicus, ex breui vtrimque longam ſyllabam habente. Amphimacrus, vel Amphimacer.

'Αμφίμαλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, villoſus & hirſutus. Ex ἀμφὶ & μαλλὸς, *vellus.*

'Αμφιμάρπτω, prenſo, vel vſitatius ἀμφιμάρπτεω.

'Αμφιμάσχαλος χιτὼν, tunica vtrimque manicata. Ex ἀμφὶ & μασχάλη, *axilla.*

'Αμφιμάτωρ, *Dor.* pro ἀμφιμήτωρ.

'Αμφιμάχητος, ου, ὁ καὶ ἡ, de quo pugnatur, ſeu pugnandum eſt. 2) excellens. Ab ἀμφιμάχομαι.

'Αμφιμάχομαι, pro aliquo pugno.

'Αμφιμέλαινα, omnino nigra. Epith. vel altæ, vel iracundæ mentis, *Hom.* Ab ἀμφὶ & μέλας, *niger.*

'Αμφιμερίζομαι, diuido, in duas partes ſeco.

'Αμφιμήτριος, ου, ὁ καὶ ἡ, quod circum matricem eſt in vtero. Ex ἀμφὶ & μήτρα.

'Αμφιμήτορες, οἱ, fratres ex diuerſa matre.

'Αμφιμιγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, bene mixtus. A ſeq.

'Αμφιμίγνυμι, admiſceo.

'Αμφιμυκάω, ῶ, circummugio, cum mugitu circumeo.

'Αμφινεικὴς, κέος, & ἀμφινείκητος, ου, ὁ καὶ ἡ, de quo contenditur. 2) excellens. Ex ἀμφὶ & νεῖκος, *rixa.*

'Αμφίνεικος, ου, ὁ καὶ ἡ, de quo eſt contentio. Ex iisd.

'Αμφινέμομαι, circumquaque paſcor. 2) circum habito, in olo, habito:

'Αμφινοέω, ῶ, f. ήσω, ambigo. Ex ἀμφὶ & νοέω, *intelligo.*

'Αμφιξέω, f. ξέσω, circumrado.

'Αμφίξοος, *contr.* ἀμφίξυς, ου, ὁ καὶ ἡ, vtraque parte radens. 2) bene dolans, vel poliens.

'Αμφίον, ου, τὸ, indumentum, amictus, pallium.

'Αμφιορκία ας, ἡ, iusiurandum ab vtroque litigatorum præſtitum. Ex ἀμφὶ & ὅρκος.

'Αμφιπαγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ab omni parte firmus. 2) firmiter hærens. Ex ἀμφὶ & πήγνυμι, *compingo.*

'Αμφιπαλύνω, vndique conſpergo.

'Αμφίπαλτος, ου, ὁ καὶ ἡ, peltis denſus, i. e. bene inſtructus. Rob. Ex ἀμφὶ & παλτὸν, *iaculi genus.*

'Αμφιπατάσσω, aſſidue, crebro percutio.

'Αμφιπάτορες, οἱ καὶ αἱ, ex diuerſis partibus, ſed eadem matre nati.

'Αμφίπεδος, ου, ὁ καὶ ἡ, campis cinctus.

'Αμφιπελέκη, vel λέκκη, ης, ἡ, ſecuris anceps, bipennis.

'Αμφιπελέκος, ου, ὁ, capulus ſecuris, bipennis manubrium.

'Αμφιπέλομαι, adſum, exſiſto.

'Αμφιπένομαι, operam do, in aliqua re elaboro.

'Αμφιπερικλάω, ῶ, f. άσω, vibro, roto, torqueo.

'Αμφιπερικτίονες, ων, οἱ, circumhabitantes, vicini.

'Αμφιπεριπλάζω, oberro.

'Αμφιπεριπλέγδην, circumplexe, ita vt circumplectantur &c.

'Αμφιπεριστρέφω, f. ψω, conuerto.

'Αμφιπεριστρωφάω, idem.

'Αμφιπεριτρίζω, vel ἀμφιπεριτρύζω, f. σω vel ξω, circumſtrideo. Ex ἀμφὶ, περὶ & τρίζω, *ſtrideo* vel *ſtrido.*

'Αμφιπεριφθινύθω, plane corrumpor & pereo.

'Αμφίπηρος, ου, ὁ καὶ ἡ, plane mutilus, mancus. Ex ἀμφὶ & πηρὸς, *mancus.*

'Αμφιπιάζω, f. άσω, vndique premo, vel conſtringo.

'Αμφιπίπτω, collum alicuius inuado & amplector, præ luctu inprimis: amplector.

'Αμφιπιτνέω, ad genua procumbo eaque amplector.

'Αμφιπλεκὴς, ὲς, conuolutus, implicitus.

'Αμφίπλεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem, vel implicitus amplexu. A ſeq.

'Αμφιπλέκω, f. ξω, circumnecto, amplector.

'Αμφιπλήκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, vtrimque percutiens, vel feriens. 2) qui vtrimque percutitur, vt fluctibus maris, bimaris.

'Αμφιπλὴξ, ῆγος, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iisdem.

'Αμφιπλὶξ, *Adu.* pedibus alternatim motis; *item*, circumeundo. A ſeq.

'Αμφιπλίσσω, circumeo, circumfulto.

'Αμφιπλύνω, bene eluo vel abluo, vel ſubigo.

'Αμφίπνευμα, τος, τὸ, reſpiratio fortis vel difficilis.

'Αμφίποκος, ου, ὁ καὶ ἡ, lanatus, ſeu villoſus.

'Αμφιπολεύω, f. εύσω, comitor. 2) famulor alicui. 3) laboro circa quidpiam, ceu famulus.

'Αμφιπολέω, ῶ, f. ήσω, verſor circum. 2) obeo, luſtro. 3) miniſtro, famulor, curo.

'Αμφίπολος, ου, ὁ καὶ ἡ, famulus, famula.

'Αμφιπονέω, ῶ, f. ήσω, ſatago, occupor in aliqua re. 2) abſumo.

'Αμφιποτάομαι, ῶμαι, circumuolito. Ex ἀμφὶ & πέτομαι, *volo.*

"Αμφιπποι, ων, οἱ, milites, qui duobus equis vna ligatis, ſine ephippiis vehuntur, vt ex vno in alterum tranſiliant; deſultores

Ἀμφιπποτοξόται, ῶν, οἱ, equites sagittarii.

Ἀμφιπρονεύω, vndique promineo, seu propendeo Rob.

Ἀμφιπρόστυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ab anteriore & posteriore parte columnas habens.

Ἀμφιπρόσωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, bifrons, cognomen Iani. Ex ἀμφὶ & πρόσωπον, *facies*.

Ἀμφίπρυμνος, ου, ὁ καὶ ἡ, vtrimque puppim habens. Epith. nauis, quæ sine conuersione in vtramque partem agi potest. Ex ἀμφὶ & πρύμνα, *puppis*.

Ἀμφίπταμαι, f. πτήσομαι, circumuolo. Ex ἀμφὶ & ἵπταμαι, *volo*.

Ἀμφίπυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, vtrimque portas habens. Ex ἀμφὶ & πύλη, *porta*.

Ἀμφίπυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, vndique ardens, totus in igne.

Ἀμφιῤῥεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, vtramque in partem inclinans. 2) ambiguus, anceps. Ex ἀμφὶ & ῥέπω, *propendeo*.

Ἀμφιῤῥηδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, vndique adspersus, probe irrigatus. Ex ἀμφὶ & ῥάζω, *adspergo*.

Ἀμφίῤῥυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, circumfluus. Ex ἀμφὶ & ῥέω, *fluo*.

Ἀμφιῤῥὼξ, ῶγος, ὁ καὶ ἡ, vndiquaque abruptus. Ex ἀμφὶ & ῥὼξ, *fissura*.

Ἀμφίρυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀμφίῤῥυτος.

Ἄμφις, ὁ, genus vini, apud Athen.

Ἀμφὶς, *Adu.* vtrimque. 2) in medio. 3) sine, seorsum, extra. Ab ἀμφί.

Ἀμφίσβαινα, ης, ἡ, serpentis genus, quasi vtrinquegradus, qui videtur duo capita habere. Ab ἀμφιβαίνω, quia ἀμφοτέρωθεν βαίνει.

Ἀμφίσβατος, ου, ὁ καὶ ἡ, controuersus, ambiguus, quasi de quo in vtramque partem itur, vel quod statui in vtrouis veluti capite graduue potest, ἐπ' ἀμφοτέρᾳ βάσει ἱδρύεσθαι δυνατόν. Hes. Suid. Ex ἀμφὶ & βαίνω.

Ἀμφισβησία, ας, ἡ, *Ion.* ἀμφισβησίη, controuersia, contentio. A seq.

ΑΜΦΙΣΒΗΤΕΏ, ῶ, f. ήσω, controuersor, contendo de aliqua re, contendo in iudicio, litigo. 2) ambigo, dubito.

Ἀμφισβήτημα, ατος, τὸ, controuersia, res de qua disceptatur. 2) quæstio. 3) dubitatio.

Ἀμφισβητήσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, controuersus, dubius.

Ἀμφισβήτησις, εως, ἡ, disceptatio, contentio. 2) dubitatio. 3) actionis quoddam genus.

Ἀμφισβήτητος, ον, controuersus.

Ἀμφισβητικὸς, ἡ, ὸν, contentiosus, contentionibus deditus.

Ἀμφίσγονος, ου, ὁ καὶ ἡ, diuerso semine genitus.

Ἀμφίσθαινα, ης, ἡ, idem quod ἀμφίσβαινα. Etym.

Ἀμφίσκιος, ου, ὁ καὶ ἡ, vndique vmbram habens.

Ἀμφίσκω, induo, induor. Ab ἀμφιέννυμι.

Ἀμφίσκωμοι, qui circumiacentes pagos inhabitant. Hesych. Ex ἀμφὶ & κώμη, *pagus*.

Ἀμφίσταμαι, vndique circumsto.

Ἀμφίσαυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, bifurcatus, Gl. Vet.

Ἀμφιστέλλω, amicio, vel orno. 2) adstringo, cohibeo.

Ἀμφιστεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, coronatus, redimitus. 2) plenus, redundans, de poculo. 3 sibi mutuo innexus.

Ἀμφίστομος, ου, ὁ καὶ ἡ, versipellis, bilinguis. 2) vtrimque acutus. Gl. Vet. anceps.

Ἀμφιστρόγγυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, plane rotundus.

Ἀμφισωπὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, vndique conspicuus & patens. Ex ἀμφὶ & ὢψ, *oculus*.

Ἀμφιτάλαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, libratus. Ex ἀμφὶ & τάλαντον, *libra*.

Ἀμφιτάμνω, seco, v. c. vomere agrum &c.

Ἀμφιτάπης, ητος, ἡ, tapes villosus. Ex ἀμφὶ & τάπης, *tapes*.

Ἀμφίταπις, ιδος, ἡ, idem & ex iisdem.

Ἀμφίταπος, ου, ὁ, idem. οἱ ὁ. 2) ὁ καὶ ἡ, tapetibus circumdatus. Ex iisdem.

Ἀμφιταράσσω, turbo, vt ventus mare.

Ἀμφιταρβὴς, ὲς, exterritus. Ex τάρβος, *timor*.

Ἀμφιτείνω, circumextendo.

Ἀμφιτειχὴς, ὁ καὶ ἡ, mœnia circumdans, obsidens.

Ἀμφιτέμνω, idem quod ἀμφιτάμνω.

Ἀμφιτίθημι, circumpono. 2) inuoluo, velo.

Ἀμφιτινάσσω, f. άξω, vtrimque quatio. Ex ἀμφὶ & τινάσσω, *quatio*.

Ἀμφίτομος, ου, ὁ καὶ ἡ, vtrimque scindens, anceps. 2) circumcisus, vndiquaque amputatus. Ex ἀμφὶ & τέμνω, *seco*.

Ἀμφίτορνος, ου, ὁ καὶ ἡ, vtrimque, bene tornatus.

Ἀμφιτόρνωτος, idem.

Ἀμφιτρέμω, vndiquaque, valde tremo.

Ἀμφιτρέχω, circumcurro, circumfundo.

Ἀμφιτρὴς, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, ab vtraque parte perforatus, pertusus. E ἀμφὶ & τράω, *foro*.

Ἀμφίτρητος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iisdem.

Ἀμφιτρίτη, ης, ἡ, Amphitrite, coniux Neptuni. 2) mare. Ex ἀμφὶ & τρίζω, *sono*.

Ἀμφιτρομέω, ῶ, f. ήσω, tremo ab omni parte, omnibus membris.

Ἀμφιτρυχὴς, εος, ὁ καὶ ἡ, attritus valde. Ex ἀμφὶ & τρύω, *tero*.

Ἀμφιφαὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, plenam vbique lucem habens, conspicuus. Ex ἀμφὶ & φάω, *luceo*.

Ἀμφίφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Epith. galeæ, ornata vndique aureis clypeolis, seu cristis. Ex ἀμφὶ & φάλος, *conus galeæ*.

Ἀμφιφανὴς, idem quod ἀμφιφαὴς, de astris est stella mane & vesperi conspicua. 2) omnibus notus, manifestus, de facinore. Eurip.

Ἀμφιφάω, ῶ, circumcirca luceo, colluceo igni, seu facibus accensis. Ex ἀμφὶ & φάω, *luceo*.

Ἀμφίφλοξ, ογος, ὁ καὶ ἡ, dubiæ & ancipitis flammæ, vel vndique flammans. Ex ἀμφὶ & φλὸξ, *flamma*.

Ἀμφιφορεὺς, έως, ὁ, amphora, s. vas vtrimque auriculas habens, quibus gestari potest. Ex ἀμφὶ & φέρω, *fero*.

Ἀμφιφύα, ας, ἡ, idem quod ἄμφαυξις.

Ἀμφιφῶν, ῶντος, ὁ, placentæ genus, quæ in ædem Munychiæ Dianæ ferebatur, facibus ardentibus circumcirca adfixis. Ab ἀμφιφάω.

Ἀμφιχαίνω, inhio. 2) absorbeo, deuoro.

Ἀμφίχχυτος, ὁ καὶ ἡ, vndique, bene comatus.

Ἀμφιχαλκοφάλαρος, ὁ καὶ ἡ, æneus, aere ornatus. Vox comica ap. Aristoph. Ex ἀμφὶ, χαλκὸς & φάλαρα, *phaleræ*.

Ἀμφιχέω, ῶ, circumfundo, fundo, seu spargo circa.

Ἀμφιχορεύω,

ἀμφιχορεύω, f. εύσω, circum choreas ago. Ex ἀμφὶ & χορεύω, *tripudio, salto.*
ἀμφίχροος, *contr.* ἀμφίχρȣς, ȣ, ὁ καὶ ἡ, vndique coloratus. 2) bicolor. Ex ἀμφὶ & χρόα, *color.*
ἀμφιχρύσος, ον, inauratus.
ἀμφίχυτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, circumfusus. 2) terra adgesta vtrimque munitus. A seq.
ἀμφιχύω, idem quod ἀμφιχέω.
ἀμφίχωλος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, vtroque pede claudus.
ἀμφοδάρχης, ȣ, ὁ, magister pagi, Philox. Ex ἄμφοδον & ἄρχω, *impero.*
ἀμφόδιον, ȣ, τὸ, paruus vicus, parua platea.
ἀμφόδια, compitalia, Philox. Dim. ab seq.
ἄμφοδον, ȣ, τὸ, via vrbis, platea, vicus, compitum, Philox. A seq.
ἄμφοδος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, biuium, vicus. 2) circuitus. Ex ἀμφὶ & ὁδὸς, *via.*
ἀμφόδȣς, οντος, ὁ καὶ ἡ, vtrimque dentatus, vtrimque dentes habens.
ἀμφορεαφόρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui amphoras baiulat mercede conductus. 2) mercenarius.
ἀμφορεὺς, έως, ὁ, idem quod ἀμφιφορεὺς, vel pro ἀναφορεύς.
ἀμφορίδιον, ȣ, τὸ, amphorula, vasculum testaceum vinarium.
ἀμφορικὸς, ἡ, ὸν, testaceus, vt amphora vinaria.
ἀμφορίσκος, idem quod ἀμφορίδιον.
ἀμφοτεράκις, *Adu.* vtroque modo.
ἀμφοτερίζω, f. ίσω, & ιῶ, in vtramque partem vergo. 2) vtrimque cingo, vel attingo.
ἀμφοτερόγλωσσος, vel ωττος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, in vtramque partem disputans. 2) callidus, acutus in disputando.
ἀμφοτεροδέξιος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, ambidexter, qui sinistra pro dextra vtitur & hanc illa debiliorem habet. *item* ad vtrumque paratus.
ἀμφοτερόπλοος, *contr.* ἀμφοτερόπλȣς, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui ab vtraque parte adnauigari potest.
ἀμφοτερόπλȣν, fœnus nauticum pro itu & reditu.
ἀμφότερος, έρα, ερον, vterque. ἀμφότεροι, ambo. Ab ἄμφω.
Ἀμφοτέρωθεν, *Adu.* vtrimque.
Ἀμφοτέρωθι, *Adu.* vtrobique.
Ἀμφοτέρως, *Adu.* vtroque modo.
Ἀμφοτέρωτε, *Adu.* vtroque, in vtramque partem.
Ἀμφȣδὶς, *Adu.* in terram, humi. Ex ἀμφὶ & ȣ̓̃δος, *solum, humus.*
Ἀμφυλάω, ῶ, circumlatro, vndique oblatro. Ex ἀμφὶ & ὑλάω, *latro.*
Ἀμφύω, vndique adnascor, vel adhæreo.
ἌΜΦΩ, οἱ, αἱ, τὰ, ambo, ambæ, Gen. & Dat. ἀμφοῖν, Acc. ἄμφω.
Ἀμφώβελα, ων, τὰ, vaticinia ex inspectione viscerum. Ex ἀμφὶ & ὀβελὸς, *veru.*
Ἀμφώβολος, missile. Ex ἄμφω & βολή.
Ἀμφώδων, οντος, ὁ καὶ ἡ, vtrimque dentes habens. Ex ἀμφὶ & ὀδὼς, *dens.*
Ἀμφώης, εος, ὁ καὶ ἡ, vtrimque aures habens. 2) vtrimque ansatus. Ex ἀμφὶ & ȣ̓̃ς, ὠτὸς, *auris.*
Ἀμφωλένιον, ȣ, τὸ, armillæ. Ex ἀμφὶ & ὠλένη, *vlna.*

Ἀμφωμοσία, ας, ἡ, iuramenti vtrimque præstatio, quum vtraque litigantium pars iurat. Ex ἄμφω & ὄμνυμι, *iuro.*
Ἄμφωτις, ιδος, ἡ, poculi genus, vtrimque ansas habens. Ex ἀμφὶ & ȣ̓̃ς, *auris.*
Ἀμφωτὶς, ίδος, ἡ, idem. 2) tegmen, vel munimentum auris. 3) auris, seu ansa vasis.
Ἄμφωτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, vtrimque auritus, binas aures habens. 3) vtrimque ansatus.
Ἀμώμητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, inculpatus, irreprehensibilis. Ex α pr. & μωμέομαι, *culpo.*
Ἀμωμήτως, *Adu.* inculpate, irreprehensibiliter.
Ἀμωμὶς, ίδος, ἡ, herba quædam amomo similis. Ab ἄμωμον.
Ἀμωμίτης, ȣ, ὁ, amomum similitudine referens, vt vinum odore vel sapore. Ab eodem.
ἈΜΩΜΟΝ, ȣ, τὸ, amomum, nomen fruticis.
Ἄμωμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, maculæ expers, irreprehensibilis. Philox. immaculatus. Ex α pr. & μῶμος, *dedecus, probrum.*
Ἀμῶς, quodammodo. Ex ἀμὸς, *vnus.*
Ἀμωσγέπως, *Adu.* quodammodo, quouis modo. Ex ἀμὸς, γε & πως.
ἌΜΩΤΑ, ων, τὰ, castaneæ.
*ἌΝ, Coniunctio potentialis, cum Optat. & Coniunctiuo. Imperfecto & Aoristis Indicatiui addit vim Optatiui & Coniunctiui. 2) Coniunctio conditionalis, pro ἐὰν, si.
ἈΝΑ', Præpos. per, re - Philox. sus - Gl. Vet. *apud Poetas*, super, in, cum. ἀνὰ μέρος, vicissim, alternis, Philox. ἀνὰ πέντε, quini, Philox.
Ἀναβάδην, *Adu.* pedibus in altum elatis, seu exporrectis. Ab ἀναβαίνω.
Ἀναβαδὸν, *Adu.* scandendo. Ab eodem.
Ἀναβαθμικὸς, ἡ, ὸν, gradualis, gradatim factus.
Ἀναβαθμὶς, ίδος, ἡ, gradus scalæ.
Ἀναβαθμὸς, ȣ, ὁ, adscensus. 2) gradus scalæ, 3) sedile. 4) de reditu Iudæorum ex captiuitate Babylonica. Ab ἀναβαίνω.
Ἀναβάθρα, ας, ἡ, scala nauis. Ab eodem.
Ἀνάβαθρον, ȣ, τὸ, scala. 2) pulpitum. 3) subsellium.
Ἀναβαίνω, f. ἀναβήσομαι, p. ἀναβέβηκα, adscendo, conscendo. 2) emergo. 3) succresco. ἀνάβα, ascende, Gl. Vet. pro ἀνάβαθι, ἀνάβηθι, quasi ab ἀνάβημι. Ex ἀνὰ & βαίνω, *gradior, incedo, eo.*
Ἀναβακχεύω, bacchor.
Ἀναβάλλω, reiicio, retardo, remoror, resupino, Gl. Vet. protraho, Gl. Vet. ἀναβάλλομαι, differo, procrastino, Philox. 2) præludo, Gl. Vet. ἀναβαλέσθαι, præfari, Gl. Vet. 3) incipio canere. 4) cauo. 5) induo.
Ἀναβαπτίζω, rebaptizo, baptismum itero. Suic.
Ἀναβάπτισις, εως, ἡ, iteratio baptismi. Suic.
Ἀναβάπτισμα, ατος, τὸ, idem. Suic.
Ἀναβαπτισμὸς, ȣ, ὁ, idem.
Ἀναβαπτιστὴς, ȣ, ὁ, qui baptismum iterat.
Ἀναβάσιμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, vbi, s. quo adscendere possimus. Ab ἀναβαίνω.
Ἀνάβασις, εως, ἡ, adscensio, adscensus. 2) cliuus. Ab eodem.
Ἀναβατμὸς, ȣ, ὁ, adscensus. Ab eodem.
Ἀναβαστάζω, f. άσω, tollo, ad portandum.

Ἀναβάτης, ου, ὁ, qui equum conſcendit. Gl. Vet. admiſſarius equus. Ab ἀναβαίνω.

Ἀναβατικὸς, ἡ, ὸν, proprie equos conſcendendi peritus, qui celeriter & facile ſe in equum coniicere poteſt.

Ἀναβατὸς, οῦ, ὁ, qui conſcendi poteſt, ſcanſilis.

Ἀναβεβλημένως, *Adu.* tarde, remiſſe. Ab ἀναβάλλομαι. *differo.*

Ἀναβήσσω, vel ἀναβήττω, tuſſio. 2) tuſſiendo exſpuo, exſcreo, reiicio.

Ἀναβιβάζω, f. άσω, adſcendere facio, impono, ſubduco, proueho, eueho. Philox. ſubrigo.

Ἀναβιβρώσκω, corrodo, exedo.

Ἀναβιόω, ῶ, f. ώσω, reuiuiſco.

Ἀναβίωσις, εως, ἡ, reditus ad vitam, reuiuiſcentia, reſurrectio. A præc,

Ἀναβιώσκομαι, reuiuiſco. 2) reuiuiſcere facio, vitæ reſtituo. Ab eodem.

Ἀναβλαστάνω, f. ἀναβλαστήσω, regermino, renaſcor. 2) germino. 3) actiue, edo, profero, *de terra.*

Ἀναβλαστέω, idem.

Ἀναβλάστημα, ατος, τὸ, quod renaſcitur.

Ἀνάβλεμμα, ατος, τὸ, adſpectus, intuitus in ſublime. A ſeq.

Ἀναβλέπω, f. ψω, oculos attollo. ſuſpicio, Gl. Vet. 2) viſum recipio. 3) intueor, conſpicio.

Ἀνάβλεψις, εως, ἡ, viſus recuperatio. A præc.

Ἀναβληδὸν, *Adu.* in modum amiculi. Ab ἀναβάλλω.

Ἀνάβλησις, εως, ἡ, procraſtinatio, dilatio. Ab eodem.

Ἀναβλητικῶς, *Adu.* tarde, cunctanter.

Ἀναβλύζω, f. ύσω, ſcaturio, ſcateo, ebullio, redundo, Gloſſ. Vet.

Ἀνάβλυσις, εως, ἡ, ſcaturigo. A præc.

Ἀναβοάω, ῶ, f, ήσομαι, exclamo.

Ἀναβόησις, εως, ἡ, exclamatio.

Ἀναβοθρεύω, effodio, effodiendo egero. Heſych.

Ἀναβολάδην, *Adu.* idem quod ἀναβλητικῶς. vid. ἀμβ.

Ἀναβόλαιον, ου, τὸ, amictus, Philox. amiculum. Ex ἀναβάλλω.

Ἀναβολεὺς, έως, ὁ, id, in quod impoſito pede adſcendimus equum, ſtapes, ſtapeda. 2) homo, cuius miniſterio vtimur ad hoc ipſum, qui alios in equum leuat. Philox. ſtrator. Ab eodem.

Ἀναβολὴ, ῆς, ἡ, egeſtio. 2) terra egeſta. 3) cunctatio, dilatio. 4) amictus. 5) prooemium carminis. Ab eodem.

Ἀναβολικῶς, per dilationem, cunctanter.

Ἀναβορβορύζω, f. ύσω, exclamo.

Ἀναβουλεύω, conſultationem inſtituo, delibero.

Ἀναβράζω, f. άσω, ferueſacio, bullire facio. Gl. Vet. bullio, feruendo eiicio, de mari, v. c. ſpumam. Ex ἀνὰ & βράζω, *ferueo.*

Ἀνάβρασις, εως, ἡ, æſtuatio, ebullitio.

Ἀναβράσσω, vel ἀναβράττω, idem quod ἀναβράζω, & ex iiſdem.

Ἀνάβραστος, ου, ὁ καὶ ἡ, ferueſactus, elixus. Ab eodem.

Ἀναβρέχω, f. ξω, madeſacio.

Ἀναβρομέω, efferueo cum murmure.

Ἀναβρόχω, f. ξω, reſorbeo.

Ἀναβρυάζω, vociferor, exclamo. E βρυάζω, *lætor, præ lætitia exclamo.*

Ἀναβρυχάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, fremo, fremitus, ſeu rugitus edo. 2) cum fremitu & rugitu defleo.

Ἀναβρύχω, f. ξω, ſcaturio, ſubſilio, de aqua e ſcatebris proſiliente, vel æſtuante.

Ἀναβρύω, f. ύσω, idem.

Ἀνάβρωσις, εως, ἡ, corroſio, exeſio. A ſeq.

Ἀναβρώσκω, f. ώσω, corrodo, exedo.

Ἀναβρωτικὸς, ἡ, ὸν, exedendi, corrodendi vim habens. Ab eodem.

Ἀναβωλακία, ας, ἡ, glebarum euerſio, per arationem. Ab ἀνὰ & βῶλαξ, *gleba.*

ἈΝΑΓΑΛΛΙ'Σ, ίδος, ἡ, anagallis, morſus gallinæ, herba.

Ἀναγαργαρίζω, f. ίσω, gargarizo, fauces colluo.

Ἀναγαργάριστον, ſc. φάρμακον, medicamentum, quo fauces colluuntur in angina.

Ἀναγγέλλω, f. λῶ, renuncio, nuncio, expono, narro.

Ἀνάγγελος, ου, ὁ καὶ ἡ, nuncio carens, cuius ne nuncius quidem relictus eſt. Ex α pr. & ἄγγελος.

Ἀναγελάω, ῶ, f. άσω, rideo.

Ἀναγεννάω, ῶ, f. ήσω, regenero.

Ἀναγέννησις, εως, ἡ, regeneratio. 2) baptiſmus. 3) reſurrectio. Ab ἀναγεννάω.

Ἀναγεύω, f. εύσω, guſtandum præbeo.

Ἀναγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, impurus. Ex α priu. & ἄγος, *veneratio.*

Ἀναγινώσκω, f. ἀναγνώσομαι, p. ἀνέγνωκα, agnoſco, recognoſco, Gl. Vet. 2) lego. ἀνέγνων, legi, aor. 2.

Ἀναγκάζω, f. άσω, cogo, compello, adigo. 2) vrgeo, vexo. Ab ἀνάγκη.

Ἀναγκαίη, ης, ἡ. *Ion.* pro ἀνάγκη.

Ἀναγκαῖον, ου, τὸ, neceſſarium, neceſſitas. Ab ἀναγκαῖος.

Ἀναγκαῖος, αία, αῖον, vel ἀναγκαῖος, ου, ὁ καὶ ἡ, neceſſarius, neceſſario eueniens. 2) neceſſarius, cuius vſus eſt neceſſarius. 3) neceſſarius, neceſſitudine coniunctus. Ab ἀνάγκη.

Ἀναγκαιότης, ητος, ἡ, propinquitas generis. 2) amicitia.

Ἀναγκαιοφαγέω, vid. ἀναγκοφ.

Ἀναγκαίως, *Adu.* neceſſario.

Ἀναγκαστήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, habens vim cogendi, neceſſitatem imponens. Ab ἀναγκάζω.

Ἀναγκαστικὸς, ἡ, ὸν, idem & ab eod.

Ἀναγκαστὸς, ἡ, ὸν, coactus, non voluntarius.

Ἀνάγκασμα, τος, τὸ, neceſſitas.

Ἀναγκαστῶς, *Adu.* coacte.

ἈΝΑ'ΓΚΗ, ης, ἡ, neceſſitas. 2) rerum difficultas. 3) quidquid animum quodammodo cogit. 4) tormentum, quæſtio. 5) miſeriæ e tormentis aliiſque vexationibus. 6) quiuis caſus aduerſus.

Ἀναγκοσιτέω, idem quod ἀναγκοφαγέω. 2) inuitus aliquem alo. Crates ap. Athen.

Ἀναγκόσιτος, idem quod ἀναγκοφάγος. 2) qui inuitus alit aliquem.

αγκοτροφέω, ῶ, f. ήσω, idem quod seq.
αγκοφαγέω, ῶ, f. ήσω, coactus comedo. 2) copiosiore victu vti cogor, vt athletæ. 3) molestiam aliquam deuorare cogor.
αγκοφαγία, ας, ἡ, certa lex comedendi, cum cogimur certos cibos, definita copia, statis temporibus, sumere, vt athletæ quondam. Vnde 2) victus athleticus. Ab eodem.
αγκοφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui victu athletico vtitur. Ex ἀνάγκη & φάγος, *edax*.
αγκοφορέω, ῶ, necessitate coactus perfero.
νάγκυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, obliquus.
ναγλυκαίνω, dulce reddo.
ναγλυπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, scalptus, cælatus, cælaturis asper. Ab ἀναγλύφω.
ναγλυφὴ, ῆς, ἡ, cælatura, lignum cælatum.
νάγλυφος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀνάγλυπτος.
ναγλύφω, f. ψω, idem quod simplex γλύφω, *scalpo*, *cælo*.
ναγνάμπτω, f. ψω, flecto, reflecto, curuo, incuruo. 2) soluo, dissoluo.
ναγνεία, ας, ἡ, scelus.
νάγνιστος, ον, impurus, non expiatus.
ναγνος, ου, ὁ καὶ ἡ, impurus. 2) scelestus. 3) impudicus.
ναγνωρίζω, f. ίσω, recognosco, agnosco.
ναγνώρισις, εως, ἡ, agnitio rei vel personæ, ante notæ, sed diuturnitate obliteratæ.
ναγνωρισμὸς, οῦ, ὁ, idem. 2) specimen, documentum.
Ἀναγνώρισμα, τος, τὸ, id ex quo aliquid agnoscitur.
Ἀναγνωστείω, lecturio, Gl. Vet. Ab ἀναγινώσκω.
Ἀνάγνωσις, έως, ἡ, agnitio. 2) recognitio. 3) lectio, ipsa legendi actio. 4) persuasio. Ab ἀναγινώσκω.
Ἀνάγνωσμα, ατος, τὸ, agnitio. 2) lectio, quæ legitur, recitatio. Ab eodem.
Ἀναγνωστήριον, ου, τὸ, locus, in quo lectiones vel recitationes fiunt.
Ἀναγνώστης, ου, ὁ, lector, cuius munus est prælegere alteri.
Ἀναγνωστικὸς, ἡ, ὸν, ad legendum aptus. Ab eod.
Ἀναγόρευσις, εως, ἡ, prædicatio, proclamatio. 2) renunciatio, declaratio. Philox. nuncupatio, recitatio.
Ἀναγορεύω, f. εύσω, publice pronuncio, proclamo, per præconem declaro, renuncio, v. c. regem, consulem, prædico.
Ἀνάγραμμα, ατος, τὸ, litterarum traiectio & transpositio, per quam fit aliud verbum.
Ἀναγραμματίζω, f. ίσω, transpositis litteris effero & dico.
Ἀναγραμματισμὸς, οῦ, ὁ, idem quod ἀνάγραμμα.
Ἀνάγραπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, perscriptus, litteris proditus. 2) in acta, litteras publicas relatus.
Ἀναγραφεὺς, έως, ὁ, scriptor, scriba publicus.
Ἀναγραφὴ, ῆς, ἡ, scriptio. 2) commentarius, breuiarium, descriptio, enumeratio. 3) perscriptio, acta. Gl. Vet. titulus. Ab eodem.
Ἀναγράφω, f. ψω, scribo, conscribo, perscribo, litteris mando. 2) proscribo, propono. 3) perscribo, in acta refero. 4) inscribo. 5) adscribo. 6) pingo. 7) colores addo imaginibus delineatis.

Ἀναγρεύομαι, venor.
Ἀναγρία, ας, ἡ, tempus, quo venari non licet. Ex α pr. & ἄγρα, *venatio*.
Ἀναγρύζω, f. ύξω, grunnio. 2) hisco, mutio.
Ἀναγυμνόω, ῶ, f. ώσω, nudo.
ἈΝΑΓΥΡΙΣ, ιδος, ἡ, vel ἀνάγυρος, ου, ὁ vel ἡ, anagyris, vel anagyrus, frutex.
Ἀνάγω, f. ἀνάξω, tollo, eueho. 2) reduco, refero. 3) defero. 4) redhibeo. 5) offero. 6) abduco. 7) reiicio, remitto. 8) euado. 9) educo, extraho, eiicio. 10) retrocedo. 11) instituo, educo, doceo. 12) indico sceleris auctorem & in eum tendo. 13) acceptum fero, adscribo. 14) idem, quod simplex ἄγω. ἀνήγαγον, aor. 2. ἀναχθεὶς, subductus, euectus, aor. 1. part. pass. Ex ἀνὰ & ἄγω, *ago*, *duco*.
Ἀναγωγεὺς, έως, ὁ, quod adligatur alicui rei, quasi ad eam sustollendam, vt funis, catena. 2) corrigiæ calceorum. A præc.
Ἀναγωγὴ, ῆς, ἡ, subductio, subuectio, elatio. 2) exitus e portu. 3) reductio, relatio. 4) reiectio ad aliquem, remissio. 5) redhibitio. 6) institutio, disciplina. Ab eodem.
Ἀναγώγια, τὰ, festum in honorem Veneris, quo die e Sicilia in Africam abire (ἀνάγεσθαι) creditur, & vniuersæ numinum omnium, quæ post annuam absentiam redire fingebantur ad sedes suas, visitandi ergo. v. Callimachi Lauacr. Palladis, & Adoniazus. Theocriti.
Ἀναγωγία, ας, ἡ, defectus disciplinæ, mala educatio. 2) vita dissoluta, animus indomitus &c. Ex α pr. & ἀγωγή.
Ἀναγωγικὸς, ἡ, ὸν, sursum ferens. 2) mysticus, qui a sensibus subuehit ad intellectualia. 3) sensus remotissimos & abstractissimos exquirens.
Ἀναγωγικῶς, *Adu.* mystice.
Ἀναγωγὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, in sublime euehens, in theol. mystica. 2) vim eliciendi, attollendi habens.
Ἀνάγωγος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui recte institutus non est; hinc 2) contumax, intractabilis. 3) intemperans, petulans. 4) indoctus, imperitus. 5) ineptus. Ex α pr. & ἀγωγή.
Ἀναγώγως, *Adu.* contumaciter. 2) petulanter, iniuriose, contumeliose. 3) imperite, indocte. 4) inepte. 5) citra institutionem & certum nexum.
Ἀναγώνιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui non certat, qui certamine non experitur. 2) iners. Ex α pr. & ἀγωνίζομαι, *certo*.
Ἀναδάζομαι, f. άσομαι, diuido.
Ἀναδαίω, f. αναδαίσω, idem quod simplex δαίω.
Ἀναδάκνω, f. δήξω, remordeo. 2) mordeo.
Ἀναδαρκὴς, ὲς, idem qui ἀδερκής.
Ἀναδασμὸς, οῦ, ὁ, diuisio. Ab ἀναδάζομαι.
Ἀνάδαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, diuisus, distributus. 2) viritim æqua portione diuisus. 3) rescissus, irritus. Ab eod.
Ἀναδάσως, *Adu.* inæqualiter, Hes. 2) indiuisim.
Ἀναδείγματα, ων, τὰ, sigilla, seu imagunculæ, quæ in tragicis scenis ostenduntur. 2) lorum circa collum præconis ad vocem iuuandam: *si vox sana est*.

Ἀναδείκνυμι,

'Αναδείκνυμι, vel ἀναδεικνύω, f. δείξω, demonstro, ostendo. 2) designo, creo. 3) edo. 4) dedico, consecro. 5) instituo, constituo. 6) pando, *de portis*.

'Ανάδειξις, εως, ἡ, demonstratio. 2) designatio, creatio. 3) dedicatio, consecratio, de qua etiam scriptoribus ecclesiasticis dicitur in Eucharistia. Ab ἀναδείκνυμι.

'Αναδείπνια, ων, τὰ, mensa secunda, bellaria. Ex ἀνὰ & δεῖπνον, *coena*.

'Ανάδελφος, ου, ὁ καὶ ἡ, fratre carens.

'Αναδέμω, ædificium instauro. 2) exædifico.

'Αναδενδρὰς, άδος, ἡ, vitis arbustiua, vitis arbori applicata, labrusca, Philox. 2) locus vitibus consitus. 3) ramus, arbustum, οἱ ὁ. Ex ἀνὰ & δένδρον, *arbor*.

'Αναδενδρίτης, ου, ὁ, sc. οἶνος, vinum ex vite arbustiua. A pr.

'Αναδενδρομαλάχη, ης, ἡ, althæa, ibiscus, species maluæ siluestris.

'Αναδέρκω, suspicio. 2) adspicio.

'Αναδέρω, f. ερῶ, excorio. 2) nudo, reuelo. 3) aperte dico.

'Ανάδεσις, εως, ἡ, religatio.

'Αναδεσμεύω, f. εύσω, religo.

'Αναδεσμέω, idem.

'Ανάδεσμη, ης, ἡ, ornamentum capitis, redimiculum, simile quidpiam diademati.

'Ανάδετος, ου, ὁ καὶ ἡ, religatus, reuinctus. Ab ἀναδέω.

'Αναδεύω, f. εύσω, irrigo, imbuo. 2) misceo, subigo, s. farinam.

'Αναδέχομαι, f. ξομαι, suscipio, recipio, excipio. 2) suscipio ad me, receptum apud me do. 3) recipio in me, polliceor me præstiturum. 4) recipio in me sc. crimen, offero me crimini, agnosco rem a me perpetratam. 5) do pœnas. 6) exspecto patienter, sustineo. 7) promitto pro infante in baptismo, ago susceptorem.

'Αναδέω, ῶ, f. ήσω, religo, vincio. 2) redimio, corono.

'Ανάδημα, ατος, τὸ, diadema, fascia. Ab ἀναδέω.

'Ανάδηξις, εως, ἡ, morsus, morsio. Ab ἀναδάκνω.

'Αναδιδάσκω, f. άξω, doceo. 2) meliora edoceo.

'Αναδίδωμι, f. ώσω, reddo. 2) emitto, produco.

'Αναδικάζω, f άσω, denuo iudico, sc. iudicata, sed irrita.

'Αναδικία, ας, ἡ, lis, seu iudicium de re, iudicata quidem, sed irrita. A seq.

'Ανάδικος, ου, ὁ καὶ ἡ, in ius retrahendus, priori iudicio irrito. Ex ἀνὰ & δίκη, *ius, lis*.

'Αναδινέω, ῶ, f. ήσω, in vorticem, seu gyrum torqueo. Ex ἀνὰ & δίνη, *vortex*.

'Αναδιπλασιάζω, f. άσω, duplico.

'Αναδιπλασιασμὸς, οῦ, ὁ, duplicatio. A pr.

'Αναδιπλόω, ῶ, f. ώσω, duplico.

'Αναδίπλωσις, εως, ἡ, duplicatio. 2) figura rhetorica. Ab ἀναδιπλόω.

'Αναδοιδυκάζω, f. άσω, commisceo, confundo, proprie pistillo in mortario. Ex ἀνὰ & δοίδυξ, *pistillum*.

'Αναδορὴ, detractio cutis, excoriatio, nudatio. Ab ἀναδέρω, *excorio*.

'Ανάδοσις, εως, ἡ, productio. 2) eruptio, quæ sursum versus fit. 3) scaturigo. 4) distributio. Ab ἀναδίδωμι.

'Αναδοτικὸς, ἡ, ὸν, distributiuus. Ab eod.

'Ανάδοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, reddendus. Ab eod.

'Αναδούλωσις, εως, ἡ, reuocatio, s. retractio in seruitutem.

'Αναδοχεὺς, έως, ὁ, receptor, & idem, quod ἀνάδοχος.

'Αναδοχὴ, ῆς, ἡ, receptio. 2) sponsio, repromissio. 3) susceptio in baptismo. Ab ἀναδέχομαι.

'Ανάδοχος, ου, ὁ καὶ ἡ, receptor, receptum dans alicui. 2) expromissor, sponsor, fideiussor. Philox. pars, redhibitor. 3) susceptor in baptismo. Ab eod.

'Αναδρομὴ, ῆς, ἡ, recursus. 2) eleuatio in altum. 3) germinatio. 4) ascensio, ascensus. Ab ἀνατρέχω.

'Αναδῦμι, vel ἀναδύω, f. ύσω, exsisto, emergo, prodeo. 2) orior. 3) retrocedo, pedem refero. 3) respuo, recuso, fugio, detrecto. 5) retracto. ἀναδύομαι, recuso.

'Ανάδυσις, εως, ἡ, emersio, v. c. ex aqua. 2) retrocessio. 3) fuga. 4) perfugium. 5) retractatio pacti. 6) emersio in baptismo. Ab ἀναδῦμι.

'Αναδύω, vide ἀναδῦμι.

'Ανάεδνος, ου, ἡ, dote carens accepta a sponso. Ex α pr. & τὰ ἕδνα, *dona sponsi*.

'Αναείρω, tollo, eleuo. Ex ἀνὰ & ἀείρω.

'Ανάελπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, insperatus. Ex α pr. & ἄελπτος, *insperatus*.

'Αναερτάζω, f. άσω, tollo in altum. Ab ἀναείρω.

'Αναζάω, ῶ, f. ήσω, reuiuisco, ad vitam redeo. 2) resipisco ab improba vita. 3) innouor.

'Αναζεύγνυμι, vel ἀναζευγνύω, f. εύξω, equos iungo. 2) moueo sc. castra. 3) soluo, de classe. 5) reduco domum, redeo.

'Ανάζευξις, εως, ἡ, castrorum motio. 2) reditus domum. A pr.

'Ανάζεμα, τος, τὸ, æstus aquæ &c. feruentis. A seq.

'Αναζέω, ῶ, f. έσω, efferueo, ebullio. 2) feruefacio, & ad hæc ἀναζέομαι, scaturio, effundor.

'Αναζητέω, ῶ, f. ήσω, requiro. 2) inquiro.

'Αναζήτησις, εως, ἡ, inquisitio.

'Αναζυγὴ, ῆς, ἡ, idem quod ἀνάζευξις. Ab ἀναζεύγνυμι.

'Αναζυγόω, ῶ, f. ώσω, iugo exsoluo. 2) refero, pando.

'Αναζυμόω, ῶ, f. ώσω, fermento.

'Αναζωγραφέω, ῶ, f. ήσω, delineo, pingo.

'Αναζωγρέω, ῶ, f. ήσω, in vitam reuoco, exsuscito. 2) instauro.

'Αναζωννύω, vel ἀναζώννυμι, f. ζώσω, succingo.

'Αναζωοποιέω, ῶ, f. ήσω, in vitam reuoco, vitam reddo.

'Αναζωόω, ῶ, f. ώσω, focillo, recreo.

'Αναζωπυρέω, ῶ, f. ήσω, exsuscito, resuscito, 2) vitam reuoco. 3) renouo.

'Αναζωπύρησις,

ναζωπύρησις, εως, ἡ, refectio virium.
ναζωτικὸς, ἡ, ὸν, refocillandi vim habens, recreans.
ναθαλέω, ῶ, f. ήσω, idem quod seq.
ναθάλλω, f. αλῶ, repullulo, regermino. 2) vegetor, conualesco, vires reparo. 3) reuirescere facio.
ναθάλπω, f. ψω, refoueo, refocillo.
ναθαῤῥέω, ῶ, f. ήσω, fiduciam resumo, animum recipio.
ναθαῤῥύνω, f. υνῶ, fiduciam, f. spem, animum reddo, confirmo.
ναθαρσέω, ῶ, f. ήσω, idem quod ἀναθαῤῥέω.
ναθαρσύνω, f. υνῶ, idem quod ἀναθαῤῥύνω.
νάθεμα, ατος, τὸ, exsecratio. 2) separatio, alienatio. 3) segregatio a communi vsu ad vsum sacrum. 4) homo exsecrabilis, homo sacer, exitio destinatus. 5) Philox. donum, donarium dedicatum, numini consecratum. Ab ἀνατίθημι.
ναθεματίζω, f. ίσω, exsecror, diris deuoueo, anathema declaro.
ναθεματισμὸς, ȣ, ὁ, exsecratio, anathematismus.
ναθερμαίνω, calefacio.
νάθεσις, εως, ἡ, dicatio, consecratio. 2) dilatio, cunctatio. 3) attributio, h. e. cum alicui aliquid, velut culpam, tribuimus; ad aliquem auctorem, ad causam referimus. Ab ἀνατίθημι.
ναθέω, ῶ, f. εύσομαι, sursum curro. 2) recurro. 3) cursito.
ναθεωρέω, ῶ, f. ήσω, attente contemplor, diligenter considero.
ναθεώρησις, εως, ἡ, diligens consideratio, contemplatio. A pr.
ναθεωρισμὸς, ȣ, ὁ, recognitio.
ναθήκη, ης, ἡ, idem quod ἀνάθεσις. Hesych. Ab ἀνατίθημι.
ναθηλέω, reuiresco, a θάλλω, vireo.
νάθημα, ατος, τὸ, donarium Deo in templo suspensum. 2) persona Deo consecrata ac dicata. 3) ornamentum quodlibet. Ab ἀνατίθημι.
ναθλίβω, f. ψω, exprimo. 2) elido.
νάθλος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, certaminibus inhabilis, imbecillis. Ex ἀνὰ & ἆθλος, certamen.
ναθολόω, ῶ, f. ώσω, obscuro, sc. admistis v. c. sordibus, fecibus, atramento &c. vt aquam, vrinam &c. Dicitur etiam metaphorice.
ναθόλωσις, εως, ἡ, perturbatio, obscuratio. vid. ἀναθολόω.
ναθορέω, ῶ, exsilio. 2) prosilio. 3) resilio. aor. 2. ἀνέθορον. Ex ἀνὰ & θορέω, salio.
ναθορνύω, irruo.
ναθορυβέω, ῶ, f. ήσω, tumultuor. 2) rebello.
νάθρεμμα, ατος, τὸ, alumnus, omne quod nutritur, alitur, educatur. Ex ἀνατρέφω.
ναθρεπτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, alumnus. Ab eod.
νάθρεψις, εως, ἡ, instauratio, reparatio, refectio. Ab eodem.
ναθρέω, ῶ, f. ήσω, perspicio, attente considero. Ex ἀνὰ & ἀθρέω, video.
ναθρώσκω, f. θρώσκω, exsilio, saltu conscendo. resulto, Gl. Vet.

Ἀναθυάω, ῶ, subsiliendo lasciuio, in re Venerea vt simplex.
Ἀναθυμιάζω, f. άσω, suffio, exhalare facio. Gl. Vet. exhalo. Ab ἀναθυμιάω.
Ἀναθυμίαμα, ατος, τὸ, suffitus, suffimen, vapor. 2) vaporatio, suffitio. Ab eod.
Ἀναθυμίασις, εως, ἡ, exhalatio, vaporatio, suffitus. 2) respiratio. Ab eod.
Ἀναθυμιάω, ῶ, f. άσω, idem quod ἀναθυμιάζω.
Ἀνάθυρμα, ατος, τὸ, lusus, ludus, ludicrum. 2) id, quo quis ludit. Ex ἀνὰ & ἄθυρμα.
Ἀνάθυσις, εως, ἡ, immolatio.
Ἀναθύω, f. ύσω, impetum capio, rursus impetum capio. 2) in re Venerea, vt θυάω. Hesych. 3) erumpo, prorumpo, de aqua vel sanguine.
Ἀναθωύσσω, vociferor, exclamo.
Ἀναίδεια, ας, ἡ, impudentia, importunitas. Ab ἀναιδής.
Ἀναιδεύομαι, impudentia vtor, impudenter me gero.
Ἀναιδημόνως, Adu. absque vlla reuerentia, impudenter.
Ἀναίδην, Adu. idem & ab eod.
Ἀναιδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, impudens, inuerecundus. Hinc τὸ ἀναιδὲς, έος, inuerecundia. Ex α pr. & αἰδὼς, pudor.
Ἀναιδῶς, Adu. impudenter, Gl. Vet.
Ἀναιθύσσω, quatiendo excito flammam, vnde 2) accendo. 3) moueo. 4) prorumpo.
Ἀναίθω, vro, accendo. Ex ἀνὰ & αἴθω.
Ἀναιμακτὶ, Adu. sine sanguine, incruente. A seq.
Ἀναίμακτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, incruentus. Ex α pr. & αἱμακτὸς.
Ἀναιμία, ας, ἡ, sanguinis defectus.
Ἄναιμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, exsanguis. Ex α pr. & αἷμα.
Ἀναιμόσαρκος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, cuius caro sanguinis est expers. Ex α pr. αἷμα & σάρξ.
Ἀναιμόχροος, contr. ἀναιμόχρȣς, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui est colore exsangui, pallidus. Rob. Ex α pr. αἷμα & χρόα, color.
Ἀναίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, exsanguis.
Ἀναιμωτεὶ, Adu. sine cruore. Ex iisd.
Ἀναιμωτὶ, Adu. idem & ex iisd.
ἈΝΑΙΝΟΜΑΙ, abnuo, renuo, recuso, detrecto. 2) infitior. 3) respuo, repudio.
Ἀναίρεμα, τος, τὸ, præda, spolium.
Ἀναίρεσις, εως, ἡ, ablatio, sublatio. 2) euersio. 3) abrogatio. 4) interfectio, cædes.
Ἀναιρέτης, ȣ, ὁ, ablator, fur, latro. 2) euersor 3) interfector, interemtor.
Ἀναιρετικὸς, ἡ, ὸν, exitialis, letalis, mortifer.
Ἀναιρέω, ῶ, f. ήσω, aufero, tollo. 2) euerto. 3) abrogo. 4) tollo de medio, interficio. 5) condemno. 6) reddo responsum, de oraculo; & in Medio. 7) tollo, de liberis, pro suscipio, vel educo. 8) suscipio, aggredior. 9) excipio, recipio ad me. 10) eligo. 11) demereor, vel concilio mihi aliquem. 12) concipio, grauida fio. 13) vinco, reporto præmium. 14) tollo mortuum, sepelio.
Ἀναίρω, tollo, sursum tollo.
Ἀναισθησία, ας, ἡ, defectus sensuum, stupor. 2) stoliditas, dementia. Ex α pr. & αἴσθησις.

Ἀναισθητεύομαι,

'Αναισθητεύομαι, f. εύσομαι, idem, quod ſeq.

'Αναισθητέω, ῶ, f. ήσω, careo ſenſu, non ſentio. 2) ſum ſtupidus, vel vecors. A ſeq.

'Αναίσθητος, ε, ὁ καὶ ἡ, carens ſenſu, expers facultatis ſentiendi. 2) qui non ſentitur, ſenſum effugiens, qui non cadit ſub ſenſum. 3) ſtupidus, ſtolidus, demens. Ex α pr. & αἰσθητός.

'Αναισθήτως, *Adu.* ſine ſenſu. 2) ſtupide, ſtolide. 3) lente, patienter.

'Αναισιμόω, ῶ, f. ώσω, inſumo, impendo.

'Αναισίμωμα, ατος, τὸ, ſumtus. A præc.

'Αναίσσω, f. ξω, ſurſum ruo, ſurgo, proſilio. Ex ἀνὰ & ἀίσσω, *ruo.*

'Αναισχυντέω, ῶ, f. ήσω, impudens ſum, impudenter ago.

'Αναισχύντημα, τος, τὸ, facinus impudens.

'Αναισχυντία, ας, ἡ, impudentia, inuerecundia.

'Αναίσχυντος, ε, ὁ καὶ ἡ, impudens, inuerecundus. Ex α pr. & αἰσχύνω.

'Αναισχύντως, *Adu.* impudenter, inuerecunde.

'Αναιτία, ας, ἡ, innocentia.

'Αναιτιολόγητος, ε, ὁ καὶ ἡ, cuius ratio reddi non poteſt. Ex α pr. & αἰτιολογέω.

'Αναίτιος, ε, ὁ καὶ ἡ, cauſſam non habens, cuius cauſa nulla eſt; qui in cauſſa non eſt, cur aliquid fiat. 2) innocens, qui culpari vel accuſari nequit. Ex α pr. & αἰτία.

'Αναιτίως, *Adu.* ſine cauſſa, ſine culpa.

'Ανακαγχάζω, f. άσω, cachinnor, effuſe rideo.

'Ανακαθαίρω, expurgo, perpurgo.

'Ανακάθαρσις, εως, ἡ, purgatio. 2) explanatio allegoriarum. Ab ἀνακαθαίρω.

'Ανακαθαρτικὸς, ὴ, ὸν, purgatiuus. Ab eodem.

'Ανακάθημαι, ſedeo erectus. 2) recumbo, reſideo.

'Ανακαινίζω, f. ίσω, innouo, inſtauro. Ex καινός.

'Ανακαίνισις, εως, ἡ, renouatio, inſtauratio. A præc.

'Ανακαινισμὸς, ε, ὁ, idem & ab eod.

'Ανακαινόω, ῶ, f. ώσω, innouo, inſtauro.

'Ανακαίνωσις, εως, ἡ, renouatio, inſtauratio. A præc.

'Ανάκαιον, ε, τὸ, carcer in quem coniiciebantur ſerui mali & liberti, qui a dominis ſuis defecerant. Suid. Harpocration.

'Ανακαίω, f. καύσω, accendo, incendo. 2) incito.

'Ανακαλέω, ῶ, f. έσω, p. κέκληκα, inclamo, alta voce appello, voco. 2) inuoco. 3) reuoco. 4) ſarcio, rependo.

'Ανακαλινδέω, f. ήσω, verſo, uoluo.

'Ανακαλυπτήρια, τὰ, dies, quo ſponſa facie retecta prodit. 2) munus, quod ſponſæ eo die a marito aliisque dabatur pro honore & gratia reuelati oris. Ab ἀνακαλύπτω.

'Ανακάλυπτρα, τὰ, idem, quod præced. n. 2.

'Ανακαλύπτω, f. ψω, reuelo, retego, patefacio.

'Ανακάλυψις, εως, ἡ, reuelatio. A præc.

'Ανακάμπτω, f. ψω, reflecto. 2) reuertor, redeo. 2) declino, deflecto.

'Ανακάμψερως, έρωτος, ἡ, herba quæ amorem reducere credebatur. A præc. & ἔρως.

'Ανακαμψίπνοος, ε, ὁ καὶ ἡ, qui reflexo itine flat, qui reflexos flatus habet, *opponitur* εὐ θύπνοος. Ariſtot. Ex ἀνακάμπτω & πνόος, *flatu*

'Ανάκαμψις, εως, ἡ, reflexio. 2) reciprocatio.

'Ανάκανθος, ε, ὁ καὶ ἡ, ſpinis, ſeu aculeis caren Ex α pr. & ἄκανθα, *ſpina.*

'Ανακάπτω, f. ψω, deuoro, deglutio, abſorbe

'Ανάκαρ, *Adu.* ſurſum verſus, in ſuperiore partem. Ex ἀνὰ & κὰρ pro κάρα, *caput.*

'Ανακάρδιον, ε, τὸ, arbor quædam Indica, fr ctum auiculæ corculo ſimilem habens.

'Ανάκαρδος, ε, ἡ, idem & ex iisdem.

'Ανάκαυσις, εως, ἡ, accenſio, incenſio. Ab ἀν καίω, *incendo.*

'Ανακαχλάζω, ebullio, efferueſco *vt ſimplex.*

'Ανακάχλασις, εως, ἡ, ebullitio, æſtus.

'Ανάκαψις, εως, ἡ, deuoratio. Ab ἀνακάπτω.

'Ανακεάζω, f. άσω, ſindo.

'Ανάκεια, ων, τὰ, dies feſtus Dioſcurorum, C ſtoris & Pollucis, qui & ἄνακες dicti.

'Ανάκειμαι, f. κείσομαι, accumbo, recumb 2) conſecratus, dicatus ſum. 3) deditus, a dictus ſum. 4) ſitus, repoſitus ſum. 5) tr buor, adſcribor alicui.

'Ανάκειον, ε, τὸ, templum ἀνάκων, ſeu Dioſc rorum. Ab ἄνακες.

'Ανακείρω, tondeo. 2) abſcindo. 3) diſſec lacero.

'Ανακεκαλυμμένως, *Adu.* ſine velo, aperte. A ἀνακαλύπτω.

'Ανακελαδέω, ſtrepo, garrio.

'Ανακέλαδος, ε, ὁ, ſuſurrus. v. *ſimplex* κέλαδο

'Ανακεράννυμι, vel ἀνακεραννύω, vel ἀνακεράω, ράσω, commiſceo, permiſceo. 2) temper

"Ανακες, ων, οἱ, Dioſcuri, Caſtor & Pollux. A ἄναξ.

'Ανάκεστος, ε, ὁ καὶ ἡ, immedicabilis, inſanabili Ex α pr. & ἀκέομαι, *ſano, medeor.*

'Ανακεφαλαιόω, ῶ, f. ώσω, capitulatim & ſumm tim repeto. 2) peroro. 3) partes diſi ctas in vnum corpus colligo. 4) renou inſtauro. 5) impleo, perficio.

'Ανακεφαλαίωσις, εως, ἡ, ſummaria repetitio. repetitio ante dictorum per capita. 3) co ſummatio. 4) relatio. A præc.

'Ανακεφαλαιωτικὸς, ἡ, ὸν, ad repetitionem pert nens, quo quid repetitur.

'Ανακηκίω, ſurſum feror, erumpo vt aqua, ſa guis, ſcaturio, proſilio.

'Ανακήρυκτος, ε, ὁ καὶ ἡ, præconis voce renu ciatus, deſignatus ad munus in rep. gere dum, aut venditionis ergo. Ab ἀνακηρύττ

'Ανακήρυξις, εως, ἡ, renunciatio, proclamati declaratio per præconem. A ſequ.

'Ανακηρύσσω, vel ἀνακηρύττω, f. ξω, voce præc nis renuncio, proclamo. 2) renuncio qu vis modo, denuncio. 3) laudo, prædico.

'Ανακινδυνεύω, f. εύσω, periclitor, periculu adeo.

'Ανακινέω, ῶ, f. ήσω, moueo, impello. 2) ſu cito, excito. 3) excito, i. e. produco.

'Ανακίνημα, τὸ, idem quod ſeq.

'Ανακίνησις, εως, ἡ, commotio. 2) ſuſcitati A præc.

'Ανακίρναμαι, permiſceo. Ex κιρνάω.

'Ανακλάζω

νακλάζω, f. άγξω, clango, clamo.
νακλαίω, f. αύσω, defleo. 2) vehementer fleo. 3) viciſſim fleo. 4) *in medio*, ploratum incipio, quem deinde alii ſequantur.
νάκλασις, εως, ἡ, reflexio, repercuſſio. 2) confractio. Ab ἀνακλάω.
νακλασμὸς, ȣ, ὁ, fractio, reflexio. Ab eodem.
νάκλαστος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, reflexus, vel reflecti valens. Ab eod.
νακλαυθμὸς, ȣ, ὁ, fletus. Ab ἀνακλαίω.
νάκλαυσις, εως, ἡ, deploratio. Ab eod.
νακλαυσμὸς, ȣ, ὁ, fletus. Ab eod.
νακλάω, ῶ, f. άσω, refringo, reflecto, repercutio.
νακλέπτομαι, retrocedo ſenſim, clam me proripio.
νάκλημα, ατος, τὸ, idem quod ἀνάκλησις. 2) pars cantus. Ab ἀνακαλέω.
νάκλησις, εως, ἡ, inclamatio, appellatio. 2) reuocatio. 3) reuocatio ab exilio. 4) inuocatio & euocatio, quæ fit cantu. 5) imploratio auxilii. 6) compellatio, adlocutio. Ab eod.
Ἀνακλητικὸν, ȣ, τὸ, cantus tubæ reuocantis ad prælium. 2) ſignum receptus. Ab eod. Subauditur ᾆσμα vel σημεῖον.
Ἀνακλητικὸς, ἡ, ὸν, excitans, euocans, reuocans.
Ἀνάκλητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, reuocatorius. Ab eodem.
Ἀνακλιντήριον, ȣ, τὸ, lectulus, in quo quieſcimus interdiu.
Ἀνακλίνω, f. ινῶ, repono, reclino. 2) diſcumbere iubeo. 3) aperio, expando, explico.
Ἀνάκλισις, εως, ἡ, diſcubitus, accubatio, recubatio.
Ἀνακλισμὸς, idem. 2) recubitorium.
Ἀνακλιτικὸς, ἡ, ὸν, diſcubitorius.
Ἀνάκλιτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, idem &
Ἀνάκλιτον, *Subſt.* ſella, quæ habet, in quod reclinari dorſum poſſit.
Ἀνακλύζω, f. ύσω, abluo.
Ἀνακλώθω, f. ώσω, filum retorqueo. 2) inuolutos fuſos reuoluo. 3) retracto mutando fatum, de Parca.
Ἀνάκλωσμα, τος, τὸ, reuolutio, ap. Nic. ſi lectio vera.
Ἀνακογχίζω, contineo, cohibeo, fulcio, ap. Hipp. Sed videtur leg. eſſe ἀνακωχίζω.
Ἀνακογχυλιάζω, f. άσω, os, fauces colluo, gargarizo.
Ἀνακογχυλιασμὸς, ȣ, ὁ, gargarizatio. Ab ἀνακογχυλιάζω.
Ἀνακογχυλιαστὸς, ἡ, ὸν, quo fauces colluuntur. 2) qui gargarizari ſolet, vel poteſt. Ab eodem.
Ἀνακογχυλίζω, f. ίσω, idem quod ἀνακογχυλιάζω
Ἀνακογχυλισμὸς, gargarizatio.
Ἀνακοῖ, ῶν, οἱ, idem quod ἄνακες.
Ἀνακοιλος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, cauus.
Ἀνακοίλωμα, τ[illegible], cauitas, cauum, v. c. arboris.
Ἀνακοιμάομαι, ῶμαι, dormio, cubo.
Ἀνακοινόω, ῶ, f. ώσω, communico aliquid cum aliquo. 2) communico cum aliquo de re aliqua, conſulto cum aliquo de re quapiam. ἀνακοινώσασθαι, communicare, Philox.
Ἀνακοίνωσις, εως, ἡ, communicatio. 2) Schema quoddam rhetoricum.
Ἀνακοιρανέω, ῶ, dominor, rego. 2) obeo, v. c. exercitum.
Ἀνακολλάω, ῶ, f. ήσω, conglutino, glutine adſtringo & contineo.
Ἀνακόλλημα, ατος, τὸ, glutinamentum, quo aliquid conſtringitur. A præc.
Ἀνακόλλησις, εως, ἡ, reſtrictio, quæ fit glutine.
Ἀνακολȣθία, ας, ἡ, quum ſequentia prioribus non reſpondent.
Ἀνακόλȣθον, ȣ, τὸ, vitium orationis, quando non ſequitur, quod ſuperioribus reſpondeat.
Ἀνακόλȣθος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, inconſequens, non reſpondens præcedentibus. 2) non conſentaneus, ineptus.
Ἀνακολȣ́θως, *Adu.* neglecta conſecutione legitima. 2) parum conuenienter.
Ἀνακολπάζω, ſuccingo, alii malunt ἀνακολπίζω, ap. Ariſtoph. e κολπίζω. nam κολπάζω non reperitur.
Ἀνακολυμβάω, ῶ, f. ήσω, emergo, ſupernato. 2) emergens adfero.
Ἀνακομάω, ῶ, comas recupero. 2) refloreſco.
Ἀνακομιδὴ, ῆς, ἡ, relatio, reportatio. 2) recuperatio, receptio, v. c. ſpiritus e ſuffocatione, vel priſtinæ valetudinis e morbo graui. 3) reditus. 4) delatio mortuorum ex vno ſepulcro in aliud. Ab ἀνακομίζω.
Ἀνακομίζω, f. ίσω, refero. 2) eueho. ἀνακομίζομαι, redeo, reuertor, retro traiicio.
Ἀνακοντίζω, f. ίσω, eiaculor. 2) erumpo.
Ἀνακοπὴ, ῆς, ἡ, impedimentum. 2) repercuſſio, reciprocatio. A ſeq.
Ἀνακόπτω, f. ψω, retundo, inhibeo, impedio. 2) arceo, propulſo. 3) elido.
Ἀνάκȣστος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, ſub auditum cadens. Ex ἀνὰ & ἀκȣστὸς.
Ἀνακȣφίζω, f. ίσω, ſubleuo.
Ἀνακȣ́φισις, εως, ἡ, ſubleuatio, alleuatio.
Ἀνακȣ́φισμα, τος, τὸ, idem.
Ἀνακȣ́ω, inaudio, auſculto.
Ἀνακραγγαίνω, ſucclamo. Heſych. Ab ἀνακράζω.
Ἀνακραδαίνω, vibro, quatio, quaſſo.
Ἀνακραδάω, ῶ, idem.
Ἀνακράζω, f. άξω, exclamo. 2) loquor, proloquor.
Ἀνάκρασις, εως, ἡ, permiſtio, commiſtio, temperatio. Ab ἀνακεράννυμι.
Ἀνακρέκομαι, ſono, loquor. Ex ἀνὰ & κρέκω, *pectine pulſo.*
Ἀνακρίμαμαι, ſuſpenſus ſum, pendeo ex alto.
Ἀνακρεμάω, ῶ, vel
Ἀνακρεμάννυμι, vel
Ἀνακρεμαννύω, vel
Ἀνακρίμνημι, & ἀνακρήμνημι, ſuſpendo, eleuo in altum. 2) ſpe ſuſpendo.
Ἀνακρίνω, f. ινῶ, quæſtionem habeo, ſcrutor. 2) examino, æſtimo. 3) diiudico.
Ἀνάκρισις, εως, ἡ, interrogatio. 2) inquiſitio, maxime quam ſinguli magiſtratus faciunt ante

iudicia

iudicia de rebus ad litem pertinentibus. 3) diſceptatio, iudicium. A pr.

'Ανακριτικὸς, ἡ, ὸν, interrogatorius, interrogatiuus. Ab eod.

'Ανακροταλίζω, plaudo, vt ſequ.

'Ανακροτέω, ῶ, f. ήσω, plaudo, complodo. 2) plauſu comprobo, celebro.

'Ανάκρουσις, εως, ἡ, retractio, inhibitio nauis, quæ fit retro remigando.

'Ανακρούω, f. ούσω, nauem reprimo, coërceo. 2) ἀνακρούεσθαι, canendi initium facere. 3) retro remigrare, inhibere remis.

'Ανακρωτηρίαστος, ον, integer, illæſus. Ex α pr. & ἀκρωτηριάζω, *mutilo.*

'Ανακτάομαι, ῶμαι, f. ήσωμαι, recupero, recipio, reparo. 2) refocillo, recreo. 3) demereor, mihi concilio, mihi amicum facio.

'Ανακτέον, reducendum, ſubuehendum. Ab ἀνάγω.

'Ανάκτησις, εως, ἡ, recuperatio. 2) recreatio. 3) conciliatio gratiæ. Ab ἀνακτάομαι.

'Ανακτητικὸς, ἡ, ὸν, recuperatorius, recuperandi vim habens. 2) recreandi vim habens. Ab eod.

'Ανακτίζω, f. ίσω, renouo, reædifico, rurſum creo, reformo. Ex ἀνὰ & κτίζω.

'Ανάκτισις, εως, ἡ, inſtauratio.

'Ανακτίτης, ου, ὁ, gemma, quæ alias γαλακτίτης. Ab ἄνακτες, *Dii.*

'Ανακτορία, ας, ἡ, imperium, regnum. Ab ἀνάκτωρ.

'Ανακτόριος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſ. ἀνακτόριος, ία, ον, herilis.

'Ανάκτορον, ου, τὸ, regium palatium. 2) templum, inprimis Dioſcurorum.

'Ανακτοτελέσαι, & ἀνακτοτελέται, ſacerdotes Dioſcurorum, omninoque Deorum. Ex ἄνακτες, *Dii* & τελεστὴς, *ſacerdos.*

'Ανάκτωρ, ορος, ὁ, rex. 2) herus. Ab ἄναξ, *rex.*

'Ανακυίσκω, abortum facio. Ex ἀνὰ & κύω.

'Ανακυκάω, ῶ, f. ήσω, permiſceo, commiſceo.

'Ανακύκλησις, εως, ἡ, ex ἀνὰ & κυκλέω, idem quod ἀνακύκλωσις.

'Ανακυκλισμὸς, ου, ὁ, idem.

'Ανακυκλόω, ῶ, f. ώσω, cingo, circumdo. 2) repeto. 3) reuoluo.

'Ανακύκλωσις, εως, ἡ, circumactio, circulatio. 2) conuerſio in orbem, vt reipublicæ.

'Ανακυλισμὸς, ου, ὁ, reuolutio, conuerſio. A ſeq.

'Ανακυλίω, f. ίσω, replico, reuoluo. 2) ſurſum voluo.

'Ανακυμβαλίζω, cum ſonitu euertor.

'Ανακυπόω, euerto. Nic. &

'Ανακυπτόω, ῶ, f. ώσω, ſubuerto, in dorſum reclino & reſupino. Heſych. Ab ἀνακύπτω.

'Ανακύπτω, f. ψω, oculos & caput erigo, vt aues bibentes ſolent. 2) exſiſto, emergo proprie, & tropice, vt, e malis, curis &c. 3) ſpe erigor, animoque recreor. 4) otior.

'Ανακυρίωσις, εως, ἡ, auctoritas. Ex ἀνὰ & κυριόω *auctoritatem do.* Sed leg. ἀνακύρωσις, *abrogatio*

'Ανάκυρτος, ου, ὁ καὶ ἡ, repandus, Gl. Vet.

'Ανακωκύω, f. ύσω, deploro, defleo.

'Ανάκωλος, ου, ὁ καὶ ἡ, breuiſſimus, mutilus. Ex α pr. & κῶλον, *membrum.*

'Ανακωλύω, f. ύσω, arceo.

'Ανακωμῳδέω, ῶ, f. ήσω, comice decanto vel dico. 2) comice irrideo.

'Ανακῶς, *Adu.* ſedulo. Ab α pr. & ἀκῶς, antiquo, quod eſt ab eodem vocabulo, vnde ἀκὴν, *tacite, quiete,* vnde colligitur fuiſſe olim in vſu ἀκὸς, ἀκὴ, ἀκὸν, *ſedatus, tranquillus.* 2) regie, regum more.

'Ανακωφάω, ῶ, f. ήσω, ſurdum reddo.

'Ανακωφόω, ῶ, f. ώσω, idem.

'Ανακωχεύω, f. εύσω, nauem in ancoris retineo in ſalo. 2) retineo, inhibeo, recedo. Ab ἀνακωχή.

'Ανακωχέω, id. ap. Heſych.

'Ανακωχὴ, ῆς, ἡ, eſt, cum naues in ſalo tenentur in ancoris, ne a vento illidantur ſcopulis; receſſio nauium a litore verſus altum in tempeſtate. 2) induciæ. Sed in hoc ſenſu ſcribendum ἀνοκωχὴ potius. Ab ἀνέχω vel ἀνεκέχω.

'Αναλάζομαι, f. άσομαι, rurſum capio. Ex ἀνὰ & λάζομαι, *capio.*

'Αναλακτίζω, calcitro, repudio.

'Αναλαμβάνω, f. λήψομαι, p. ἀνείληφα, recipio, recupero. 2) reparo, inſtauro. 3) repeto, itero, reuoco. 4) aſſumo. 5) excipio ſc. conuiuio &c. 6) animo voluto, cogito. 7) corrigo. 8) retineo. 10) cohibeo. Omnino variis modis hoc verbum dicitur, qui omnes ſeparatim ei non conueniunt: nec adeo in hoc Lexico locum habent.

'Αναλαλάζω, vlulo, exclamo, tripudio.

'Αναλάμπω, f. ψω, reſplendeo, reluceo. 2) illuſtro.

'Αναλγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, doloris expers, qui doloris ſenſu nullo afficitur, durus, ſtupidus. Ex α pr & ἄλγος, *dolor.*

'Αναλγησία, ας, ἡ, indolentia. A pr.

'Ανάλγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſine dolore, expers doloris. 2) durus, crudelis, qui nullo dolore aut miſericordia tangitur.

'Αναλγήτως, *Adu.* inhumaniter. 2) abſque doloris ſenſu, abſque moleſtia.

'Αναλδαίνω, augeo, do incrementum. Ex α intenſ. & ἀλδέω, *augeo.*

'Αναλδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, non creſcens, incrementum non capiens. Ex iisd.

'Αναλδήσκω, ſuccreſco, augeor. Ab ἀναλδής.

'Αναλεαίνω, contero, ex ἀνὰ & λεαίνω.

'Αναλέγω, f. ξω, colligo. ἀναλέγομαι, recito, lego, Gl. Vet.

'Ανάλειπτος, ον, non vnctus. Ex α pr. & ἀλείφω.

'Αναλειφὴ, cum quis non vngitur. Ex iisd.

'Αναλείχω, f. ξω, lambo, delingo.

'Ανάλεκτα, ων, τὰ, reliquiæ ciborum.

'Ανάλεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, collectitius, collectus, collectaneus. Ab ἀναλέγω, *colligo.*

'Αναλήθης, ες, falſus.

'Αναλήθως, *Adu.* falſo.

'Ανάλημμα, ατος, τὸ, altitudo. 2) quicquid in edito eſt, vt horti penſiles &c. Ab ἀναλαμβάνω.

'Αναληπτὴρ, ῆρος, ὁ, amula, ap. Ioſ. Cod. Vatic.

tic. vulgg. ἀναλημπτὴρ, male. item actiue, nihil ad ſanandum proficiens: epitheton remedii.

Ἀναληπτικὸς, ἡ, ὸν, recuperatorius. 2) refocillandi, recreandi vim habens. Ab eod.

Ἀναληπτικῶς, *Adu.* apte ad refocillandum corpus.

Ἀνάληψις, εως, ἡ, reſumtio, recuperatio, receptio. 2) virium refectio. 3) adoptio 4) perceptio rei alicuius. 5) ſchema rhetoricum. Ab ἀναλαμβάνω.

Ἀναλθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, inſanabilis, incurabilis. Ex α pr. & ἀλθέω, *ſano.*

Ἀναλίγκιος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, diſſimilis. Ex α pr. & ἀλίγκιος, *ſimilis.*

Ἀναλικμάω, ventilo, vanno purgo.

Ἀναλίσκω, f. ἀναλώσω, p. ἀνήλωκα, vel ἀνάλωκα, abſumo, inſumo, impendo. 2) mercedem do, impenſas ſuppedito. 3) conſumo, extinguo, perdo, interficio.

Ἀναλιχμάομαι, lambo.

Ἀναλκεια, ας, ἡ, impotentia. 2) ignauia, timiditas. Ex α pr. & ἀλκὴ, *robur.*

Ἀναλκία, ας, ἡ, idem & ex iisd.

Ἀναλκις, ιδος, ὁ καὶ ἡ, impotens, carens animo iniuriarum impatiente & vltionis ſtudioſo. Ex iisd.

Ἀνάλλακτος, ον, immutabilis, irreconciliabilis.

Ἀναλληγόρητος, ον, proprie & ſine allegoria dictus.

Ἀναλλοίωτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, immutabilis. 2) qui ægre mutatur. Ex α pr. & ἀλλοιωτὸς, *mutabilis.*

Ἀνάλλομαι, aſſilio, inſilio. Ex ἀνὰ & ἅλλομαι.

Ἄναλμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, ſalſuginis expers, ex ἅλμη, *ſalſugo.*

Ἀναλογάδην, *Adu.* ſecundum proportionem.

Ἀναλογεῖον, ȣ, τὸ, locus, in quo reponuntur libri ſc. rationum.

Ἀναλογέω, ῶ, f. ήσω, proportione reſpondeo, ſimilis ſum.

Ἀναλογία, ας, ἡ, proportio, ſimilis ratio.

Ἀναλογίζομαι, ratiocinor, reputo, æſtimo.

Ἀναλογικὸς, ἡ, ὸν, proportionalis.

Ἀναλόγισμα, τὸ, idem quod ſeq.

Ἀναλογισμὸς, ȣ, ὁ, ratiocinatio, ſubductio. 2) cogitatio.

Ἀναλογιστικῶς, *Adu.* probabiliter, per coniecturam.

Ἀνάλογος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, conſentaneus. Ex ἀνὰ & λόγος, *ratio.*

Ἀναλόγως, *Adu.* conuenienter, congrue.

Ἄναλος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, inſulſus, non ſalitus. Ex α pr. & ἅλς, *ſal.*

Ἄναλτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, inexplebilis, inſatiabilis. 2) non augeſcens. 3) non ſalitus, Galen. Ex α pr. & ἄλω, *alo*, vel ἄλδω, *augeo*, vel ἅλς, *ſal.*

Ἀναλύζω, ingemiſco, ſingultio, cum ſingultu defleo. A λύζω, *ſingultio.*

Ἀνάλυσις, εως, ἡ, reſolutio, diſſolutio. 2) abrogatio, remiſſio. 3) migratio, diſceſſus, abitus, præſ. e vita. 4) explicatio. Ab ἀναλύω.

Ἀναλυτὴρ, ῆρος, ὁ, liberator.

Ἀναλυτικὸς, ἡ, ὸν, quaſi reſolutorius: totum in ſuas partes, elementa &c. reſoluens, vel modum reſoluendi demonſtrans. Ab eod.

Ἀναλυτρόω, redimendum concedo, redemtum reddo. *med.* redimo.

Ἀναλύω, f. ύσω, reſoluo, diſſoluo, retexo. 2) abrogo. 3) redeo, reuertor. 4) abeo, diſcedo, migro.

Ἀναλφάβητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui ne alphabetum quidem callet, plane illiteratus.

Ἀνάλωμα, ατος, τὸ, ſumtus, impenſa. Ab ἀναλίσκω.

Ἀνάλωσις, εως, ἡ, conſumtio.

Ἀναλωτὴς, ȣ, ὁ, conſumtor.

Ἀναλωτικὸς, ἡ, ὸν, abſumens, vim conſumendi habens.

Ἀνάλωτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, inuictus, inexpugnabilis. Ex α pr. & ἁλωτὸς, *expugnabilis.*

Ἀναλωφάω, reſpiro, interquieſco, miteſco, deferuio.

Ἀναμαιμάω, μῶ, furibundo impetu ſurſum deorſum feror, furo.

Ἀναμαλάσσω, vel ἀναμαλάττω, f. άξω, remollio, ſubigo. Ex ἀνὰ & μαλάσσω, *mollio.*

Ἀναμανθάνω, f. θήσομαι, de integro diſco. 2) diſco, attendo. 3) dediſco, melius diſco.

Ἀναμαντεύομαι, augurium capio, vaticinor.

Ἀπολαύω, fut. αύσω, fruor, commodum, ctum, emolumentum capio. 2) *in deter partem*, damnum capio, punior.
Ἀπολεαίνω, læuigo, complano. 2) con comminuo.
Ἀπολέγω, f. ξω, deligo, seligo. 2) decerp reiicio, repudio. 4) declaro. 5) inter veto.
Ἀπολείβω, f. ψω, destillo, fundo.
Ἀπόλειμμα, τος, τὸ, reliquum, reliquiæ. A
Ἀπολείπω, f. ψω, relinquo. 2) desero, dest 3) supero, vinco, præsto, a tergo relin 4) desisto, desino: *eleganter cum partic* absum, *in formula*: parum abest, *cum gen. infinit.*
Ἀπολειτουργέω, ῶ, munere defungor.
Ἀπολείχω, f. ξω, lambendo tollo, aufero.
Ἀπόλειψις, εως, ἡ, relictio, derelictio. 2) ctus, deliquium. Ab ἀπολείπω.
Ἀπόλεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, electus, eximius. Ab λέγω.
Ἀπολελεγμένως, *Adu.* negligenter. Ab eo
Ἀπολελυμένως, *Adu.* solute, libere. Gramm cis dicitur etiam de positiuo adiectiuo gradu. Ab ἀπολύω.
Ἀπολέμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, bello non vexatus, h non lacessitus. Ex α pr. & πολεμέω.
Ἀπόλεμμα, τος, τὸ, corium, pellis. Ex ἀπὸ & λ
Ἀπόλεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, imbellis, inhabilis ad lum. 2) inexpugnabilis. 3) pacificus.
Ἀπολέμως, *Adu.* non pugnaciter, leniter.
Ἀπολεπίζω, f. ίσω, decortico.
Ἀπολέπισμα, τος, τὸ, cortex resectus, *item* mi tæ partes olerum, plantarum resectæ. A præc.
Ἀπολακέω, crepo, sonum edo, *vt simplex* λα
Ἀπολεπτύνω, f. υνῶ, in mucronem colligo. extenuo.
Ἀπολέπω, f. ψω, decortico.
Ἀπολέσκομαι, pereo. quasi hinc sit ἀπολέσκ imperf. quod tamen Ionicum est pro ἀπο το, ab ἀπόλλυμι.
Ἀπολευκαίνω, dealbo, candefacio.
Ἀπολήγω, f. ξω, desino.
Ἀποληκέω, ῶ, crepo, crepitum edo. v. λακ
Ἀποληκυθίζω, f. ίσω, detraho ληκύθιον, seu or mentum oratorium.
Ἀπόληξις, εως, ἡ, finis, clausula. Ab ἀπολήγ
Ἀποληρέω, ῶ f. ησω, nugor, deliro.
Ἀπόληψις, εως, ἡ, receptio, retentio, recupe tio. 2) interclusio, suppressio. Ab ἀπολ μνω.
Ἀπολιαίνομαι, liuesco. Hippocr. (f. leg. ἀπο λιαίνομαι. v. ἀποπελιδνόομαι.)
Ἀπολιβάζω, f. άξω, recedo, aufugio. Ab ἀ λίβω.
Ἀπολιγαίνω, strepitum facio, turbas excito. ἀπὸ & λιγαίνω, *argutum sono*.
Ἀπολιθόω, ῶ, f. ώσω, in lapidem verto, lapid scere facio. ἀπολιθόομαι, lapidesco. Ab ἀπὸ λίθος.
Ἀπολίθωσις, εως, ἡ, mutatio in lapidem. A pra
Ἀπολιμπάνω, relinquo. Ab ἀπολείπω.

Ἀπολινό

λινόω, ῶ, f. ώσω, lino vincio.
λίνωσις, εως, ἡ, ligatio, proprie, quæ fit lo.
λιόρκητος, ον, qui obsideri, expugnari non potest. Ab α pr. & πολιορκέω.
λις, ιδος, ὁ καὶ ἡ, extorris, patria pulsus, erro, cui nulla est patria. Ex α pr. & πόλις, vrbs.
λισθαίνω, defluo, delabor. 2) non attingo, non adhæresco.
λισθέω, ῶ, f. ήσω, delabor. 2) lapsante gressu, ut in loco lubrico, aberro ab eo, quod petebam. 3) non attingo, non adhæresco. 4) labor.
ολιταργίζω, celeri gradu a foribus me proripio, celeriter aufugio, me abripio. ἀπολιταργιῶ, f. 1. Att. pro ἀπολιταργίσω. Ex ἀπὸ, λίτη, ianua, & ἀργὸς, celer.
ολίτευτος, ε, ὁ καὶ ἡ, nequaquam ciuilis, non vrbanus, sine politia, nulli ciuitati adscriptus, extra leges & consortium ciuilis societatis agens; item, alienus a rep. gerenda. Ex α pr. & πολιτεύομαι.
πολίτης, ε, ὁ, qui ciuis esse desiit. 2) alienus a reip. negotiis.
πολιτικὸς, ὁ, ὸν, qui non est πολιτικὸς, qui est reip. ignarus.
πολιχμάω, ῶ, f. ήσω, delambo, delingo.
πόλλυμι, f. ἀπολλύω, perdo, vasto. f. 1. ἀπολέσω, f. 2. ἀπολῶ. perf. ἀπολώλεκα. aor. 1. ἀπώλεσα. ἀπόλλυμαι, pereo, intereo, dispereo. ἀπώλετο, periit, Gl. Vet. aor. 2. Ex ἀπὸ & ὄλλυμι, perdo.
πολογαριάζω, rationem ineo, computo.
πολογαριασμὸς, ε, ὁ, supputatio. A præc.
πολογέομαι, ῦμαι, f. ήσομαι, defendo sermone. 2) excuso. Ab ἀπὸ & λόγος, sermo.
πολόγημα, ατος, τὸ, excusatio defensio. 2) refutatio. A præc.
πολογητικὸς, ὁ, ὸν, defensorius, ad defensionem pertinens. Ab eod.
απολογία, ας, ἡ, defensio, excusatio, purgatio, satisfactio, Philox.
απολογίζομαι, f. ίσομαι, rationes reddo, seu refero. 2) expensum refero. 3) rationem ineo, ratione inita colligo.
απολογισμὸς, ε, ὁ, rationis redditio & relatio. 2) expensi relatio. 3) rationum codex. 4) narratio, expositio rei qua appareat, rem bene actam. 5) explicatio causarum. 6) mentis abalienatio. A præc.
Απόλογος, ε, ὁ, narratio longa & verbosa. 2) fabula, apologus, narratio ficta. 3) ἀπόλογοι, tabulæ expensarum.
Απόλοιπος, ε, ὁ καὶ ἡ, reliquus.
Απολολύζω, f. ξω, clamore & vociferatione lætitiam præ me fero. Ex ἀπὸ & ὀλολύζω.
Απόλυμα, ατος, τὸ, lauacrum, s. quod lauando abluitur, sordes e lotione.
Απόλυσις, εως, ἡ, lotio.
Απολύω, f. ύσω, abluo.
Απολοφύρομαι, eiulatibus prosequor, deploro. Ex ἀπὸ & ὀλοφύρομαι, eiulo.
Απολοχίζομαι, ῦμαι, f. ίσομαι, frutico, fruticesco, densis fruticibus hiluesco.
Απολυμαίνομαι, purgor. 2) corrumpo,
Απολυμαντὴρ, ῆρος, ὁ, corrumptor, perniciem adferens, pernicies. A præc.
Απολυπραγμόνητος, ον, nihil laboris habens. rerum alienarum incurius. Ex α pr. & πολυπραγμονέω.
Απολυπραγμονήτως, Adu. sine multo labore. A præc.
Απολύπραγμων, ον, non curiosus.
Απολύσιμος, ε, ὁ καὶ ἡ, liberatiuus, absolutiuus. A seq.
Απόλυσις, εως, ἡ, liberatio, absolutio. 2) refutatio. 3) discessus, profectio. 4) decessus. obitus. 5) confectio sc. negotiorum. Ab ἀπολύω.
Απόλυτος, ε, ὁ καὶ ἡ, solutus, liberatus. Ab eod.
Απολυτρόω, ῶ, f. ώσω, redimo. 2) accepto pretio dimitto.
Απολύτρωσις, εως, ἡ, redemtio. A præc.
Απολύτως, Adu. solute, libere. 2) absolute.
Απολύω, f. ύσω, soluo, exsoluo, seiungo. 2) absoluo reum. 3) dimitto, remitto, do veniam abeundi. 4) libero, dato pretio redemtionis, & 5) ἀπολύομαι, diluo, refuto. 2) discedo, proficiscor. 3) dimitto redemtum ab altero.
Απολωβάω, ῶ, f. ήσω, iniuria adficio, contumelia lacesso.
Απολωπίζω, f. ίσω, vestem exuo.
Απολωτίζω, detraho, auello, more eorum, qui λωτὸν carpunt, h. e. optimum quodque.
Απολωφάω, ῶ, fut. ήσω, sedo, releuo.
Απομαγδαλία, ας, ἡ, s. ἀπομαγδαλιὰ, ᾶς, ἡ, v. μαγδαλία, quod idem est.
Απόμαγμα, ατος, τὸ, detrimentum, siue id, quod ex abstersione colligitur. 2) lustratio, ap. Hesych.
Απομαδαρόω, tondeo, ex ἀπὸ & μαδαρόω, a μαδαρὸς, caluus.
Απομαδίζω, idem.
Απομάθησις, εως, ἡ, doctrinæ obliuio. Ab ἀπομανθάνω.
Απομάθημα, ατος, τὸ, quod obliuioni dedimus. Ab eod.
Απομαίνομαι, fut. νῦμαι, furo, insanio. 2) furere, insanire desino.
Απομακρύνω, longe remoueo. 2) in longum extendo.
Απομάκτης, ε, ὁ, abstergens. Ab ἀπομάττω.
Απομαλακίζομαι, f. ίσομαι, effeminatus sum, defugio, detrecto quid præ ignauia, mollitie & formidine.
Απομαλθακίζομαι, idem.
Απομαλθακίομαι, idem.
Απομανθάνω, dedisco.
Απομαντεύομαι, diuino.
Απόμαξις, εως, ἡ, detersio. Ab ἀπομάσσω.
Απομαραίνω, tabefacio. ἀπομαραίνομαι, floccesco, deficio.
Απομαρτυρέω, ῶ, f. ήσω, testor, attestor, testimonium perhibeo. 2) renuncio.
Απομάσσω, vel ἀπομάττω, f. ξω, abstergo. 2) exprimo, effingo, mentior aliquem, i. e. facio, ut ei plane similis: in med. 3) veneficiis detersum & deuotum libero 4) imitor, ad exemplum eius me compono.

Απομαστιγόω,

Ἀπομαστιγόω, ῶ, f. ώσω, flagello, vehementer flagello.

Ἀποματαΐζω, f. ίσω, crepitum ventris emitto.

Ἀπομάχομαι, propugno, pugnam ſuſtineo, propulſo hoſtes, *item*, arceo ſimpliciter.

Ἀπόμαχος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui eſt extra pugnam 2) pugnæ inutilis. Ex μάχη.

Ἀπομεθύσκομαι, ebrietate liberor, crapulam edormio.

Ἀπομειλίσσω, vel ίττω, f. ίξω, demulceo, delinio, placo.

Ἀπομείρομαι, f. ρῶμαι, præbeo, diſtribuo. 2) ſortior.

Ἀπομείωσις, εως, ἡ, diminutio. Ab ἀπομειόω.

Ἀπομελαίνω, denigro, nigrum reddo.

Ἀπόμελι, ιτος, τὸ, decoctum dulciſſimorum favorum aceto mixtorum.

Ἀπομέμφομαι, fut. ψομαι, accuſo, incuſo. 2) reprehendo.

Ἀπομένω, fut. ενῶ, remaneo. 2) permaneo. 3) maneo.

Ἀπομερίζω, f. ίσω, diſpertio, diuido, ſeparo. tribuo, Gl. Vet. 2) partem rei, v. c. prædæ, do.

Ἀπομερισμὸς, ου, ὁ, diuiſio, partitio, diſtributio.

Ἀπομεριμνίζω, f. ίσω, depoſitis curis dormio.

Ἀπομετρέω, ῶ, f. ήσω, metior, demetior.

Ἀπομέτρημα, ατος, τὸ, demenſum, Philox. A præc.

Ἀπομηκύνω, f. υνῶ, in longum extraho, produco.

Ἀπομηνίω, fut. ίσω, iraſcor.

Ἀπομίγνυμι, f. ίξω, miſceo, commiſceo.

Ἀπομιμέομαι, οῦμαι, fut. ήσομαι, imitor, effingo.

Ἀπομίμημα, ατος, τὸ, imitatio, ſimulacrum. A præc.

Ἀπομίμησις, εως, ἡ, imitatio, expreſſio ad exemplar alicuius. Ab eod.

Ἀπομιμνήσκομαι, f. μνήσομαι, recordor. Ab ἀπομνάομαι

Ἀπόμιξις, εως, ἡ, commiſtio. Ab ἀπομίγνυμι.

Ἀπόμισθος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui merces non datur, cui merces aut ſtipendium detrahitur. 2) mercede aliquid faciens, mercenarius.

Ἀπομισθόω, ῶ, f. ώσω, loco mercede, eloco. 2) conduco.

Ἀπομίσθωμα, ατος, τὸ, res mercede conducta, aut locata. A præc.

Ἀπομνάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, recordor. 2) memorem me oſtendo, vel beneficii, referendo gratias, vel iniuriæ, vlciſcendo.

Ἀπομνημόνευμα, ατος, τὸ, dictum memorabile. 2) res, quæ memoratur, hiſtoria. 3) *plur.* commentarii rerum geſtarum.

Ἀπομνημόνευσις, εως, ἡ, commemoratio.

Ἀπομνημονεύω, f. εύσω, recordor, reminiſcor, 2) memoriter recito. Gl. Vet. commemoro. 3) idem quod ἀπομνάομαι n. 2.

Ἀπομνησικακέω, ῶ, f. ήσω memor ſum iniuriæ. 2) iniuriæ memoriam ex animo deleo.

Ἀπόμνυμι, f. ἀπομνύω, f. ἀπομόσω, abiuro, iureiurando nego, eiuro. ἀπομόσαι, inficiari, deierare, Gl. Vet. aor. 1. Ex ἀπὸ & ὄμνυμι.

Ἀπόμοιρα, ας, ἡ, pars, portio. 2) pars reditus, ex agro, v. c. decimæ.

Ἀπομοιράομαι, tribuo, largior. A præc.

Ἀποπονόω, ῶ, f. ώσω, derelinquo, deſero. priuo, ſeparo, excludo. 3) non comprel do v. c. fœdere.

Ἀπόμοργμα, ατος, τὸ, quod eſt expreſſum alio, vt ſignum annulo impreſſum. A

Ἀπομόργνυμι, f. ἀπομοργνύω, f. ξω, expri 2) abſtergo. 3) lacrimor.

Ἀπόμορξις, εως, ἡ, abſterſio. 2) expreſſio. præc.

Ἀπόμοσις, εως, ἡ, abiuratio, inficiatio. ἀπόμνυμι.

Ἀπομοτικῶς, *Adu.* eiurandi ſenſu. Ab ἀπ ὀμοτικός.

Ἀπόμουσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Muſis alienus. 2) doctus.

Ἀπομούσως, *Adu.* indocte. A præc.

Ἀπόμυγμα, τος, τὸ, excretio muci. Ab ἀπομύ

Ἀπομύζουρις, ιδος, ἡ, fellatrix. Ex ἀπὸ, μύζ ουρά.

Ἀπομυθέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, diſſuadeo, p hibeo.

Ἀπόμυιος, ου, ὁ, qui abigit muſcas: Cog men Iouis. Ex ἀπὸ & μυῖα, *muſca*.

Ἀπομυκάομαι, ῶμαι, mugio.

Ἀπομυκτίζω, apud Lucian. ſuperbe & cum fl piru quodam narium aliquem reiicere. ἀπὸ & μυκτίζω, quod tamen inuſitatu vnde lenſius ſuſpicatur verbum vitioſ eſſe.

Ἀπομυκτηρίζω, ſubſannando repudio.

Ἀπομυλλαίνω, intorqueo, incuruo, præſ. bium.

Ἀπομυξία, ας, ἡ, id, quod emungendo detra mus. A ſequ.

Ἀπομύσσω, vel ἀπομύττω, f. ξω, mungo, emu go. 2) decipio.

Ἀπομύω, f. ύσω, claudo, tego.

Ἀπομφολύγωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, bullas non excitat non erumpens in bullas, Ex α pr. & π φολυγόω, *bullo*.

Ἀπομωρόω, ῶ, fatuum reddo.

Ἀποναίω, migro, ſedem muto, alio habitatu eo.

Ἀπόναμαι, vel ἀπόνημι, f. ἀπονήσομαι, vtilit tem ex aliqua re capio, fruor. Ex ἀπὸ ὄνημι

Ἀποναρκάω, torpeſco, torpeo, hebeſco, pig tum.

Ἀποναρκόω, hebeto, torpore reſoluo.

Ἀπονάω, f. άσω, commigro aliquo habitatur 2) migrare iubeo.

Ἀπονεκρόομαι, emorior, item obrigeo (frigor & emorior.

Ἀπονέμησις, εως, ἡ, diſtributio, attributio, a ſignatio, deputatio, Philox. Ab ἀπονέμω.

Ἀπονεμητής, ου, ὁ, diſtributor. Gl. Vet.. Ab eo

Ἀπονεμητικὸς, ἡ, ὸν, τὸ ἀπονεμητικὸν, propenſ animum ſuum cuique attribuendi. Antonin.

Ἀπονέμω, f. μῶ, tribuo, attribuo, adſigno, di pertio, Gl. Vet. ἀπονεμηθεὶς, deputatus, Phi lox. aor. 1 part. paſſ. ἀπονενεμημένος, deputa tus, tributus, Gl. Vet. perf. part. paſſ.

Ἀπονενοημένως, *Adu.* dementer, fatue, deſpera te. Ab ἀπονοέω, *deſipio*.

ονέομαι, f. νήσομαι, abeo. 2) redeo, reuertor. Ex ἀπὸ & νέω, eo.
ονεστΤεύω, f. εύσω, nidifico. 4) nidificare desino.
όνευμα, ατος, τὸ, decliuitas. Ab ἀπονεύω.
ονευρόω, ῶ, f. ώσω, eneruo, neruos incido. Ex ἀπὸ & νεῦρον.
ονεύρωσις, εως, ἡ, eneruatio, neruorum incisio. 2) coalitio multorum neruorum. 3) tendo. A præc.
ονεύω, f. εύσω, abnuo, respuo, auersor. 2) nuto, declino, flecto, vergo, inclino. 3) *proprie & tropice.*
όνημαι, f. ονήσομαι, vtilitatem ex aliqua re capio. 2) fruor. Ex ἀπὸ & ὄναμαι, *iuuor.* v. ἀπόνημαι.
ονηρευσία, ας, ἡ, simplicitas, integritas, innocentia. Ab α pr. & πονηρεύω.
όνηρος, ε, ὁ καὶ ἡ, minime malus, non deprauatus, noxa carens, simplex, fraudis expers.
ονηστίζομαι, ieiunium finio. Ex ἀπὸ & νῆστις, *ieiunus.*
ονιτὶ, *Adu.* facile, sine labore. A sequ.
όνητος, ε, ὁ καὶ ἡ, illaboratus. 2) labore carens, facilis. ἀπονητότατα, facillime.
ονήχομαι, f. νήξομαι, nato. 2) enato.
ονία, ας, ἡ, vacatio a labore. 2) auersatio laboris, laborum detrectatio. 3) desidia, inertia. Ab ἄπονος.
ονίζω, f. ίσω, abluo, abstergo. Ex ἀπὸ & νίζω, *lauo.*
ονικάω, f. ήσω, vinco, supero. 2) exoro.
πόνιμμα, ατος, τὸ, malluuium. Ab ἀπονίπτω.
πόνιπτρον, ε, τὸ, idem & ab eod.
πονίπτω, f. ψω, abstergo, abluo.
πονιτρόω, nitro tergeo, abstergo.
πονοέομαι, ῦμαι, f. ήσομαι, nil pensi habeo, mentem & rationem abiicio. 2) insolesco, vesana mente efferor. Dicitur de omnibus generibus robustioris improbitatis, vt maledicere improbe, incessare &c. de quibus latini furorem dicunt. 3) ad desperationem redactus sum. ἀπονενοημένος, temerarius, demens, desperatus, Gl. Vet.
ἀπονοέω, ad amentiam &c. redigo. Gl. Vet. ἀπονοῶ, amento.
ἀπόνοια, ας, ἡ, amentia, vecordia. Philox. dementia. 2) vesana confidentia, insolentia & animi elatio. contumacia, Philox. 3) de insigni fortitudine pugnantium. Ex iisd.
ἀπονομάζω, fut. άσω, denomino, appello.
ἀπονομὴ, ῆς, ἡ, partitio, distributio. Ab ἀπονέμω.
ἄπονος, ε, ὁ καὶ ἡ, labore carens. 2) minime impeditus. 3) lenis. 4) non dolens. 5) facilis. Ex α pr. & πόνος, *labor.*
ἀπονοστέω, f. ήσω, redeo, reuertor.
ἀπονόστησις, εως, ἡ, reuersio, reditus. A præc.
ἀπονόσφι, *Adu.* procul, seorsum.
ἀπονοσφίζω, separo, seiungo. 2) *med.* priuo.
ἀπονοθεύομαι, *pro simplici* νοθεύειν. Polyb.
ἀπονυκτερεύω, f. εύσω, pernocto foris, abnocto.
ἀπονύμφης, ε, ὁ, qui a contrahendis sponsalibus, h. e. ducenda vxore abhorret. 2) qui mulierum commercio non delectatur. Ex ἀπὸ & νύμφη.
Ἀπόνυμφος, ε, ὁ, idem & ex iisd.
Ἀπονυστάζω, fut. άξω, obdormisco, dormito. 2) se ubo, foris cubo. 3) negligenter ago.
Ἀπονυχίζω, f. ίσω, vngues reseco. Ex ἀπὸ & ὄνυξ, *vnguis.*
Ἀπονύχισμα, ατος, τὸ, vnguium segmentum. A præc.
Ἀπόνως, *Adu.* facile, sine labore. Ab ἄπονος.
Ἀπονωτίζω, exdorsuo, Gl. Vet. 2) fugo. 3) *med.* fugio. A νῶτος, *dorsum.*
Ἀποξενίζω, idem quod ἀποξενόω.
Ἀποξενιτεύω, idem.
Ἀπόξενος, ε, ὁ καὶ ἡ, inhospitalis, inhospitus.
Ἀποξενόω, ῶ, f. ώσω, peregre abigo, expello. 2) in exilium ablego. 3) abalieno. 4) abdico. ἀποξενόομαι, ῦμαι, extra patriam dego, peregrinor. 2) reus agor peregrinitatis. 3) externum me simulo. 4) degenero in morem externum.
Ἀποξένωσις, εως, ἡ, peregrinatio, migratio in exteram regionem. 2) commoratio extra patriam. 3) degeneratio a patrio more in extraneum. A præc.
Ἀποξέω, f. έσω, abrado, dedolo, Gl. Vet. 2) polio, expolio. Ex ἀπὸ & ξέω, *rado.*
Ἀποξηραίνω, exsicco, arefacio. ἀποξηραίνομαι, exaresco, Gl. Vet.
Ἀπόξηρος, ον, abruptus, sed vitiose, verum est ἀπόξυρος.
Ἀποξιφίζω, idem quod ξιφίζω.
Ἀποξυλίζω, f. ίσω, lignum, seu quod est ligneum detraho. 2) ligno spolio.
Ἀποξύνω, f. υνῶ, acidum reddo. 2) acutum reddo, exacuo. ὀξύνομαι, acesco. Ex ἀπὸ & ὀξύνω, *acuo.*
Ἀποξυράω, ῶ, f. ήσω, nouacula rado, detondeo.
Ἀποξυρέω, ῶ, f. ήσω, idem.
Ἀποξύρομαι, rador, detondeor.
Ἀπόξυρος, ε, ὁ καὶ ἡ, abrasus. 2) dedolatus, radendo acutus. 3) excisus. Ex ἀπὸ & ξυρὸς, *acutus.*
Ἄποξυς, εος, ὁ καὶ ἡ, acuminatus, in mucronem fastigiatus. Ex ἀπὸ & ὀξύς.
Ἀπόξυσμα, ατος, τὸ, quod abrasum est, ramentum. Ab ἀποξύω.
Ἀποξυστρόω, ῶ, f. ώσω, strigili detergo. 2) hebeto aciem gladii, vel aufero. Ab ἀπὸ & ξύστρα.
Ἀποξύω, f. ύσω, abrado, derado. 2) destringo. 3) abstergo. 4) lænigo. 5) detraho, demo, vt γῆρας, ap. Hom. *in med.* exuo, depono.
Ἀποπαίζω, f. ξω & σω, ludo, lusito. 2) ludere desino.
Ἀποπαλαιόω, ῶ, f. ώσω, abrogo, antiquo.
Ἀποπάλλω, euibro, eiaculor.
Ἀπόπαππος, ε, ὁ, abauus.
Ἀποπαππόω, ῶ, in pappos verto. Ex ἀπὸ & πάππος, *lanugo.*
Ἀποπαρδίζω, pedo, e πέρδω aor. 2.
Ἀποπαρθενεύω, fut. εύσω, idem, quod sequens ἀποπαρθενόω.
Ἀποπαρθενόω, ῶ, deuirgino, virginitate priuo.

Ἀπόπαςος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui non guſtauit, ieiunus. Ex ἀπὸ & πάσσομαι, guſto.

Ἀποπατέω, ῶ, f. ήσω, a via recedo, a via deflecto. 2) ventrem exonero.

Ἀποπάτημα, ατος, τὸ, excrementum. A præc.

Ἀπόπατος, ȣ, ὁ, ſeceſſus, quem quærimus ad leuandum ventrem, locus, vbi venter exoneratur. 2) euacuatio ventris. Ab eod.

Ἀποπαύω, f. αύσω, ſiſto, inhibeo, compeſco cohibeo. ἀποπαύομαι, deſiſto, deſino.

Ἀπόπαυσις, εως, ἡ, finis, ceſſatio, inhibitio.

Ἀποπαύςωρ, ορος, ὁ, finem, requiem afferens.

Ἀπόπειρα, ας, ἡ, experimentum, periculum. 2) conatus, inceptum. Ex ἀπὸ & πεῖρα, conatus.

Ἀποπειράζω, f. άσω, tento, periculum facio, 2) conor, nitor.

Ἀποπειράω, ῶ, f. άσω, άομαι, experior, periclitor, 2) laceſſo hoſtes. Ab ἀπόπειρα.

Ἀποπέκω, f. ξω, detondeo.

Ἀποπελεκάω, ῶ, f. ήσω, ſecuri decido. 2) ſecuri dolo & complano.

Ἀποπελιδνόομαι, liueo, vt ſimplex.

Ἀπόπεμπτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, dimiſſus. 2) dignus, qui reiiciatur ob improbitatem. Ab ἀποπέμπω.

Ἀποπεμπτόω, ῶ, f. ώσω, quintam partem perſoluo vel deligo. Ex ἀπὸ & πέμπτη, quinta pars.

Ἀποπέμπω, f. ψω, dimitto, poteſtatem abeundi concedo. 2) dimitto cum comitatu. 3) amando, ablego. 4) in exilium mitto. 5) remitto. 6) emitto, euulgo. 7) reiicio, repudio. 8) non agnoſco.

Ἀπόπεμψις, εως, ἡ, dimiſſio. 2) miſſio. 3) reiectio, repudiatio. 4) repudium. Ab eod.

Ἀποπενθέω, ῶ, f. ήσω, lugeo. 2) elugeo.

Ἀποπεραίνω, f. ανῶ, ad finem perduco, efficio.

Ἀποπερατόω, ῶ, f. ώσω, idem.

Ἀποπεράω, ῶ, traiicio alicunde.

Ἀποπέρδω, fut. 2. ἀποπαρδῶ, crepitum ventris emitto.

Ἀποπερισπάω, ῶ, f. άσω, auerto. 2) circumductum abſtraho.

Ἀποπέτομαι, auolo. 2) reuolo.

Ἀποπεφασμένως, Adu. palam, manifeſto, diſertis verbis. Ab ἀποφαίνομαι, pronuncio.

Ἀποπήγνυμι, f. ξω, frigore cogo & adſtringo, concreſcere facio.

Ἀποπηδάω, ῶ, f. ήσω, deſilio. 2) reſilio. 3) aufugio, celeriter abſcedo.

Ἀποπιέζω, f. έσω, exprimo, comprimo.

Ἀποπίεσμα, ατος τὸ, retrimentum ab expreſſo ſucco reliquum, fraces. Ab ἀποπιέζω.

Ἀποπίμπλημι, f. πλήσω, impleo, expleo. 2) ſatio, ſaturo.

Ἀποπινόω, ῶ, fut. ώσω, ſordibus emaculo. 2) ſordibus inquino. Ex ἀπὸ & πίνος, ſordes.

Ἀποπίνω, bibo.

Ἀποπίπτω, decido. 2) excido ſpe &c. 3) aberro a via recta vel curſu.

Ἀποπιςεύω, f. εύσω, fido, credo.

Ἀποπλάζω, aberrare, vel euagari facio. ἀποπλάζομαι, aberro, euagor.

Ἀποπλανάω, ῶ, f. ήσω, aberrare facio, euagor. 2) impello in errorem, decipio. ἀποπλανῶμαι, aberro.

Ἀποπλάνησις, εως, ἡ, aberratio, euagatio. 2) figura certa rhetorica. A præc.

Ἀποπλάνος, ȣ, ὁ, impoſtor.

Ἀποπλέω, fut. εύσω, naui diſcedo, ſoluo.

Ἀποπλήθω, f. ήσω, impleo, expleo. 2) ſaturo, ſatio.

Ἀποπληκτικὸς, ἡ, ὸν, attonitus. 2) ad apoplexiam pertinens. A ſequ.

Ἀπόπληκτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui laborat apoplexia. 2) inſanus, amens, attonitus. Ab ἀποπλήσσω.

Ἀποπλήκτως, Adu. inſane, ſtolide. A præc.

Ἀποπληρόω, ῶ, f. ώσω, impleo, compleo. 2) perficio, præſto, v. c. promiſſa. 3) ſatio. 4) farcio.

Ἀποπλήρωσις, εως, ἡ, expletio, abſolutio.

Ἀποπληρωτὴς, ȣ̃, ὁ, qui aliquid complet ac perficit, executor.

Ἀποπλήσσω, vel ἀποπλήττω, f. ξω, percutio. 2) repercutio. 3) attonitum reddo, perterrefacio.

Ἀποπλίσσομαι, vel ἀποπλίττομαι, f. ξομαι, ſaltu me proripio, ſeu aufugio.

Ἀπόπλοος, contr. vſitatius, ἀπόπλȣς, ȣ, ὁ, diſceſſus, proprie de naui. Ab ἀποπλέω.

Ἀποπλȣτέω, ῶ, f. ήσω, diuitias amitto, diuitias abſumo, vel profundo, minuor copiis.

Ἀπόπλυμα, ατος, τὸ, aqua ſordida, in qua aliquid purgatum eſt. A ſeq.

Ἀποπλύνω, f. υνῶ, abluo.

Ἀποπλώω, ſoluo nauem.

Ἀποπνευματίζω, pedo. 2) odorem exſpiro.

Ἀπόπνευσις, εως, ἡ, exhalatio, exſpiratio. A ſeq.

Ἀποπνέω, f. εύσω, efflo, exhalo, ſpiro, Gl. Vet. redoleo, proſpiro. 2) efflo animam, morior, 3) pedo, flatum ventris emitto.

Ἀποπνίγω, f. ξω, ſuffoco, ſtrangulo. 2) vexo, diſcrucio.

Ἀποπνοὴ, ῆς, ἡ, exhalatio, exſpiratio, efflatio. Ab ἀποπνέω.

Ἀπόπνοια, ας, ἡ, flatus, exhalatio. Ab eodem.

Ἀποποιέομαι, ȣ̃μαι, f. ήσομαι, abduco, amoueo. Gl. Vet. ἀποποιȣ̃μαι, ablego. 2) improbo, non admitto, repudio. 3) renuncio alicui amicitiam.

Ἀποποίησις, εως, ἡ, abdicatio, reiectio, repudiatio. A præc.

Ἀποπομπαῖος, αία, αῖον, depulſorius, ad depellendum aptus. 2) depulſor malorum. 3) emiſſarius, de hirco Leuit. XVI. Ab ἀποπέμπω.

Ἀποπομπέω, ῶ, procuro prodigium. Ab eodem.

Ἀποπομπὴ, ῆς, ἡ, dimiſſio. 2) miſſio. 3) reiectio, repudiatio. 4) ablegatio. 5) procuratio, aut expiatio prodigii, ſceleris. 6) ſtatus dies, quo ſacrificatur. Ab eodem.

Ἀποπονέω, ῶ, f. ήσω, finem laborandi facio.

Ἀποποντέω, in mari ſubmergo.

Ἀποπορδὴ, ῆς, ἡ, crepitus ventris. Ab ἀποπέρδω.

Ἀποπορεία, ας, ἡ, abitus, diſceſſus. 2) reditus, reuerſio. A ſequ.

Ἀποπορεύομαι

ποπορεύομαι, f. εύσομαι, discedo, abscedo, abeo.
ποπορευτέον, abeundum est. A præc.
ποπρεσβεία, ας, ἡ, expositio actorum in legatione, renunciatio legationis.
οπρεσβεύω, f. εύσω, acta legationis renuncio. 2) mandata expono ad eum, ad quem legatus sum.
οπρίαμαι, emo.
όπρισμα, ατος, τὸ, scobs, scobis, Gl. Vet. A sequ.
οπρίω, f. ίσω, ferra deseco, ferra abscindo.
ροπὸ, Adu. procul.
οπροβάλλω, procul abiicio.
οπροηγμένα, τὰ, reiecta, postposita. Vox Stoicorum de malis corporis & fortunæ. opponuntur προηγμένα.
όπροθε, f. ἀπόπροθεν, e longinquo, eminus. 2) fine.
οπροθέω, procul, longe fugio.
όπροθι, Adu. procul, longe.
οπροίημι, emitto.
οπρολείπω, relinquo longe.
οπρονοσφίζω, f. ίσω, separo.
οπροσποιέομαι, proprie, nego ad me pertinere, repudio, reiicio.
οπροσωπίζομαι, f. ίσομαι, faciem purgo, sordes faciei abstergo.
οπροτέμνω, abscindo.
οπτάνω, circumspicio.
οπτερνίζω, f. ίσω, calce peto, calce contusum subigo. Ex ἀπὸ & πτέρνα.
οπτερύσσομαι, f. ξομαι, alas pando & quatio, quod est auium volare nitentium.
πόπτης, ου, ὁ, spectator, qui ex editiore loco aliquid despectat. Ab ἀπόπτομαι.
ποπτοέω, ῶ, f. ήσω, perterrefacio, obstupefacio.
πόπτολις, ιδος, ὁ καὶ ἡ, extorris, exsul. Ex ἀπὸ & πόλις, vrbs.
πόπτομαι, f. ψομαι, despicio, despecto, ex altiore loco adspicio. Ex ἀπὸ & ὄπτομαι.
οπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui spectari ex alto potest. 2) qui videri alicunde potest. 3) qui eminus conspicitur. A præc.
ποπτύρω, absterreo, deterreo, Gl. Vet. v. ἀποπτοέω.
ποπτυσμὸς, οῦ, ὁ, auersatio, aspernatio, quasi desputatio. A πτύω, spuo.
ποπτυστὴρ, ῆρος, ὁ, aspernator, contemtor.
πόπτυστος, ου, ὁ καὶ ἡ, aspernandus, auersandus, detestandus.
ποπτύω, f. ύσω, exspuo. 2) respuo, auersor.
πόπτωμα, ατος, τὸ, prolapsio, ruina. Ab ἀποπίπτω.
πόπτωσις, εως, ἡ, idem & ab eodem.
ποπυδαρίζω, salto nates calce feriendo.
ποπυητικὸς, ἡ, ὸν, purulentus, vel pus creans & maturans. Ex ἀπὸ & πύον, pus.
ποπυΐσκομαι, purulentus fio.
ποπυνθάνομαι, f. πεύσομαι, sciscitor ex aliquo, interrogo.
ποπυργίζω, in modum turris exstruo.
ποπυρίας, ου, ὁ, vt αὐτοπυρίας ἄρτος, panis, qui super carbonibus coquitur. Ex ἀπὸ & πῦρ.
ποπυρίδες, ων, αἱ, pisces quidam. Ex iisdem.
ποπυρίζω, fut. ίσω, asso, igni torreo. Ex iisd.

Ἀποπυρόω, f. ώσω, inflammo, incendo. ἀποπυρόομαι, οῦμαι, ignesco.
Ἀποπυτίζω, f. ίσω, respuo, spuendo eiicio, vel eructo. v. Latin. pytissare.
Ἀποραφανίδωσις, εως, ἡ, raphani in podicem immissio, raphani per podicem traiectio, quæ pœna erat mœchorum. Ex ἀπὸ & ῥαφανιδόω.
Ἀποργὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, iracundus.
Ἀποργίζω, f. ίσω, irrito; & ἀποργίζομαι, irascor.
Ἀπορέγχω, f. γξω, desterto. Ex ἀπὸ & ῥέγχω.
Ἀπόρευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qua iter non est, inuius. Ex α pr. & πορεύομαι.
Ἀπορέω, ῶ, f. ήσω, ad angustias detrusus inexplicabiles hæreo. 2) dubito, æstuo, nescio quo me vertam. 3) nequeo, non possum. 4) egeo, destitutus sum. Ab ἄπορος.
Ἀπόρημα, ατος, τὸ, res de qua quæritur, dubitatio in medium allata. 2) dubitatio.
Ἀπορηματικὸς, ἡ, ὸν, dubitandi vim habens.
Ἀπορηματικῶς, Adu. vi dubitandi, ad modum quæstionis.
Ἀπορητικὸς, ἡ, ὸν, qui dubitare solet, dubitator.
Ἀπόρθητος, ου, ὁ καὶ ἡ, inexpugnabilis. 2) incolumis. Ex ἀπὸ & πορθέω, diruo, euerto.
Ἀπορθόω, f. ώσω, erigo. 2) dirigo, directum reddo.
Ἀπόρθωσις, εως, ἡ, planatio, Gl. Vet.
Ἀπορία, ας, ἡ, inopia consilii, res dubiæ & perplexæ, anxietas, angustia, difficultas. 2) inopia, egestas. Ab ἄπορος.
Ἀπορνεόω, ῶ, f. ώσω, in auem conuerto. Ab ὀρνέον.
Ἀπορνιθόω, ῶ, f. ώσω, idem. Ab ὄρνις
Ἀπορνίθωσις, εως, ἡ, conuersio in auem.
Ἀπόρνυμι, excito, concito. ἀπόρνυμαι, prodeo cum impetu, concitus alicunde feror. Ex ἀπὸ & ὄρνυμι, concito.
Ἄπορος, ου, ὁ καὶ ἡ, inuius, non peruius. 2) difficultatibus impeditus. 3) consilii inops, stupidus, hebes. 4) difficilis. 5) pauper, inops, egenus, indigus. 6) perplexus, dubius. Ex α pr. & πόρος.
Ἀπορούω, f. ούσω, prosilio, erumpo. 2) discedo. Ex ἀπὸ & ὀρούω, irruo.
Ἀποῤῥᾳθυμέω, ῶ, f. ήσω, pigresco, ignauia impedior, quo minus aliquid suscipiam. Ex ἀπὸ & ῥᾳθυμέω.
Ἀποῤῥαίνω, adspergo, irroro. Ex ἀπὸ & ῥαίνω, perfundo.
Ἀποῤῥαίω, destruo. 2) priuo. Ex ἀπὸ & ῥαίω, profligo.
Ἀποῤῥαντήριον, ου, τὸ, lauacrum, lustratio. Ab ἀποῤῥαίνω.
Ἀποῤῥὰξ, quod amputatum, seu auulsum est. Ab ἀποῤῥάσσω.
Ἀπόῤῥαξις, εως, ἡ, modus ludendi pila, cum fortiter solo illisa ei remittitur, qui emiserat. Ab eodem.
Ἀποῤῥαπίζω, os obturo, obstruo. 2) colaphis retundo, abigo.
Ἀποῤῥάπτω, f. ψω, consuo, consuendo obstruo. Ex ἀπὸ & ῥάπτω, suo.
Ἀποῤῥάσσω, vel ἀποῤῥάττω, f. ξω, amputo, auello. Ex ἀπὸ & ῥάσσω, allido, deiicio.
Ἀποῤῥαψῳδέω, ῶ, f. ήσω, carmen recito, vel canto.

Ἀποῤῥέμβομαι, latius euagor, aberro.

Ἀποῤῥέω, f. εύσω, effluo, defluo. 2) emano, promano, profluo. 3) elabor, fugio. Ex ἀπὸ & ῥέω, *fluo*.

Ἀπόῤῥηγμα, ατος, τὸ, fegmentum, fragmentum auulfum. A feq.

Ἀποῤῥήγνυμι, vel ἀποῤῥηγνύω, f. ξω, abrumpo, difrumpo, frango. 2) abrumpo, diuello. 3) erumpo. Ex ἀπὸ & ῥήγνυμι, *frango*.

Ἀποῤῥήθη, vetitum eft. ἀποῤῥηθεὶς, vetitus, *it.* abdicatus, repudiatus. ἀποῤῥηθήσεσθαι, diffolutum iri, de induciis, ap. Lyf. Ex ἀπὸ & ῥέω, *dico*.

Ἀπόῤῥημα, ατος, τὸ, interdictum. Gl. Vet. deverbium. Ex iisd.

Ἀπόῤῥησις, εως, ἡ, interdictio. 2) renunciatio. 3) inopia, ap. Hefych. fed videtur effe debere ἀπόρησις. 4) defatigatio.

Ἀποῤῥήσσω, vel ἀποῤῥήττω, f. ξω, idem quod ἀποῤῥήγνυμι. Ex ἀπὸ & ῥήσσω.

Ἀπόῤῥητος, ου, ὁ καὶ ἡ, legibus vetitus. 2) arcanus. 3) inenarrabilis, non effabilis. 4) contumeliofus, in contumeliam dictus aut factus, & quidem maiorem. 5) nefandus. ἀπόῤῥητον, fecretum, arcanum, inauditum, nefandum, Philox. ἀπόῤῥητα, facra, Philox. arcana, al. Gl. Vet. *item* merces, quas exportare non licet (idque maxime) denique maledicta grauiora, quæ lege nominatim vetita erant, vt ἀνδροφόνος, ῥίψασπις.

Ἀποῤῥήτως, *Adu.* clam, fecreto. 2) ita, vt dici nequeat f. non debeat &c.

Ἀποῤῥιγέω, ῶ, f. ήσω, exhorreo, extimefco. Ex ἀπὸ & ῥιγέω, *horreo*.

Ἀποῤῥιζόω, ῶ, f. ώσω, radicitus euello. Ex ἀπὸ & ῥίζα, *radix*.

Ἀπόῤῥιμμα, ατος, τὸ, retrimentum, Gl. Vet. Ab ἀποῤῥίπτω. (nifi potius fit leg. ἀποῤῥίνημα.)

Ἀποῤῥινάω, ῶ, f. ήσω, lima aufero, limo. Ex ἀπὸ & ῥίνη, *lima*.

Ἀποῤῥίνημα, ατος, τὸ, limatura. A præc.

Ἀποῤῥιπίζω, f. ίσω, flatu difcutio, depello, abigo. Ex ἀπὸ & ῥιπίζω, *ventilo*.

Ἀποῤῥίπτω, f. ψω, abiicio, reiicio, proiicio, Gl. Vet. 2) dicitur & vt *iacio*, ap. Lat. de male dicta in aliquem conferentibus. ἀπεῤῥιμμένος. abiectus, defpectus, fpretus, Gl. Vet. perf. part. paff. Ex ἀπὸ & ῥίπτω.

Ἀπόῤῥιψις, εως, ἡ, abiectio, proiectio. A præc.

Ἀποῤῥοή, ῆς, ἡ, profluuium, defluuium. 2) effluxus, profluentia, emanatio. 3) fuccus alicunde effluens. Ex ἀπὸ & ῥέω.

Ἀπόῤῥοια, ας, ἡ, idem & ex iifdem.

Ἀποῤῥοιβδέω, ῶ, fut. ήσω, cum fonitu eructo, feu emitto.

Ἀπόῤῥοος, *contr. vfitatius* ἀπόῤῥους, ου, ὁ καὶ ἡ, profluens, manans, emanans. Ex ῥέω.

Ἀποῤῥοφάω, ῶ, & ἀποῤῥοφέω, ῶ, f. ώσω, abforbeo, exhaurio. Ex ἀπὸ & ῥοφάω, vel ῥοφέω.

Ἀποῤῥύπτω, f. ψω, abluo, fordibus expurgo, detergo, velut fapone. Ex ἀπὸ & ῥύπτω, *fordes eluo*.

Ἀπόῤῥυσις, εως, ἡ, defluxus. Ab ἀποῤῥύω.

Ἀποῤῥυταλίζω, detraho. v. Lat. *rutrum*.

Ἀπόῤῥυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, effluens, defluens. A fequ.

Ἀποῤῥύω, f. ύσω, effluo, defluo. Ex ἀπὸ & ῥύω.

Ἀποῤῥωγὰς, άδος, ἡ, rupta, feu auulfa. Ab ἀποῤῥήγνυμι.

Ἀπόῤῥωξ, ῶγος, ὁ καὶ ἡ, abruptus, præruptus, vnde, faxum, rupes; *Subftant.* fragmentum auulfum, pars, portio, emanatio, latex, riuus. Ab eodem.

Ἀπορύσσω, f. ἀπορύττω f. ξω, defodio.

Ἀπόρυψις, εως, ἡ, deterfio, *vt fimplex* ῥύψις.

Ἀπορφανίζω, f. ίσω, orbo, orphanum reddo. Ex ἀπὸ & ὀρφανὸς, *orphanus*.

Ἀπόρφυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, nulla purpura infignis. Ex α pr. & πορφύρα, *purpura*.

Ἀπορχέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, faltando perdo. Herodot. conf. ἐξορχέομαι. Ex ἀπὸ & ὀρχέομαι.

Ἀπόρως, *Adu.* perplexe. 2) tenuiter.

ἌΠΟΣ, εως, τὸ, labor. 2) laffitudo.

Ἀποσαλεύω, f. εύσω, e portu in altum prouehor. 2) in falo fto, iactis ancoris commoror, vnde additur interdum ἐπ' ἀγκυρῶν vel ἐπ' ἀγκύραις. 3) me ftabilio.

Ἀποσαρκόω, ῶ, f. ώσω, in carnem concrefcere facio. ἀποσαρκόομαι, οῦμαι, in carnem concrefco, in carnem vertor, 2) me totum carni dedo, carnis voluptates fector.

Ἀποσάττω, fut. ξω, depono clitellas, deonero.

Ἀποσαφέω, ῶ, f. ήσω, declaro, fignifico, oftendo. A σαφής.

Ἀποσβέννυμι, & ἀποσβεννύω, f. σβέσω, extinguo, ceffare facio.

Ἀπόσεισις, εως, ἡ, excuffio. 2) faltatio quædam impudica. A feq.

Ἀποσείω, f. είσω, excutio, *in med.* concutiendo a me repello. 2) amolior, ablego, 3) de medio tollo.

Ἀποσεμνύνω, magnifice celebro. 2) *in med.* iacto me, oftento, vendito, arrogans fum.

Ἀποσεύω, idem quod ἀποσείω, quod vide.

Ἀποσήθω, excutio cribro.

Ἀποσηκόω, ῶ, f. ώσω, in ftabulo includo, includo tanquam in ftabulo. E σηκὸς, *ftabulum*.

Ἀποσημαίνω, f. ανῶ, indico, fignifico. ἀποσημαίνομαι, annoto.

Ἀποσήπω, f. ψω, putrefacio, *vt fimplex*.

Ἀπόσηψις, εως, ἡ, putrefactio.

Ἀποσίγησις, εως, ἡ, reticentia, taciturnitas.

Ἀποσιμόω, ῶ, f. ώσω, fimum reddo. 2) e loco cauo eleuo. 3) extollo, effero.

Ἀποσιτέω, ῶ, f. ήσω, a cibo abftineo me. A σῖτος.

Ἀποσιτία, ας, ἡ, abftinentia a cibo, inedia. 2) cibi faftidium. Ab eodem.

Ἀποσιτίζω, a cibo abftineo alterum.

Ἀποσιτικὸς, ἡ, ὸν, abftinentiam a cibo inducens.

Ἀπόσιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, a cibo abftinens, abhorrens a cibo.

Ἀποσιωπάω, ῶ, f. ήσω, fileo, taceo. 2) conticefco.

Ἀποσιώπησις, εως, ἡ, reticentia. 2) figura rhetorica. A præc.

Ἀποσκάπτω, f. ψω, defodio, fodiendo detraho.

Ἀποσκαρίζω, f. ίσω, palpitans pedes in aduerfum iacto. 2) palpitans animam efflo. 3) cachinnum tollo.

Ἀποσκεδάζω, f. ἀποσκεδάω, f. άσω, diffipo, difpello.

Ἀποσκεδάννυμι.

οσκεδάννυμι, f. ἀποσκεδαννύω, idem.
οσκεπάζω, detego, retego, Gl. Vet. ἀποσκεπασμένα, detecta, Philox.
οσκεπαρνισμὸς, ὁ, ὁ, fractura quædam cranii. A σκεπαρνίζω, *ascia percutio*, vel *dedolo*.
οσκέπτομαι, f. ψομαι, ex alto speculor.
οσκέπω, detego.
οσκευάζω, f. άσω, & ἀποσκευάζομαι, vasa aufero. 2) abiicio, depono, excutio. 3) onus ventris depono. 4) reiicio, repudio, non admitto. 5) amolior, de medio submoueo. 6) ablego, amando. 7) tollo de medio, neco. 8) demolior, euerto. 9) refuto, refello. Ex ἀπὸ & σκεῦος, *vas. instrumentum*.
τοσκευὴ, ῆς, ἡ, vasa viatoria & sarcinæ. 2) impedimenta exercitus. 3) amolitio, sublatio de medio. 4) exoneratio alui & ipse locus, vbi aluus exoneratur. Ex iisdem.
πόσκημμα, ατος, τὸ, firmamentum, fulcimentum. 2) decubitus, id est, humor, qui relicta ea parte, quam infestabat, in aliam transit. Ab ἀποσκήπτω.
ποσκήμπτω, f. ψω, idem quod ἀποσκήπτω.
πόσκηνος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, semotum ab aliis tentorium seu tabernaculum habens. 2) procul ab alio habitans. Ex ἀπὸ & σκηνὴ, *tabernaculum*.
ποσκηνόω, ῶ, f. ώσω, seorsum, seu longe remotum tabernaculum habeo. 2) seorsum habito. 3) tentorium moueo. A præc.
ἀποσκήπτω, f. ψω, decumbo in, incumbo, innitor. 2) decido, allidor. 3) euado, erumpo. 4) desino.
ἀποσκιάζω, f. άσω, obumbro.
ἀποσκίασμα, ατος, τὸ, obumbratio. 2) vmbra. Ab ἀποσκιάζω.
ἀποσκιασμὸς, ὁ, ὁ, idem & ab eodem.
ἀποσκίδναμαι, dissipor.
ἀποσκίμπτω, fulcio.
ἀποσκιῤῥόω, ῶ, f. ώσω, in scirrhum induro, induro. ἀποσκιῤῥοῦσθαι, occallescere. E σκίῤῥος.
ἀποσκίῤῥωμα, ατος, τὸ, durities, quæ in scirrhum abiit. A præc.
ἀποσκιρτάω, ῶ, f. ήσω, resilio.
ἀποσκλῆμι, exaresco. 2) morior. 3) tabesio. 4) obduresco. ἀπεσκληκὼς, tabidus, Gl. Vet. Perf. part. pass. Ex ἀπὸ & σκλέω, *exaresco*.
Ἀποσκληρόω, ῶ, f. ώσω, duro, induro, obduro. ἀποσκληροῦμαι, obduresco, induresco.
Ἀποσκληρύνω, induro, præduro, Gl. Vet. duriter habeo quem, οἱ ό. ἀποσκληρύνομαι, induresco.
Ἀποσκολύπτω, f. ψω, decortico, excorio. 2) detrunco, mutilo. 3) circumcido.
Ἀποσκοπέω, f. ήσω, diligenter considero & intueor, contemplor.
Ἀποσκοπέω, ῶ, f. ήσω, ex alto prospicio. 2) eminus contueor. 3) custodio, obseruo. Gl. Vet. speculor. 4) pro ignoto, los. A seq.
Ἀπόσκοπος, ὁ, ὁ, eminus intuens. 2) a meta aberrans. Ex ἀπὸ & σκόπος.
Ἀποσκορακίζω, fut. ίσω, ad coruos abire iubeo, contumeliose repello. 2) in locum desertum amando. 4) vilipendo, contemtui habeo.

Ἀποσκορακισμὸς, ὁ, ὁ, amandatio alicuius in malam rem, contumeliosa repulsio. 2) increpatio.
Ἀποσκοτίζω, f. ίσω, obtenebro, obscuro. 2) tenebras submoueo, corpus, quo obumbrabam aliquid, amoueo.
Ἀποσκοτόω, ῶ, f. ώσω, obtenebro, obscuro, tenebris obductum oculis eximo. 2) adumbro, picturam vmbra decoro. Philox. ἀποσκοτῶ, oblito, obsum. A σκότος.
Ἀποσκυβαλίζω, fut. ίσω, reiicio, repudio, tamquam rem contemnendam, vt fæces.
Ἀποσκυδμαίνω, irascor, succenseo.
Ἀποσκύζω, f. ύσω, irrito, *vt simplex*.
Ἀποσκυθίζω, f. ίσω, Scythico more tondeo. 2) contumeliosa tonsura illudo.
Ἀποσκυλάω, ῶ, f. ήσω, deprædor, spolio.
Ἀποσκυλεύω, f. εύσω, idem.
Ἀπόσκωμμα, ατος, τὸ, dicterium mordax, irrisio per scomma. A sequ.
Ἀποσκώπτω, f. ψω, scommata iacio, scommate incesso.
Ἀποσμάω, ῶ, f. ήσω, detergo, abstergo.
Ἀπόσμηγμα, ατος, τὸ, retrimentum, Gl. Vet. A sequ.
Ἀποσμήχω, f. ξω, detergo.
Ἀποσμικρύνω, ad paruitatem redigo, extenuo, imminuo.
Ἀποσμίλευμα, ατος, τὸ, segmentum scalpello factum, rasura, id quod scalpello deteritur, abraditur. A sequ.
Ἀποσμιλεύω, f. εύσω, scalpello amputo, seu reseco. 2) scalpro purgo. 3) polio, expolio.
Ἀποσμύχω, f. ξω, igni cæco absumo. 2) lenta tabe absumo. 3) dolore occulto & diuturno conficio.
Ἀποσοβέω, ῶ, f. ήσω, abigo, expello. 2) perterrefacio.
Ἀποσόβησις, εως, ἡ, abactio, propulsatio.
Ἀποσοβητήριον, ου, τὸ, remedium mali, vim propulsandi habens.
Ἀποσοβητὴς, ὁ, ὁ, propulsator, auerruncus.
Ἄποσος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, quantitatis expers. Ex α pr. & πόσος, *quantus*.
Ἀποσπάδιον, ου, τὸ, decerptum, lacinia auulsa. Ab ἀποσπάω.
Ἀποσπάδων, οντος, ὁ, cui testiculi sunt auulsi, vel exsecti. Ab eodem.
Ἀποσπαράσσω, lacerando auello.
Ἀποσπαργανόω, ῶ, f. ώσω, fascia exsoluo.
Ἀποσπαρδάζω, palpito, vibro, pulso. Ex ἀπὸ & σπαίρω, *palpito*.
Ἀπόσπασμα, ατος, τὸ, pars rei auulsa. 2) euulsio. Gl. Vet. lacinia, fragmentum. Ab ἀποσπάω.
Ἀποσπασμάτιον, ου, τὸ, particul. excerpta, seu auulsa. Dimin. ab ἀπόσπασμα.
Ἀποσπασμὸς, ὁ, ὁ, idem quod ἀπόσπασμα.
Ἀποσπάω, ῶ, f. άσω, abstr..., auello, ab aliqua re, in pr. vxorem abduc... aliquo. 2) ἀποσπάσαι, recedere, procul abire. ἀποσπασθεὶς, auulsus, tr. regressus. Gl. Vet. aor. 1. part. pass.
Ἀποσπείρω, dissemino.

Ἀποσπένδω, f. σπείσω, libo, effundo. Philox. delibo. ἀπέσπεισεν, delibauit, Philox. aor. I.

Ἀποσπερμαίνω, femen iacio.

Ἀποσπερματίζω, f. ίσω, femen emitto, femine genitali polluor.

Ἀποσπεύδω, fut. εύσω, ab aliqua re deterreo, dehortor.

Ἀποσπογγίζω, fut. ίσω, fpongia abftergo feu detergo.

Ἀποσπόγγισμα, ατος, τὸ, purgamentum, fordes fpongia deterfæ.

Ἀποσποδέω, ῶ, f. ήσω, cinerem detergo. 2) ictu decutio. 3) in cinerem redigo. 2) e medio tollo. A σποδὸς, *cinis*.

Ἀπόσπονδος, ου, ὁ καὶ ἡ, alienus & excludendus a libationibus vel facris. 2) impius, profanus. Ex ἀπὸ & σπονδή.

Ἀπόσπορος, ου, ὁ καὶ ἡ, fatus ab aliquo, ab aliquo oriundus. Ab ἀποσπείρω, *femino*.

Ἀποσπουδάζω, f. άσω, ftudiofus alicuius rei effe defino. 2) negligo, contemno, repudio.

Ἀπόσσυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, excitatus. 2) depulfus. Ab ἀποσεύομαι.

Ἀπόσταγμα, ατος, τὸ, liquor defluens. 2) deftillatio. 3) ftiria, ftilla. Ab ἀποστάζω.

Ἀποσταδὰ, *Adu.* eminus. Ab ἀφίσαμαι.

Ἀποσταδὸν, *Adu.* idem & ab eodem.

Ἀποστάζω, f. ξω, deftillo, ftillatim fundo.

Ἀποσταθμάω, ῶ, f. άσω, dependo, appenfum trado.

Ἀποστάλαγμα, τος, τὸ, idem quod ἀπόσταγμα.

Ἀποσταλάζω, deftillo.

Ἀποσταλάω, ῶ, idem & ab eodem.

Ἀπόσταξις, εως, ἡ, deftillatio.

Ἀποστασία, ας, ἡ, defectio, difceffio, difcidium, Gl. Vet. Ab ἀπόστασις.

Ἀποστάσιον, ου, τὸ, repudium. 2) derelictio iufti domini: vnde ἀποστασίου δίκη. Ab eodem.

Ἀπόστασις, εως, ἡ, abfceffio, defectio, rebellio, fegregatio, abitus, difcidium, præuaricatio, Philox. 2) venditio per libram. Ab ἀφίσαμαι.

Ἀποστατέον, defiftendum eft. Ab ἀφίσαμαι.

Ἀποστατέω, ῶ, fut. ήσω, non adfum, non præfto fum. 2) deficio, defero. Ab ἀποστάτης.

Ἀποστατὴρ, ῆρος, ὁ, qui deficit, qui feceffionem facit. 2) retractator. Ab ἀφίσαμαι.

Ἀποστάτης, ου, ὁ, transfuga, defertor. 2) rebellis. 3) religionis Chriftianæ defertor. Ab eodem.

Ἀποστατικὸς, ἡ, ὸν, rebellis, contumax. Gl. Vet. fuppuratorius. A præc.

Ἀποστάτις, ιδος, ἡ, rebellis, defectrix. Ab eod.

Ἀποσταυρόω, ῶ, f. ώσω, vallis, feu palis ligneis in terram defixis munio, feu cingo, *item* fecludo. 2) adfigo cruci.

Ἀποσταφιδόω, ῶ, f. ώσω, in vuam paffam conuerto, feu muto. Ex ἀπὸ & σταφὶς, *vua*.

Ἀποστεγάζω, f. άσω, detego. 2) tego, operio vndique.

Ἀποστέγασμα, ατος, τὸ, tegmen, operculum. 2) protectio. Ab ἀποστεγάζω.

Ἀποστεγνόω, ῶ, f. ώσω, tego.

Ἀποστέγω, intus coërceo, cohibeo. 2) arceo, inhibeo, propulfo.

Ἀποστείβω, abeo.

Ἀποστείχω, f. ξω, abeo, difcedo.

Ἀποστελέγγισμα, τος, τὸ, ftrigmentum, idem *quod fimplex*. v. ἀποστλέγγισμα.

Ἀποστέλλω, f. ελῶ, mitto. 2) mitto cum mandatis. 3) amando, ablego. 4) vi fubmoueo, ap. Thuc. ἀποστέλλει, renunciat. ἀποστέλλεσθαι, paff. etiam dicuntur, quos abeuntes profequuntur. ἀποσταλεὶς, directus, Philox. aor. I. paff. Ex ἀπὸ & στέλλω, *mitto*.

Ἀποστενόω, ῶ, f. ώσω, anguftum reddo.

Ἀποστενωτικὸς, ἡ, ὸν, ad breuitatem, in pauca verba redigens fententiam.

Ἀποστεπτικὸς, ἡ, ὸν, pertinens ad ademtionem coronæ. Ab ἀποστέφω.

Ἀποστέργω, f. ξω, eiicio ex animo amorem, defino amare. 2) fuftineo, tolero. Suid.

Ἀποστερέω, ῶ, f. ήσω, priuo, fraudo, defraudo. abnego, Gl. Vet. ἀποστερεῖ, inficiatur, Philox.

Ἀποστέρησις, εως, ἡ, priuatio, defraudatio.

Ἀποστερητὴς, οῦ, ὁ, fraudator, fraudulentus, inficiator, Philox.

Ἀποστερητὶς, ίδος, ἡ, fraudatrix. fem. præc.

Ἀποστερητικὸς, ἡ, ὸν, ad fraudandum valens. Ab eodem.

Ἀποστερίζω, & ρίσκω, priuo.

Ἀποστεφανόω, ῶ, f. ώσω, corona priuo. ἀποστεφανοῦμαι, paff. corona priuor, *med.* coronam depono.

Ἀποστέφω, fut. ψω, idem.

Ἀποστηθίζω, fut. ίσω, ex pectore depromo, aut eloquor, memoriter recito. A στῆθος.

Ἀπόστημα, ατος, τὸ, abfceffus, apoftema. Gl. Vet. vomica, vlcus. 2) fpatium & interuallum, quo abfiftimus. 3) locus remotior ac fecretior. Ab ἀφίσαμαι.

Ἀποστηματίας, ου, ὁ, qui abfceffu, feu apoftemate laborat.

Ἀποστηματίζω, refifto, fubfifto.

Ἀποστηματικὸς, ἡ, ὸν, feparatiuus.

Ἀποστημάτιον, ου, τὸ, paruum apoftema, paruus abfceffus. Dimin. ab. ἀπόστημα.

Ἀποστημάτιος, α, ον, apoftemate laborans.

Ἀποστηματώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, apoftematis, feu abfceffus naturam habens. Ab eodem.

Ἀποστήριγμα, ατος, τὸ, fulcrum. A feq.

Ἀποστηρίζω, f. ξω, fulcio, fuftento.

Ἀποστήριξις, εως, ἡ, fultura. A præc.

Ἀποστιλβόω, ῶ, fplendidum reddo.

Ἀποστίλβω, f. ψω, fplendeo, niteo, rutilo, illuftro, fplendorem emitto. Gl. Vet. renideo.

Ἀπόστιλψις, εως, ἡ, fplendor repercuffus, f. e repercuffione.

Ἀποστίχω, idem quod ἀποστείχω.

Ἀποστλεγγίζω, deftringo, abrado ftrigile.

Ἀποστλέγγισμα, ατος, τὸ, ftrigmentum. A præc.

Ἀποστολεὺς, έως, ὁ, qui claffi præeft, rei nauticæ præfectus. A fequ.

Ἀποστολὴ, ῆς, ἡ, miffio. 2) dimiffio. 3) remiffio. 4) expeditio, profectio naui. 5) munus apoftolicum. Ab eodem.

Ἀποστολικὸς, ἡ, ὸν, ad apoftolos pertinens. 2) apoftolos decens. 3) ab apoftolis profectus.

ποσολιμαῖος, αία, αῖον, missitius, emissitius. A sequ.

ἀπόστολος, ου, ὁ, apparatus classium & expeditio maritima. classis, Gl. Vet. 2) imperator classis. 3) literæ dimissoriæ. 4) qui cum mandatis ab aliquo mittitur. 5) in S. literis κατ' ἐξοχὴν, quem Christus iussit toto orbe terrarum docere Euangelium, & 6) Adiect. ὁ καὶ ἡ, qui aliquo mitti solet. Gl. Vet. missus. Ab ἀποστέλλω.

ἀποστοματίζω, f. ίσω, memoriter recitare iubeo. 2) allicio ad loquendum. 3) memoriter recito, refero. Gl. Vet. dicto. A στόμα.

ἀποστομίζω, f. ίσω, idem quod ἀποστοματίζω. 2) os obstruo. 3) aciem retundo, hebeto.

ἀποστομόω, ῶ, f. ώσω, os obturo, os occludo. 2) aciem hebeto 3) ore facto aperio.

ἀποστόμωσις, εως, ἡ, apertio facta ostio. 2) apertura, patefactio.

ἀπόστοργος, ου, ὁ καὶ ἡ, amoris expers. 2) inimicus. Ex α pr. & στοργή, amor.

ἀποστραγγαλίζω, strangulando eneco.

ἀποστρακίζω, fut. ίσω, testulis in vrnam coniectis damno, relego. Ex ἀπὸ & ὀστρακίζω, relego.

ἀποστρακόω, f. ώσω, in testam muto. 2) induro in testæ modum. Ab ὀστρακόω.

ἀποστρατεύω, f. εύσω, dimittor a militia, exauctoror. ἀποστρατεύομαι, emereor, Gl. Vet. ἀποστρατευσάμενος, emeritus.

ἀποστράτηγος, ου, ὁ καὶ ἡ, dux exauctoratus, imperatoris vel ducis loco motus.

ἀποστρατοπεδεύω, f. εύσω, castra moueo, castris motis reuertor.

ἀποστρεβλόω, ῶ, f. ώσω, torqueo.

ἀποστρέφω, f. ψω, auerto. 2) obuerto. 3) retro ago, retro flecto. 4) conuerto. 5) discedo, alio iter flecto. ἀποστρέφομαι, deuertor, auertor, auersor, abhorresco, fastidio, Gl. Vet. ἀπεστραμμένος, auersus, Philox. part. perf. pass.

Ἀποστροφή, ῆς, ἡ, auersio, auersatio. 2) perfugium, receptus, vnde v. c. ἀποστροφὴ τοῦ βίου, subsidium vitæ tolerandæ. 3) effugium. 4) depulsio, purgatio. 5) figura rhetorica. A præc.

Ἀποστροφία, ας, ἡ, cognomen Veneris homines ab incesta libidine auertentis. A sequ.

Ἀπόστροφος, ου, ὁ καὶ ἡ, auersus, abhorrens. Subst. figura grammatica, literæ abiectæ nota.

Ἀποστυγέω, ῶ, f. ήσω, abhorreo, auersor.

Ἀποστυφελίζω, depello, deturbo.

Ἀποστύφω, f. ψω, adstringo.

Ἀποσυκάζω, f. άσω, ficus decerpo. 2) exploro more eorum, qui ficus carpunt. 3) ficus comedo.

Ἀποσυλάω, ῶ, f. ήσω, spolio, deprædor, depeculor, spoliando aufero, eripio. Gl. Vet. ἀποσυλῶ, expilo.

Ἀποσυμβολάω, ῶ, concurro, occurro. Ab ἀπὸ & συμβολή.

Ἀποσυμβουλεύω, fut. εύσω, dehortor, dissuadeo.

Ἀποσυνάγω, disgrego, dispello.

Ἀποσυνάγωγος, ου, ὁ καὶ ἡ, synagoga motus, cui interdictum est synagoga. Ex ἀπὸ & συναγωγή.

Ἀποσύνακτος, ου, idem; cui synaxi, seu sacræ cœnæ communione interdictum est.

Ἀποσεύομαι, erumpo, prosilio, exsilio.

Ἀποσυριγγόω, ῶ, fut. ώσω, in fistulam conuerto. ἀποσυριγγοῦσθαι, in fistulam verti.

Ἀποσυρίζω, sibilo, cum sibilo emitto.

Ἀποσυρίσσω, f. ἀποσυρίττω, f. ίξω, exsibilo, sibilis eiicio.

Ἀπόσυρμα, ατος, τὸ, id, quod detractum, seu abrasum est, frustum alicunde abrasum, euulsum, excussum. 2) locus desquamatus. A seq.

Ἀποσύρω, detraho, retraho, abstraho, subtraho, deiicio, subduco. Gl. Vet. ἀποσύρεσθαι, præcipitem trahi sc. ab altis fluentibus.

Ἀποσυσσιτέω, ῶ, desum sodalitati, absum a sodalitio seu conuiuio.

Ἀποσύστασις, εως, ἡ, destructio.

Ἀπόσταγμα, ατος, τὸ, fæculentum, quod per colum transmissum est. Hippocr. 2) cruor iugulati animalis. A seq.

Ἀποσφάζω, f. ἀποσφάττω, fut. ξω, iugulo, macto. 2) interficio. Ex ἀπὸ & σφάττω, siue σφάζω.

Ἀποσφαιρίζω, fut. ίσω, eiaculor & repello pilam. 2) retorqueo & relido in modum pilæ.

Ἀποσφαίρισις, εως, ἡ, excussio. A pr.

Ἀποσφαιρόω, in globi formam redigo.

Ἀποσφακελίζω, f. ίσω, infestor, s. laboro σφακέλῳ, siue membri inflammationem passi mortificatione. 2) σφάκελον induco. 3) debilito, putrefacio.

Ἀποσφακέλισις, εως, ἡ, inflammatio membri alicuius torporem afferens. A præc.

Ἀποσφάλλω, subuerto, pessumdo. 2) a via aberrare facio. 3) facio excidere ab incepto, impedio. ἀποσφάλλομαι, excido spe, conatis.

Ἀποσφαλμέω, ῶ, collabor, concido.

Ἀποσφάξ, άγος, ἡ, excelsum præcipitium, præcipitium in rupibus a se diuulsis. A seq.

Ἀποσφάττω, f. ξω, idem quod ἀποσφάζω. ἀποσφάττει, enecat, Philox.

Ἀποσφενδονάω, ῶ, f. ἀποσφενδονέω, ῶ, f. ήσω, funda torqueo, funda tortum emitto.

Ἀποσφενδόνητος, ου, ὁ καὶ ἡ, funda emissus. 2) funda repulsus. A præc.

Ἀποσφενδονίζω, idem quod ἀποσφενδονάω.

Ἀποσφηνόω, in cunei formam redigo.

Ἀποσφίγγω, f. ξω, stringo, adstringo, comprimo, coarcto. restringo, Gl. Vet.

Ἀπόσφιγξις, εως, ἡ, constrictio. A præc.

Ἀποσφραγίζω, fut. ίσω, resigno. 2) signo. 3) reddo, perfero.

Ἀποσφράγισμα, ατος, τὸ, signaculum, sigillum.

Ἀποσφραγιστής, οῦ, ὁ, resignator, Gl. Vet.

Ἀποσφραίνομαι, odoror, olfacio, vt simplex.

Ἀποσχάζω, f. άσω, scarifo, venam aperio.

Ἀποσχαλιδόω, ῶ, plagas erigo, & furcis fulcio. Ex ἀπὸ & σχαλίς, furcula, qua attolluntur retia.

Ἀποσχάω, ῶ, idem quod ἀποσχάζω.

Ἀποσχεδιάζω, f. άσω, ex tempore dico. 2) temere & inconsulte ago.

Ἀπόσχεσις, εως, ἡ, abſtinentia, temperantia. Ab ἀπέχομαι.
Ἀποσχίζω, fut. ίσω, abſcindo, reſeco, fiſſu auello.
Ἀπόσχις, ιδος, ἡ, propago. A præc.
Ἀπόσχισις, εως, ἡ, abſciſſio, auulſio, quæ ſcindendo, aut findendo fit.
Ἀπόσχισμα, ατος, τὸ, idem.
Ἀποσχιςὴς, ȣ, ὁ, diremtor.
Ἀποσχοινίζω, fut. ίσω, fune circumſcriptum ſeiungo. 2) ſeiungo, ſeparo.
Ἀποσχολάζω, f. άσω, vaco rei alicui.
Ἀποσώζω, f. ώσω, ſeruo, ſanitati reſtituo.
Ἀποταγὴ, ῆς, ἡ, renunciatio. Ab ἀποτάττω.
Ἀποτάδην, *Adu.* extente. Ab ἀποτείνω.
Ἀπότακτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, ad certum vſum ſepoſitus. Ab ἀποτάττω.
Ἀποταμιεύω, f. εύσω, recondo.
Ἀποτάμνω, *Ionice* pro ἀποτέμνω.
Ἀπόταξις, εως, ἡ, renunciatio. Ab ἀποτάσσω.
Ἀπότασις, εως, ἡ, extenſio. 2) conſilium, propoſitum, argumentum, materia tractanda. Ab ἀποτείνω.
Ἀποτάσσω, ſ. ἀποτάττω, f. άξω, colloco certo in loco, ſepono, ſecerno. 2) centurio, in ſtationibus certis pono. 3) deſtino, deſpondeo. ἀποτάττομαι, renuntio, iubeo valere, a me ſubmoueo, abſtineo. 4) vale dico, de abeunte.
Ἀπόταυρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, tauro carens.
Ἀποταυρόω, ῶ, fut. ώσω, taurum facio. ἀποταυρȣ̃μαι, taurinas iras concipio, tauri in modum efferor.
Ἀπόταφος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, priuatus ſepulcro. 2) ſeorſum ſepultus.
Ἀποτάφρευσις, εως, ἡ, circumuallandi actio, circumuallatio. A ſeq.
Ἀποταφρεύω, f. εύσω, circumdo foſſa, muro includo, murum duco, circumuallo, munio.
Ἀποτείνω, extendo, produco in longum, ſermo, v. c. conuiuium, orationem. 2) intendo. ἀποτείνομαι, inuehor, Gl. Vet.
Ἀποτειχίζω, f. ίσω, muro obſtruo, muro interſepio. 2) muro arceo, exitu vel aditu, vallum condo aduerſus aliquem, vrbem circumuallo
Ἀποτείχισις, εως, ἡ, obſtructio per murum productum. 2) murorum deſtructio. A præc.
Ἀποτείχισμα, ατος, τὸ, murus circumductus ad obſtruendum munimentum loci. Ab eod.
Ἀποτειχισμὸς, ȣ, ὁ, obſtructio, quæ fit muro circumducto. 2) circumuallatio, munitio.
Ἀποτεκμαίρομαι, iudico, colligo argumentando.
Ἀποτεκνόω, liberis orbo.
Ἀποτέλειοι, οἱ, magiſtratus, ap. Polyb. οἱ ἀπὸ τέλȣς, homines ex ordine, ſcil. ampliſſimo.
Ἀποτελειόω, ῶ, perficio. 2) conſecro, initio.
Ἀποτέλεσμα, ατος, τὸ, effectio, effectus, opus v. c. artis. 2) effectus ſtellarum. 3) euentus. Ab ἀποτελέω.
Ἀποτελεσματικὸς, ἡ, ὸν, effectum habens; vnde ἡ ἀποτελεσματικὴ, ſcil. τέχνη, ſcientia docens ἀποτελέσματα, inprimis, ars auguralis.
Ἀποτελεσματικῶς, *Adu.* effectiue, cum vi efficiendi.
Ἀποτελεςικὸς, ἡ, ὸν, efficiendi vim habens.
Ἀποτελευτάω, ῶ, fut. ήσω, finem habeo, deſino. 2) finem do, termino.
Ἀποτελεύτησις, εως, ἡ, finis, determinatio.
Ἀποτελέω, ῶ, f. έσω, efficio, perficio, præſto, conſummo, Gl. Vet.
Ἀποτέμνω, fut. εμῶ, abſcindo, deſeco, recido, reſeco, Gl. Vet.
Ἀπότεξις, εως, ἡ, partus. Ab ἀποτίκτω.
Ἀποτερματίζω, f. ίσω, definio, determino. 2) extermino, excludo.
Ἀποτερματισμὸς, ȣ, ὁ, definitio, determinatio, deſcriptio. A præc.
Ἀποτερμίζω, fut. ίσω, finio, definio. Ab ἀπὸ & τέρμα, *terminus*.
Ἀπότευγμα, ατος, τὸ, res, quæ male & præter animi ſententiam ſucceſſit. 2) damnum. Ab ἀποτυγχάνω, *non adſequor*.
Ἀποτευκτικὸς, ἡ, ὸν, qui ſolet aberrare & fruſtrari. Ab eod.
Ἀπότευξις, εως, ἡ, repulſa, finiſter & infelix ſucceſſus. Gl. Vet. offenſatio. Ab eod.
Ἀποτεφρόω, ῶ, f. ώσω, in cinerem redigo.
Ἀποτηγανίζω, fut. ίσω, e ſartagine comedo.
Ἀποτήκω, fut. ξω, liquo. 2) macero, tabefacio, conſumo.
Ἀποτῆλε, *Adu.* procul. Ex ἀπὸ & τῆλε, *procul*.
Ἀποτηλόθι, *Adu.* idem.
Ἀπότηξις, εως, ἡ, deſtillatio, quæ fit humore liquefacto. Ab ἀποτήκω.
Ἀποτίθημι, depono, repono, Gl. Vet. ἀποτίθεμαι, omitto, depono, recondo, Gl. Vet.
Ἀποτίκτω, partum emitto. 2) gigno.
Ἀποτίλλω, auello, reuello.
Ἀπότιλμα, ατος, τὸ, quod auulſum eſt, ſeu vellendo abſtractum. A præc.
Ἀποτιμάω, ῶ, f. ήσω, æſtimo. 2) æſtimatum do. 3) pignus conductionis do; at ἀποτιμάομαι, pignus eiuſmodi accipio. 4) ignominia adficio. Gl. Vet. ἀποτιμῶμαι, cenſeor.
Ἀποτίμημα, ατος, τὸ, pignus, quod dotis loco datur. 2) pignus, quod dat, qui domum pupilli ab Archonte conducit. Ab præc.
Ἀποτίμησις, εως, ἡ, deſcriptio, cenſus. Gl. Vet. æſtimatio. 2) vectigal, tributum. Ab eodem.
Ἀποτιμητὴς, ȣ, ὁ, qui pignus conductionis certo pretio æſtimatum accipit. Gl. Vet. cenſor.
Ἀπότιμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, honore carens, inhonoratus. 2) oppigneratus. Ex α priu. & τιμὴ, *honor*.
Ἀποτίναγμα, ατος, τὸ, quod decutitur, ſeu excutitur. A ſeq.
Ἀποτινάσσω, vel ἀποτινάττω, f. ξω, excutio, decutio. ἀπετίναξεν, decuſſit, Philox. a. 1.
Ἀποτίννυμι, pœnas ſumo. A ſeq.
Ἀποτιννύω, perſoluo, luo, Gl. Vet.
Ἀποτίνω, luo pœnas, ſoluo, dependo.
Ἀπότισις, εως, ἡ, reſtitutio, redhibitio, Gl. Vet.
Ἀπότιτθος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, a matris vberibus amotus. Ex ἀπὸ & τιτθός.
Ἀποτίω, f. ίσω, punio. 2) perſoluo, luo, rependo, reddo. ἀπέτισεν, luit, Philox.
Ἀπότμηγμα, ατος, τὸ, ſegmentum. A ſequ.
Ἀποτμήγω, f. ξω, abſcindo. Ex ἀπὸ & τμήγω.

Ἀποτμὴξ,

ῆξ, ῆγος, ὁ καὶ ἡ, abſciſſus, abruptus. Ab
ρήσσω.
ηξις, εως, ἡ, profectio, abſciſſio. Ab ἀπο-
ω.
ήσσω, abſcindo, abrumpo.
ος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, miſer, infelix. Ex α pr. &
ος, *ſors*.
ος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, enaſcens, enatus. Ab ἀπο-
ω.
λμάω, ῶ, f. ήσω, confidenter audeo, confi-
ter adgredior.
λμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, audax. Ab ἀπὸ & τόλμα.
μὰς, ἀδος, ἡ, abrupta, abſciſſa. 2) iaculi
us. Ab ἀποτέμνω.
μεὺς, έως, ὁ, abſciſſor. Ab eod.
μὴ, ῆς, ἡ, abſciſſio, ſciſſura. profectio, Gl.
. ſectio, v. c. viarum, vt in biuio &c. 2)
ulum paruum. A præc.
μία, ας, ἡ, abſciſſio, inciſio. 2) ſeueritas
ıια, qua res omnes ad viuum reſecantur.
l. crudelitas. al. Gl. Vet. temeritas, ſeue-
as, acerbitas. Ex ἀποτέμνω.
μος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, abſciſſus, abruptus, præru-
ıs. 2) durus, rigidus, ſeuerus, inexorabi-
. Philox. crudelis, immanis, acerbus, du-
. ἀποτομώτατος, duriſſimus, Gl. Vet.
όμως, *Adu*. abſciſſe, abrupte. 2) ſeuere, ri-
le. 3) plane, præciſe, temere, Gl. Vet. 4)
nino.
οξεύω, f. εύσω, ſagitta appeto. 2) ſagitta ar-
o, propulſo.
ορνεύω, f. εύσω, detorno. 2) expolio, ela-
ro, exorno. 3) in orbem redigo.
τος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui ſine potu viuit. 2) ad po-
ndum non idoneus. Ex α pr. & πίνω.
ράγημα, ατος, τὸ, cibi reliquiæ.
ραχηλίζω, f. ίσω, ſtrangulo, frango collum.
l. Vet. decollo, detrunco. A τράχηλος.
ραχύνω, exaſpero. 2) audeo.
ρεπτικὸς, ἡ, ὸν, auertendi, ſiue depellendi
m habens. 2) diſſuaſorius, dehortatorius.
 ſeq.
'Ἐναπομάσσω, vel ἐναπομάττω, f. ξω, in aliquo exprimo, rem imaginis imprimendæ ergo.
'Ἐναπομένω, f. νῶ, perſiſto, permaneo in.
'Ἐναπομόργνυμαι, f. ξομαι, imprimo, inuro. 2) abſtergo, detergo.
'Ἐναπονίζω, &
'Ἐναπονίπτω, f. ψω, abluo in.
'Ἐναπόνιψις, εως, ἡ, ablutio in.
'Ἐναποξύω, f. ύσω, erado, radendo eximo.
'Ἐναποπατέω, f. ήσω, ventrem exonero in.
'Ἐναποπλύνω, f. νῶ, abluo in.
'Ἐναποπνέω, f. εύσω, inſpiro in. 2) immorior.
'Ἐναποπνίγω, f. ξω, ſuffoco in v. c. aqua, it. fumo.
'Ἐναπορέω, f. ήσω, pro ἀπορέω, dubito, hæſito, exitum nullum reperio in.
'Ἐναποσβέννυμι, έσω, extinguo in.
'Ἐναποσημαίνομαι, imprimo velut ceræ ſignum.
'Ἐναποσκηρίζομαι, incumbo, decumbo in aliquid.
'Ἐναποσφάττω, f. ξω, inſuper macto, interficio.
'Ἐναποσφραγίζω, fut. ίσω, imprimo velut in ceram.
'Ἐναποσφράγισμα, τὸ, quicquid impreſſum eſt alicui rei, veluti ceræ, animo &c.
'Ἐναποτελέω, f. έσω, perficio in. 2) efficio, reddo.
'Ἐναποτέμνω, f. εμῶ, abſcindo inter.
'Ἐναποτίθημι, f. θήσω, depono in.
'Ἐναποτιμάω, f. ήσω, in æſtimationem accipio, rem (ſpeciem ICti vocant) pro pecunia, in ſolutum.
'Ἐναποτίω, f. ίσω, ſoluo alicubi. Ariſtoph.
'Ἐναποτυπόω, ῶ, f. ώσω, imprimendo exprimo.
'Ἐναποχράομαι, ȣ̃. ήσομαι, abutor.
'Ἐναποψάω, f. ήσω, idem quod ἐναποτυπόω. extergo.

'Ἐναποψύχω,

Ἐναποψοχω, fut. ξω, immorior. 2) crepitum ventris emitto in. 3) ventris excrementis eiicio in.
Ἐνάπτομαι, f. ψομαι, tango, attingo. 2) alligor, annector, induor. Vnde ἐνημμένος, inductus. (Sed hoc videtur esse potius ἐνειμένος.)
Ἐνάπτω, f. ψω, alligo, illigo, innecto, adiungo. 2 incendo, accendo.
Ἔναρα, ων, τὰ, spolia, arma interfectis detracta. Ab ἐναίρω, occido
Ἐναράσσω, vel ἐναράττω, f. άξω, illido.
Ἐνάργεια, ας, ἡ, euidentia. A seq.
ΕΝΑΡΓΗΣ, έος, ὁ καὶ ἡ, clarus, euidens, manifestus. Hinc τὸ ἐναργὲς, euidentia. (Dores ἄργον vsurpabant pro ἔργον. Est itaque ἐνάργεια cum res, de qua agitur, ἐν ἔργῳ velut ipsa re, præsens, demonstratur verbis.)
Ἐναργώδης, ες, clarus, manifestus. A pr.
Ἐναργῶς, Adu. euidenter, perspicue, luculenter. Ab eod.
Ἐναρέσκομαι, delector aliqua re.
Ἐνάρετος, ε, ὁ, ἡ, virtute præditus, commendabilis virtutis ergo.
Ἐναρέτως, Adu. honeste, cum virtute. A pr.
Ἐναρὴς, έως, ὁ, ἡ, exsecrabilis, diris deuotus. Ex ἐν & ἀρὰ, diræ.
Ἐναρηφόρος, ε, ὁ, ἡ, spolia ferens, siue gerens. Epith. trop.æi. Ex ἔναρα & φέρω, fero.
Ἔναρθρος, ε, ὁ, ἡ, articulatus. 2) perfectus. Ex ἐν & ἄρθρον, articulus.
Ἐνάρθρως, Adu. articulate, articulatim. A pr.
Ἐναρίζω, f. ίξω, interficio. 2) spolio. Ab ἔναρα.
Ἐναριθμέω, f. ήσω, adnumero.
Ἐναρίθμιος, ε, ὁ, ἡ, adnumerandus. A seq.
Ἐνάριθμος, ε, ὁ, ἡ, idem.
Ἐναρικύμων, ἡ, facile concipiens. V. ἀριχ.
Ἐναριμβροτος, ε, ὁ, ἡ, homicida. Ex ἐναίρω, occido, & βροτὸς, mortalis.
Ἐναρκτικὸς, ή, ὸν, inchoatiuus, quod conuenit τῷ ἐνάρχεσθαι sacris auspicandis. Ex ἐνάρχομαι, incipio.
Ἐναρμόζω, f. όσω, & ἐναρμόττω, concinno, coapto. 2) adiungo, adapto. 3) conuenio, quadro, cohæreo.
Ἐναρμονικὸς, ή, ὸν, ad harmoniæ musicæ modulos compositus.
Ἐναρμόνιος, ε, ὁ, ἡ, idem. 2) concinnus, apte compositus, cohærens.
Ἐναρμονίως, Adu. apte, conuenienter, decenter. 2) composite ad modulos Musicæ.
Ἐναρὸς, ε, ὁ, ἡ, diris deuotus. Ex ἐν & ἀρὰ, diræ. V. ἐναρὴς.
Ἐναροφόρος, ε, ὁ, ἡ & ἐναροφόρος, spoliator. Ex ἔναρα & φέρω.
Ἐνάρχομαι, f. ξομαι, incipio, auspicor, inpr. sacra.
Ἔναρχος, ε, ὁ, ἡ, principium habens. 2) magistratu fungens. Ex ἐν & ἀρχή.
Ἑνὰς, άδος, ἡ, vnitas. Ab εἷς.
Ἐνασθενέω, ῶ, f. ήσω, debilis sum in.
Ἐνασκέω, f. ήσω, exerceo in aliqua re, & exerceo simpl. In med. dilco aliquid, operando alicui rei, exerceo me in ea.
Ἐνασμενίζω, fut. ίσω, delector aliqua re, satis habeo, acquiesco.

Ἐνασπιδόω, ῶ, f. ώσω, & ἐνασπιδόομαι, ῦμαι, clypeo armo & armor.
Ἐναστράπτω, f. ψω, fulgeo, radio.
Ἐναστρος, ε, ὁ, ἡ, stellatus. 2) sideratus, furore afflictus. Ex ἐν & ἄστρον, astrum.
Ἐνασχημονέω, ῶ, f. ήσω, turpiter in aliqua re me gero.
Ἐνασχολέω, & ἐνασχολέομαι, ῦμαι, fut. ήσομαι, occupatus sum in, vaco rei.
Ἐνατενίζω, f. ίσω, intueor, oculos defigo in, intentis oculis adspicio.
Ἐνατμος, ον, plenus vapore. τὸ ἔνατμον, vapor.
Ἔνατος, ατη, ον, nonus. Ab ἐννέα.
Ἐναυγάζω, incendo, ignem sc. vel candelam. 2) intueor.
Ἐναυδὴς, έος, ὁ, ἡ, voce præditus, vocalis. 2) viuus, spirans. Ex ἐν & αὐδὴ, vox.
Ἔναυδος, ε, ὁ, ἡ, idem.
Ἐναυθεντέω, ῶ, fut. ήσω, auctoritatem obtineo inter, auctoritate valeo in.
Ἐναυλακόφοιτις, ἡ, rustica. Ex ἐν & αὖλαξ, sulcus, & φοιτάω, vado.
Ἐναυλίζομαι, f. ίσομαι, diuersor: maneo alicubi.
Ἐναύλιος, α, ον, interior. ἡ ἐναυλία, via, domus interior. 2) sinus pudendorum.
Ἐναύλιον, ε, τὸ, domicilium.
Ἐναυλὶς, ἡ, tibiæ inserta, epith. γλωττίδος.
Ἐναύλισμα, ατος, τὸ, domicilium, sedes.
Ἐναυλιστήριον, diuersorium. Ab ἐναυλίζομαι.
Ἔναυλος, ε, ὁ, stabulum. 2) recessus. Ex ἐν & αὐλή. 3) fossa, fluuius, torrens. Ex ἐν & αὐλὸς, quia eiusmodi torrens per τὰς αὐλὰς angustos terræ meatus & per fossas ferri solet.
Ἔναυλος, ε, ὁ, ἡ, tibiis personans. 2) in tibiam insertus, immissus. 3) inhabitans. Ex ἐν & αὐλὸς, tibia, s. αὐλὴ, stabulum.
Ἐναυξάνομαι, f. ήσομαι, innutrior.
Ἔναυρος, ε, ὁ, ἡ, in quo auræ sunt, auris apertus & peruius. Ex ἐν & αὔρα, aura.
Ἔναυσμα, ατος, τὸ, id, quo ignis accenditur, igniarium, fulcimbulum, fomes, fax. 2) incitamentum. 3) reliquiæ, semen, principium latens in aliqua re, vt virtutis v. c. vnde ea facile exsuscitari, velut ignis e cineribus, potest. A ἐναύω, incendo.
Ἐναυχένιος, ε, ὁ, ἡ, ad ceruicem pertinens, qui in collo est, collo iniectus, collo insertus. Ex ἐν & αὐχὴν, ceruix.
Ἐναύω, f. αύσω, incendo, accendo. 2) med. adspiro, appeto.
Ἐναφανίζω, f. ίσω, obscuro. 2) tollo, deleo.
Ἐναφίημι, f. ήσω, immitto.
Ἐναφανίζω, ῶ, f. ήσω, incoquo. A seq.
Ἐναφεψέω, idem.
Ἐναφίημι, f. ήσω, immitto in aliquem.
Ἐναφορμος, ον, occasionem, materiam alicuius rei in se habens. Ab ἀφορμὴ, materia, occasio.
Ἐνγόνασι, vel ἐν γόνασι, Ingeniculus, nomen sideris. Ex ἐν & γόνυ, genu.
Ἐνδᾳδος, ε, ὁ, ἡ, tædam habens, s. qui cum facibus it, vt nuptiæ. Ex ἐν & δᾳς, fax.
Ἐνδᾳδόω, ῶ, f. ώσω, in tædam conuerto, vel conuertor.

Ἐνδαίνυμαι, vescor, loco sc. aut tempore quo.
Ἔνδαις, αιδος, idem quod ἔνδαδος. ap. Theophr. v. ἐνδατέομαι.
Ἐνδαιτέομαι, ȣμαι, f. ήσομαι, epulor, conuiuor.
Ἐνδάκνω, f. δήξω, mordeo.
Ἔνδακρυς, υος, ὁ, ἡ, lacrimans.
Ἐνδακρύω, f. ύσω, lacrimor, illacrimo.
Ἐνδάπιος, ȣ, ὁ, ἡ, indigena. Ex ἐν & δάπις, solum. (vel ab ἔνδον & terminatione πος. Nam, vt ἔνδον est aduerbiale formatum e neutro singulari adiectiui obsoleti ἔνδος, δῆ, δὸν, ita ἔνδα est aduerbiale formatum a neutro plurali ἐνδὰ. Hinc ἔνδαπος, & ἐνδάπιος. v. ἐνδότερος.)
Ἔνδασυς, υος, ὁ, ἡ, pilosus, hirsutus.
Ἐνδατέομαι, ȣμαι, f. ήσομαι, dispertior. 2) copiose, auide edo. 3) valde accuso, vitupero. (quasi satior vel pascor carnibus cuiusquam. Sed carnes veteribus symbolice famam significabant.)
Ἐνδαψιλεύομαι, f. ευσομαι, dapsilis & largus sum.
Ἐνδεδομένως, Adu. remisse, laxatis habenis. Ab ἐνδίδωμι.
Ἐνδεέστερον, Adu. non satis, minus quam: & ἐνδεεστέρως, idem. A seq.
Ἐνδεής, έος, ὁ, ἡ, indigus. 2) qui non sufficit, cui aliquid deest. 3) inferior, minor; impar. Hinc τὸ ἐνδεὲς, defectus. Ex ἐν & δέομαι, indigeo.
Ἔνδεια, ας, ἡ, indigentia, penuria. 2) inedia. A pr.
Ἔνδειγμα, ατος, τὸ, documentum, indicium.
Ἐνδείκνυμι, f. ξω, ostendo, præ me fero, indico. 2) defero, accuso. 3) med. ostento me, vendito me, specimen præbeo. 2) defero, vnde ἐνδειξάμενος, delator, accusator.
Ἐνδείκτης, ȣ, ὁ, delator, quadruplator, sycophanta. A pr.
Ἐνδεικτικὸς, ἡ, ὸν, ostentatorius. Ab eod.
Ἐνδεικτικῶς, Adu. cum ostentatione. 2) per indicationem. A pr.
Ἔνδεινος, ȣ, ὁ, ἡ, grauis.
Ἔνδειξις, εως, ἡ, demonstratio, indicium. 2) delatio, nomen actionis, cuius exemplum in Lysiæ or. adv. Andocidem.
Ἕνδεκα, vndecim, οἱ ἕνδεκα, Athenis vndecimviri suppliciis exigendis.
Ἑνδεκαετὴς, εος, ὁ καὶ ἡ, qui vndecim annorum est. Ex ἕνδεκα & ἔτος, annus.
Ἑνδεκάζω, diem testium celebro, qui incidit sc. in diem vndecimum. † Demosth. Harpocr. Hodie in exemplis Dem. est συνενδεκατίζω, vna celebro diem testium.
Ἑνδεκάκις, Adu. vndecies.
Ἑνδεκάκλινος, ον, vndecim lectis instructus.
Ἑνδεκάπηχυς, εος, ὁ, ἡ, vndecim cubitorum.
Ἑνδεκάπους, οδος, ὁ, ἡ, vndecim pedum, vt ἑνδεκάπους σκιὰ de hora diei.
Ἑνδεκὰς, άδος, ἡ, numerus vndenarius.
Ἑνδεκαταῖος, αία, αῖον, qui vndecimo die aliquid facit aut patitur. 2) qui vndecimum diem agit.
Ἑνδεκατημόριον, ȣ, τὸ, vndecima pars. Ex ἕνδεκα & μόριον, pars.
Ἑνδέκατος, ατη, ατον, vndecimus.
Ἑνδεκήρης, εος, ἡ, nauis vndecim ordinum, vndeciremis. Ex ἕνδεκα, & ἐρέσσω, remigo, vel ἄρω, apto.
Ἐνδελέχεια, ας, ἡ, perennitas. A seq.
Ἐνδελεχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, perennis, continuus. Ex ἐνδελὴς, pro ἐντελὴς, & ἔχω, habeo. (vel ab ἔνδον. vnde ἔνδελον adiectiuum, intestinum. & ἔχω, id quod habet motum, vim insitam, intestinam, non aduentitiam.)
Ἐνδελεχίζω, f. ίσω, perennis, continuus sum. A pr.
Ἐνδελεχισμὸς, ȣ, ὁ, perennitas, continuatio. A pr.
Ἐνδελεχῶς, Adu. assidue, continenter.
Ἔνδεμα, ατος, τὸ, quod illigatur, alligamentum. 2) gestamen collo appensum. Ab ἐνδέω.
Ἐνδέμω, obturo, muris vel ædificiis munio, & condo. 2) exstruo simpliciter. aor. 1. ἐνέδειμα, partic. ἐνδείμας.
Ἐνδεξιόομαι, ȣμαι, dextra manu teneo, vel amplector.
Ἐνδέξιος, ία, ιον, qui est ad dextram. 2) faustus, prosper. ἐνδέξια, Adu. dextre, ad dextram.
Ἐνδεξίως, Adu. apte, prospere. A pr.
Ἐνδέομαι, indigeo, deficior, vnde ἐνδεηθεὶς, aor. 1.
Ἐνδέομαι, illigor, vnde ἐνδεδεμένος, Perf. innexus.
Ἔνδεσις, εως, ἡ, illigatio, locus, vbi aliquid alteri copulatum est.
Ἔνδεσμα, ατος, τὸ, vinculum. Ab ἐνδέω.
Ἐνδεσμέω, ῶ, f. ήσω, illigo, implico.
Ἐνδεσμεύω, idem.
Ἔνδεσμος, ȣ, ὁ, ligatura, volumen, nodus.
Ἔνδετος, ȣ, ὁ, ἡ, constrictus, nodatus. A δέω, ligo.
Ἐνδέχομαι, admitto, recipio. 2) accipio, interpretor. Hinc ἐνδέχεται, Imperf. conuenit, licet, fieri potest. ἐνδεχόμενος, conueniens, possibilis. τὸ ἐνδεχόμενον, contingens: item probabile, possibile, datum.
Ἐνδεχομένως, Adu. conuenienter, quam fieri potest maxime, apte, probabiliter. A pr.
Ἐνδέω, f. ἐνδεήσω, deficior.
Ἐνδέω, f. ἐνδέσω, & ἐνδήσω, illigo, vnde ἔνδησον, illiga.
Ἐνδεῶς, Adu. parce, non sufficienter, parum, leuiter. Hinc μὴ ἐνδεῶς, plane, plene, largiter. ἐνδεῶς ἔχω, indigeo. Ab ἐνδεής.
Ἔνδηλος, ȣ, ὁ, ἡ, manifestus, euidens, insignis.
Ἐνδήλως, Adu. euidenter. A pr.
Ἐνδημέω, ῶ, f. ήσω, in populo meo, domi sum, non foris. Ab ἔνδημος.
Ἐνδημία, ας, ἡ, præsentia, quum quis a populo suo, domo, non abest, domi versatur, non foris, non in castris, neque in mercatura extranea. Ab eod.
Ἐνδήμιος, ȣ, ὁ, ἡ, populo cuidam peculiaris, aut solitus.
Ἐνδημιουργέω, f. ήσω, gigno in, v. c. corpore.
Ἔνδημος, ȣ, ὁ, ἡ, qui in populo est, in ciuitate vel domi, domesticus: popularis, vt ἐνδήμιος.
Ἐνδιαβάλλω, criminor, calumnior.
Ἐνδιάγω, agito, seu dego in. 2) versor in.
Ἐνδιάζω, meridior. Ab ἔνδιος.

Ἐνδιάθετος, ου, ὁ, ἡ, mente conceptus, intestinus, vltro natus, non aliunde inditus, internus. 2) Epith. libri Canonici. Ex ἐν & διατίθημι.

Ἐνδιαθέτως, *Adu.* e sententia animi, vltro, sponte sua.

Ἐνδιαθρύπτω, f. ψω, per delicias illudo. 2) delicate, molliter ago, delicias facio, affecto.

Ἐνδιαιτάομαι, ῶμαι, immoror, inhabito.

Ἐνδιαίτημα, ατος, τὸ, locus, qui inhabitatur, habitatio, hospitium. A pr.

Ἐνδιακειμένως, *Adu.* summa vi, cum contentione. Ex ἐν & διάκειμαι.

Ἐνδιαλλάττω, f. άξω, immuto.

Ἐνδιαμένω, f. νῶ, maneo alicubi.

Ἐνδιαπρέπω, ornatus, honoratus sum, splendeo.

Ἐνδιάσκευος, ου, ὁ, ἡ, ornamentis instructus, ornatus. Ex ἐν & διασκευὴ, *apparatus, ornamentum.*

Ἐνδιασκεύως, *Adu.* apte, decenter. A pr.

Ἐνδιασπείρω, f. ερῶ, differo, dissemino in.

Ἐνδιατάσσω, vel ἐνδιατάττω, f. ξω, ordino & digero in, seu intus.

Ἐνδιατρίβω, f. ψω, tempus tero in, versor in, operam & studium pono in re aliqua, immoror, inprimis in laude alicuius rei: *vnde interdum* laudo *verti potest*; item *fruor, vtor,* vt fortuna secunda, ταῖς εὐτυχίαις.

Ἐνδιατριπτέον, immorandum est. A pr.

Ἐνδιατριπτικὸς, ἡ, ὂν, assiduus in aliqua re. Ab eodem.

Ἐνδιαφθείρω, eneco in v. c. vtero.

Ἐνδιαχειμάζω, f. σω, hiberno alicubi.

Ἐνδιαχρίω, f. ίσω, illino, oblino.

Ἐνδιάω, άομαι, meridior, dormio in meridie. 2) sub dio ago. 3) tranquillus sum. Ab ἔνδιος.

Ἐνδιδύσκω, induo. Ab ἐνδύω.

Ἐνδίδωμι, in manus trado, dedo. 2) præbeo v. c. suspicionem, occasionem &c. 3) cedo, remitto, permitto me v. c. vento, fluctibus, voluptatibus &c. cedo precibus, dedor. 4) inclino, propensus sum ad aliquid, studeo, v. c. rebus nouis. 5) præeo aliis voce, cantu modulum. ὁ ἐνδιδοὺς, præcentor.

Ἐνδίεμαι, persequor, insequor. δίομαι, fugio. Ex ἐν & δίω.

Ἔνδικος, ου, ὁ, ἡ, iustus. 2) iudicialis. Ex ἐν & δίκη, *ius.*

Ἐνδίκως, iure, merito. *Comp.* ἐνδικωτέρως. A pr.

Ἔνδινα, ων, τὰ, intestina, vt ἔντερα, vel quæ intus sunt. Ab ἔνδον, *intus.*

Ἐνδινέω, ῶ, f. ήσω, intus vertere aut turbinecircumago. 2) intus conuerto f. torqueo, v. c. oculos.

Ἐνδίαιτον, ου, τὸ, domicilium, sedes, habitaculum. 2) meridies. Ab seq.

ΕΝΔΙΟΣ, ία, ιον, meridianus. 2) sub dio agens.

Ἐνδίφριος, ου, ὁ, ἡ, qui in curru est, sessor. Ab ἐν & δίφρος, *currus.*

Ἐνδογενὴς, έος, ὁ, ἡ, intus genitus. 2) domi natus. Ex ἔνδον & γίνομαι, *nascor.*

Ἔνδοθεν, *Adu.* ex interiore loco, intrinsecus. Ab ἔνδον.

Ἔνδοθι, *Adu.* intus, in. Ab eodem.

Ἐνδοιάζω, f. άσω, dubito. v. ἐνδυάζω.

Ἐνδοιάσιμος, ου, ὁ, ἡ, dubius.

Ἐνδοιασίμως, *Adu.* dubie.

Ἐνδοιασμὸς, οῦ, ὁ, dubitatio.

Ἐνδοιασμὸς, οῦ, ὁ, idem.

Ἐνδοιαστικὸς, ἡ, ὸν, ad dubitationem pronus, cum dubitatione coniunctus.

Ἐνδοιαστικῶς, *Adu.* dubitanter.

Ἐνδοιαστὸς, ἡ, ὸν, dubius.

Ἐνδοιαστῶς, *Adu.* ambigendo, dubie, non constanter.

Ἔνδομα, ατος, τὸ, remissio, l. xatio. 2) indulgentia. Ab ἐνδίδωμι.

Ἐνδομάχης, *Dor.* ἐνδομάχας, ὁ, domi pugnans. Ex ἔνδον & μάχομαι, *pugno.*

Ἐνδομενία, ας, ἡ, supellex. Ex ἔνδον & μένειν. (Nisi est, aut ab ἐν & δόμος, aut ab ἔνδον, vt μένια & μενία, meræ sint terminationes. v. ἐνδυμενία.)

Ἐνδόμησις, εως, ἡ, pila, moles erecta ad mœnia fulcienda: quasi ab ἐνδομέω. Ex ἐν & δομέω, *struo.*

Ἐνδομυχέω, ῶ, intus lateo, ἐνδομυχεῖν κακὸν, latens malum. A seq.

Ἐνδόμυχα, *Adu.* intus, in penetralibus. A seq.

Ἐνδόμυχος, ου, ὁ, ἡ, intestinus, abditus, occultus. Ex ἔνδον & μυχὸς, *penetral.*

ΕΝΔΟΝ, *Adu.* intus. (v. notitiam v. ἐνδόμυχος.)

Ἐνδοξάζω, f. άσω, glorifico, ἐνδοξασθῆναι, glorificari. (quasi ἐν δόξῃ τιθέναι.)

Ἐνδοξολογέω, ῶ, fut. ήσω, gloriam sermone aucupor.

Ἐνδοξόπωλος, ου, ὁ, ἡ, equorum pullis inclytus, i. e. equis splendidis, qui nobiles equos habet. (quasi ἀπὸ πώλων ἔνδοξος.)

Ἔνδοξος, ου, ὁ, ἡ, nobilis, gloriosus. 2) opinabilis. Ex ἐν & δόξα, *gloria, opinio.*

Ἐνδοξότης, ητος, ἡ, gloria. A pr.

Ἐνδόξως, *Adu.* honorifice. ἐνδοξότατα, honorificentissime. Ab eodem.

Ἐνδοσθίδια, ων, τὰ, intestina. Ab ἔνδον.

Ἐνδόσιμον, ου, τὸ, initium, cantus vel orationis exordium, quo canendo aliis modus ostendi, quasi ab ἐνδίδωμι, traditur. 2) initium, occasio, argumentum, concessio. A seq.

Ἐνδόσιμος, ου, ὁ, ἡ, concessus. A seq.

Ἔνδοσις, εως, ἡ, traditio, exitio. 2) indulgentia, remissio. 3) deditio. 4) modulationis exordium. Ab ἐνδίδωμι.

[illegible] intus, prope manus. [illegible] vel ab [illegible]

[illegible] latenter, intime.

[illegible]

[illegible]

[illegible] intus, [illegible] edo in.

[illegible]

[illegible] facien[illegible]

[illegible]

Ἐνδρομίς, ίδος, ἡ, [illegible] calceamenti genus, quo

quo vtebantur curſores, venatores &c. A pr.
Ἔνδροσος, ὁ, ἡ, roſcidus, rorulentus. 2) vdus, humidus, aquoſus.
Ἔνδρυον, ου, τὸ, medulla arborum. 2) temo. 3) aratrum. Ex ἐν & δρῦς, *arbor*, *quercus*.
Ἐνδυάζω, dubito, hæſito, ambigo. Heſych.
Ἐνδυασμὸς, ȣ, ὁ, dubitatio. Heſych.
ἘΝΔΥΚΕ'ΩΣ, *Adu.* promte, diligenter. 2) benigne. (ab ἐνδέδυκα, verbi ἐνδύω perfecto. quaſi ea contentione, vt in rei penitius te quaſi induas, inmergas & abdas.)
Ἔνδυμα, ατος, τὸ, indumentum. Ab ἐνδύω.
Ἐνδυμενία, ἡ, idem, & pro ἐνδομενία.
Ἐνδυναμόω, ῶ, f. ώσω, validum reddo, corroboro.
Ἐνδυναστεύω, fut. εύσω, auctoritate valeo apud aliquem, in ditione habeo. 2) primas partes obtineo. 3) auctoritate mea obtineo, perficio.
Ἐνδύνω, f. δύσω, penetro. 2) induo.
Ἔνδυσις, εως, ἡ, ingreſſus, introitus, qu. immerſio in rem. 2) veſtitus.
Ἐνδυστυχέω, ῶ, f. ήσω, infelix & miſer ſum in.
Ἐνδυτὴρ, ῆρος, ὁ, quo quis indui poteſt.
Ἐνδυτὸν, ȣ, τὸ, indumentum.
Ἔνδυτος, ον, indutus.
Ἐνδύω, f. ύσω, induo. 2) ingredior, ſubeo. 3) *med.* idem. ſubdo me, vt v. c. oneri, ſuſcipio, capeſſo.
Ἐνειρίζω, f. ισω, ver alicubi tranſigo.
Ἐνεγγυάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, ſpondeo. Ab ἐγγύη.
Ἔνεγγυς, *Adu.* prope.
Ἐνεγκȣ̃σα, ης, ἡ, patria. Ab ἐνεγκεῖν, *ferre*.
Ἐνεγκωμιάζω, f. σω, laudibus celebro. v. ἐγκωμιάζω.
Ἐνέδρα, ας, ἡ, inſidiæ.
Ἐνεδρευτὴς, ὁ, inſidiator, deceptor.
Ἐνεδρευτικὸς, ἡ, ὸν, ad inſidias aptus, procliuis.
Ἐνεδρεύω, f. εύσω, inſidior.
Ἔνεδρον, ȣ, τὸ, inſidioſum, inſidiæ. A ſeq.
Ἔνεδρος, ȣ, ὁ, ἡ, inquilinus. Ab ἐν & ἕδρα, *ſedes*.
Ἐνέζομαι, inſideo.
Ἐνεθίζω, f. ισω, adſuefacio.
Ἐνεῖδον, ἐνεῖδες, vidiſti in, animaduertiſti in. *Part.* ἐνιδὼν, intuitus. Ab ἰδεῖν vel εἴδημι.
Ἐνεικονίζω, f. ίσω, ſpecto, vel comparo imagine.
Ἐνειλέω, ῶ, f. ήσω, implico, inuoluo.
Ἐνείλημα, ατος, τὸ, inuolucrum, volumen. A pr.
Ἐνειλινδέω, ῶ, f. ήσω, voluo, voluto in.
Ἐνειλίσσω, f. ίξω, inuoluo; vnde ἐνειλιγμένος, inuolutus.
Ἐνείλλω, idem quod ἐνειλέω.
Ἔνειμι, inſum.
Ἐνείργνυμι, & γνύω, includo. 2) prohibeo.
Ἐνείργω, f. ξω, idem.
Ἐνείρω, innecto, inſero, infibulo, implico. 2) confero, apto.
ἝΝΕΚΑ, *Adu.* cauſſa, propter.
Ἕνεκεν, *Adu.* idem.
Ἐνεκτέος, έα, έον, ferendus. A φέρω, *fero*.
Ἐνελαύνω, inuehor curru, equo ingredior, apud Pind.

Ἔνεμα, ατος, τὸ, id, quod immittitur ſeu infunditur, ſcil. per inferna in aluum. Ab ἐνίημι, *immitto*.
Ἐνεμέω, ῶ, f. έσω, vomo in.
Ἐνεμφύομαι, innaſcor. v. ἐμφύω.
Ἐνενήκοντα, οἱ, αἱ, τὰ, nonaginta. Ab ἐννέα. v. ἐννήκ.
Ἐνενηκονταετὴς, έος, ȣ̃ς, nonagenarius. E pr. & ἔτος.
Ἐνενηκοντότης, ȣ, ὁ, idem & ex iisdem.
Ἐνεξȣσιάζω, f. άσω, licentia vtor in, gero me cum poteſtate & imperio.
Ἐνεορτάζω, f. ασω, feſtum diem celebro.
Ἐνεὸς, ὰ, ὸν, mutus. 2) ſurdus. 3) ſtultus.
Ἐνεότης, ητος, ἡ, ſurditas. 2) defectus vocis. A pr.
Ἐνεπαγγέλλομαι, polliceor.
Ἐνεπηρεάζω, f. άσω, inſulto, vexo, vt ſimplex.
Ἐνεπιδίδωμι, idem quod ἐπιδίδωμι.
Ἐνεπιδείκνυμι, oſtendo in re aliqua.
Ἐνεπιδημέω, ῶ, f. ήσω, peregrinor alicubi.
Ἐνεπίδημος, ὁ, ἡ, peregrinus in vrbe aliqua.
Ἐνεπικύπτω, f. ψω, inclinato capite incumbo. 2) inclinato capite intueor. 3) incumbo. 4) do operam.
Ἐνεπιορκέω, ῶ, f. ήσω, peiero in.
Ἐνεπίσκημμα, τὸ, actio iudicialis, quam intendebant vindicantes ſibi aliquid de publicatis bonis. A ſeq.
Ἐνεπισκήπτομαι f. ψομαι, incumbo. Creditores ἐνεπισκήπτεσθαι dicebantur, qui publicatis bonis cuiuspiam experiebantur, contra populum, vt hodie contra fiſcum, actione pignoratitia petentes & vindicantes ſibi partem eorum, quæ ſibi quacunque de cauſſa deberentur, vt vxori dos, creditori creditum.
Ἐνέπω, & ἐννέπω, dico, cano. 2) calumnior.
Ἐνεργάζομαι, f. άσομαι, ingenero, iniicio, addo, indo, inſero.
Ἐνέργεια, ας, ἡ, actio, efficacia.
Ἐνεργέω, ῶ, f. ήσω, operor, ago. Hinc ὁ ἐνεργȣ́μενος, ȣ, a diabolo poſſeſſus, agitatus.
Ἐνέργημα, ατος, τὸ, effectus, operatio. A pr.
Ἐνεργὴς, έος, ὁ, ἡ, efficax, acer. Ex ἐν & ἔργον.
Ἐνεργητικῶς, *Adu.* efficaciter. 2) actiue, ap. Gramm.
Ἐνεργητικὸς, ἡ, ὸν, actiuus. 2) efficax. Ab ἐνεργέω.
Ἐνεργοβατέω, vi (v. c. diuina) aliqua commutor in aliam naturam. Lucian. Ex ἐνεργὸς & βαίνω.
Ἐνεργολαβέω, ῶ, f. ήσω, quæſtum in aliqua re facio. 2) opus faciendum ſuſcipio, conduco.
Ἐνεργὸς, ȣ̃, ὁ, ἡ, efficax, acer. Ex ἐν & ἔργον.
Ἐνεργῶς, *Adu.* efficaciter, acriter. A pr.
Ἐνερείδω, f. είσω, impingo, illido. 2) infigo. *In med.* innitor, incumbo.
Ἐνέρεισις, εως, ἡ, compreſſio, infixio, innixus. A pr.
Ἐνερεύγω, eructo, irructo. Aor. 2. ἐνήρυγον.
Ἐνερευθὴς, έος, ὁ, ἡ, ruber, rubore ſuffuſus.
Ἔνερθε, vel ἔνερθεν, *Adu.* infra. Ex ἐν & ἔρα, *terra*. (vel potius pro ἐνερόθεν, ab antiquo ἐνερὸς, ὰ, ὸν, profundus, ſub humo poſitus. vid. v. ſeq.)

Ἔνεροι, ων, mortui, manes, inferi. (Videtur ab antiquo vocab. ἔνος vel ἔνος, η, ον, *vetustus, fatiscens, euanescens*, repetendum esse. v. ἔνη.)
Ἐνερόχρωτες, ὁ, mortuorum colorem habentes, lurid. Ex ἔνεροι & χρώς, *cutis, color*.
Ἔνερσις, εως, ἡ, innexio, illigatio. Ab ἐνείρω.
Ἐνέρτερος, ερα, ερον, inferior. Ab ἔνεροι.
Ἐνερυθρος, ον, rubicundus. v. ἐνερευθής.
Ἐνεσία, ας, ἡ, consilium. A seq. conf. & αἰνεσία.
Ἔνεσις, εως, ἡ, immissio. Ab ἐνίημι.
Ἔνεστι, licet. Ab ἔνειμι.
Ἐνεστιάω, ῶ, f. άσω, conuiuio excipio, conuiuium celebro alicubi. v. seq.
Ἐνέστιος, ε, ὁ, ἡ, qui intra lares est, domesticus. Ex ἐν & ἑστία, *lares*.
Ἐνετή, ῆς, ἡ, fibula. Ab ἐνίημι.
Ἐνετήρ, ῆρος, ὁ, instrumentum medicinale, quo infusio perficitur, clyster. Ab eod.
Ἐνευδαιμονέω, ῶ, feliciter viuo, felicem vitam dego aliquo in loco, vel genere vitæ.
Ἐνευδοκιμέω, ῶ, inclaresco, clarus sum in.
Ἐνεύδω, indormio.
Ἐνευημερέω, ῶ, prosperor in. ἐνευημέρηκε, prospero successu vsus est in.
Ἐνευθηνεῖσθαι, abundare aliqua re.
Ἐνευκαιρέω, f. ήσω, opportunitate vtor in aliqua re, idem quod ἐνευημερέω.
Ἐνευκαταφρόνητος, ον, contemtibilis.
Ἐνευλογέω, ῶ, f. ήσω, beatum prædico.
Ἐνεύνιος, ε, ὁ, ἡ, in lecto, cubili, sede quacunque stabili positus. Ex ἐν & εὐνή, *cubile*.
Ἔνευνος, ε, ὁ, ἡ, idem & ex iisd.
Ἐνευστομέω, ῶ, fut. ήσω, concinne suauiterque cantillo.
Ἐνευσχημονέω, ῶ, f. ήσω, decenter me gero in.
Ἐνευσχολέω, ῶ, f. ήσω, operam pono in.
Ἐνευτυχέω, ῶ, f. ήσω, felix sum in, feliciter ago.
Ἐνεύχομαι, f. ξομαι, precor in, vel inter.
Ἐνευωχέομαι, ῦμαι, f. ήσομαι, conuiuor in, conuiuiis indulgeo.
Ἐνεχυράζω, f. άσω, pignus capiendi potestatem do, *de magistratu: at in med.* pignus capio, *de creditore, qui e potestate a magistratu data pignus aufert*. 2) pignus capio, *de ministro magistratuum*. 3) *denique & de creditore* in actiuo. 4) pignori depono. 5) beneficium do. *in pass.* beneficio obligor. Ex ἐνέχυρον.
Ἐνεχυρασία, ἡ, pigneratio. A pr. cum seq.
Ἐνεχύρασμα, ατος, τὸ, pignus.
Ἐνεχυρασμὸς, ε, ὁ, pigneratio, vel oppigneratio.
Ἐνέχυρον, ε, τὸ, pignus, arrhabo. Ex ἐν & ἐχυρὸς, *tutus*.
Ἐνεχυριάζω, & ἐνεχυριάζομαι, idem quod ἐνεχυράζω.
Ἐνεχυρίασις, εως, ἡ, pigneratio.
Ἐνεχυριασμὸς, idem quod ἐνεχυρασμός.
Ἐνέχω, insto, vrgeo. 2) maleuolo sum animo, simultatem gero. Hinc ἐνέχομαι, hæreo, teneor, teneor vinctus, obnoxius sum. Ap. *oratores dicitur sæpe* de reis.
Ἐνεψέω, f. ήσω, incoquo.
Ἐνέψημα, τὸ, pulmentum, quod coquitur.
Ἐνεψητέον, *Adu. positionis*, incoquendum est.

Ἐνζέομαι, f. έσομαι, inferueo.
Ἔνη, f. ἔνη, vetus, (v. infra ἔνος. 2) ἔνη καὶ νέα, tricesimus seu vltimus dies mensis, Atticis: proprie vetus & noua sc. luna, quia finis lunæ veteris, & initium nouæ in eundem diem incidunt.
Ἐνηβάω, pubesco. 2) iuueniliter lasciuio, delectationibus indulgeo.
Ἐνηβητήριον, ε, τὸ, locus amœnus, in quo iuuenes, voluptatibus & exercitationibus corporis amorumque indulgent. A seq.
Ἔνηβος, ε, ὁ, ἡ, puber. Ex ἐν & ἥβη, *pubertas*.
Ἐνήδομαι, delector in.
Ἐνηδονος, ε, ὁ, ἡ, voluptati deditus. 2) cum voluptate coniunctus.
Ἐνηδύνω, f. νῶ, exhilaro.
Ἐνηδυπαθέω, ῶ, f. ήσω, suauitate & voluptate fruor in re aliqua, oblector.
Ἐνήεια, ας, ἡ, benignitas, mansuetudo. A sq.
Ἐνηής, έος, ὁ, ἡ, benignus, placidus, mitis.
Ἐνήκοος, ε, ἡ, audiendi facultate præditus.
Ἐνήλατα, ων, τὰ, ligna recta, in quæ defiguntur & adiguntur gradus scalæ. 2) claui rotam in axe continentes. 3) spondæ, & in *Singulari* ἐνήλατον, sponda ap. Iosephum pars throni in qua sedetur. 4) genus placentæ, sic dictum ex eo, quod in massam segmenta nucum amygdalarum, aliorumque fructuum ingererentur. apud Demosth.
Ἐνήλικος, ε, ὁ, ἡ, puber. A seq.
Ἐνῆλιξ, ικος, ὁ, ἡ, idem.
Ἐνηλλαγμένως, *Adu.* ordine permutato, ordine inuerso, vicissim. Ab ἐναλλάττω.
Ἐνηλύσιον, locus de cœlo tactus, bidental. Ab ἤλυσις, *aduentus, ingressus*, sicut Iupiter *fulminator* dicitur καταιβάτης, quasi *descensor*.
Ἐνήλωσις, εως, ἡ, insertio clauorum, item, claui ipsi, ab ἐν & ἡλόω, *clauis firmo*.
Ἐνῆμαι, f. ήσομαι, insideo.
Ἐνηρεμέω, ῶ, f. ήσω, quiesco in.
Ἐνήρης, εος, ὁ, ἡ, nauis remigio instructa. Ex ἐν & ἐρέσσω, *remigo*, vel ἄρω.
Ἐνηχέω, ῶ, f. ήσω, intono. 2) inculco, doceo.
Ἐνήχημα, ατος, τὸ, tinnitus auris, ex acri sono reliquus.
Ἔνηχος, ε, ὁ, ἡ, sonans, sonorus.
ΕΝΘΑ, *Adu.* hic. 2) ibi, illic. 3) vbi. 4) tum.
Ἐνθάδε *Adu.* hic, isthic. 2) huc. Att. ἐνθαδί.
Ἐνθακέω, ῶ, f. ήσω, insideo.
Ἐνθάκησις, εως, ἡ, insessio. A pr.
Ἐνθαλασσεύω, vel ἐνθαλαττεύω, f. εύσω, in mari versor, mare frequento, in mari nauigo, duro.
Ἐνθάλαττος & ἐνθαλάττιος, ον, marinus. Ex ἐν & θάλαττα.
Ἐνθάλπω, foueo, velut in sinu.
Ἐνθανατόω, f. ώσω, capitis condemno.
Ἐνθάπτω, f. ψω, sepelio in.
Ἐνθαρσέω, ῶ, & Attice, ἐνθαῤῥέω, ῶ, f. ήσω, confido, bono animo sum in.
Ἐνθεάζω, & ἐνθεάζομαι, diuino spiritu adflatus sum, sum ἔνθεος, deo plenus.
Ἐνθεαστικὸς, ἡ, ὸν, qui fanatico furore agitatur, fanaticus, numine adflatus, qui numine adflari solet. A pr.

Ἐνθεαστικῶς, ritu fanatico. A pr.

Ἔνθεμα, ατος, τὸ, surculus, qui inferitur arbori. Ab ἐντίθημι.

Ἐνθεματισμὸς, ὁ, insitio.

Ἐνθέμιον, ου, τὸ, interior pars puppis, quo sarcinae vel merces imponuntur. v. ἐνθήκη.

Ἔνθεν, Adv. hinc. 2) illinc.

Ἐνθένδε, Adv. idem & ex inde.

Ἐνθενδί, Adv. idem.

Ἔνθεος, ου & ἔνθους, ου, ὁ, ἡ, numine adflatus, diuinus, concitus.

Ἐνθεοστασέω, f. σω, curato tectio, percolo.

Ἐνθεραπεύω, f. ευσω, colo in.

Ἐνθερίζω, fut. ίσω, aestatem in aliquo loco ago.

Ἔνθερμος, ου, ὁ, ἡ, calidus, feruidus.

Ἔνθεσις, εως, ἡ, interpositio. 2) bolus, buccella.

Ἔνθεσμος, ου, ὁ, ἡ, qui leges feruat. 2) legitimus, licitus, legi conueniens.

Ἐνθέσμως, Adu. legitime, vt fas eſt. A pr.

Ἔνθετος, ου, ὁ καὶ ἡ, insitus, infertus alicui rei. Ab ἐντίθημι.

Ἐνθέως, sancte, pie. 2) furiose. Ab ἔνθεος.

Ἐνθήκη, ης, ἡ, merces, proprie, quae imponuntur nauibus die Ladung.

Ἐνθηλυπαθέω, ῶ, f. ήσω, muliebriter facio. Ex ἐν, θῆλυς & πάσχω.

Ἔνθηρος, ου, ὁ, ἡ, feras habens. Epith. filuae. 2) a ferpente ictus. Soph. Ex ἐν & θήρ.

Ἔνθλασις, εως, ἡ, cauitas in capite facta a contusione. Ab feq.

Ἐνθλάω, fut. άσω, contundo, f. tundo, premo vt lateat, flectitur, cedat interiori parte vel in medio.

Ἐνθλίβω, f. ψω, infringo, imprimo.

Ἐνθνήσκω, immorior.

Ἐνθορέω, ῶ, insilio.

Ἔνθους, vide ἔνθεος.

Ἐνθουσιάζω, f. άσω, fanatico, feu diuino furore agor. ἐνθουσιαζόμενος, limphaticus. A feq.

Ἐνθουσιᾶν, limphari, infanire. in Particip. ἐνθουσιῶν, infaniens. Ab ἔνθεος.

Ἐνθουσίασις, εως, ἡ, fanaticus feu diuinus adflatus. A pr.

Ἐνθουσιασμὸς, οῦ, ὁ, idem. 2) acerrimum rei ſtudium. Ab ἐνθουσιάω.

Ἐνθουσιαστὴς, οῦ, ὁ, numine adflatus, fanaticus. Ab eod.

Ἐνθουσιαστικὸς, ἡ, ὸν, numine adflatus, qui numine adflari folet. 2) animos furore diuino corripiens. A pr.

Ἐνθουσιαστικῶς, Adu. more eorum, qui furore fanatico aguntur. A pr.

Ἐνθουσιώδης, εος, ὁ, ἡ, idem quod ἐνθουσιαστικός. Ab ἐνθουσιάω.

Ἐνθουσιωδῶς, idem quod ἐνθουσιαστικῶς.

Ἐνθράττω, f. ξω, pungo. affligo.

Ἐνθριόομαι, οῦμαι, foliis totus inuoluor, Praet. ἐντεθριῶσθαι, inuolui. Ab ἐν & θρίον, ficus folium.

Ἐνθρονισμὸς, ὁ, inauguratio Epifcopi. Vox Eccl.

Ἐνθρονιστικὸν, τὸ, cathedraticum, quod datur pro ordinatione ab Epifcopo. Vox Eccl.

Ἐνθρονίζω, fut. ίσω, in throno colloco. Hinc ἐνθρονίζομαι, in throno fedeo.

Ἔνθρονος, ὁ & ἡ, in folio fedens. Epith. regis.

Ἐνθρυλλέω, f. ήσω, idem quod feq.

Ἐνθρυλλίζω, f. ίσω, immurmuro, infufurro.

Ἔνθρυπτον, ου, τὸ, intritum. 2) placenta.

Ἐνθρύπτω, f. ψω, intero.

Ἐνθρώσκω, infilio.

Ἐνθυμέομαι, οῦμαι, cogito, mente agito, animo concipio, expendo, confidero, reputo.

Ἐνθύμημα, ατος, τὸ, animi conceptus, cogitatio, commentum. 2) argumentum & fententia oratoria, imprimis conftans interrogatione e contrariis. 3) fpecies Syllogifmi, Enthymema.

Ἐνθυμηματικὸς, ἡ, ὸν, enthymemate conftans. 2) acutus in argumentando, dicendo. A pr.

Ἐνθυμημάτιον, τὸ, fententiola argutula materiam τοῦ ἐνθυμεῖσθαι, fecum cogitandi relinquens. Ab eod.

Ἐνθυμηματώδης, εος, ὁς, acutis argumentationibus refertus. Ab eod.

Ἐνθύμησις, εως, ἡ, cogitatio, confideratio. 2) commentatio. Ab ἐνθυμέομαι.

Ἐνθυμία, ας, ἡ, cogitatio. Ab ἔνθυμος.

Ἐνθυμιάω, ῶ, fuffio, odoribus repleo.

Ἐνθυμίζομαι, cogito, reputo. Ab ἔνθυμος.

Ἐνθύμιον, ου, τὸ, quicquid in animo reponitur. 2) piaculum (ἄγος) quicquid in religionem, aut omen trahi poteſt: f. cogitatio a tali re orta, religio: vnde ἐνθύμιον ποιεῖσθαι, in religionem fibi vertere, f. in omen. A feq.

Ἐνθύμιος, ον, qui curae eſt alteri. Ab ἔνθυμος.

Ἐνθυμιστὸς, ἡ, ὸν, cuius ratio habetur in re aliqua: ἐνθυμιστὸν ποιεῖσθαι, religioni fibi ducere, Herodotus.

Ἔνθυμος, ου, ὁ, ἡ, qui eſt animo praefenti, in quo eſt animus fortis, animofus.

Ἐνθύμως, Adu. forriter, alacriter. A pr.

Ἐνθυσιάζω, f. άσω, facrifico in.

Ἐνθωρακίζω, f. ίσω, lorico.

Ἔνι pro ἔνεστι, ineſt, licet.

Ἐνὶ pro ἐν, in.

Ἐνιαυσιαῖος, α, ον, annuus. A feq.

Ἐνιαύσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, annuus, anniculus, anniverfarius, annum durans. ἐνιαύσια, Adu. quotannis. Ab ἐνιαυτός.

Ἐνιαυτίζω, annum tranfigo. A feq.

ἘΝΙΑΥΤΟΣ, οῦ, ὁ, annus.

Ἐνιαυτοφορέω, ῶ, f. ήσω, annuum fructum fero.

Ἐνιαυτοφόρος, ου, ὁ, ἡ, annuum fructum ferens. Ex ἐνιαυτὸς & φέρω.

Ἐνιαύω, f. αύσω, immoror, habito. 2) dormio in, vel apud.

Ἐνιαχῆ, Adu. nonnullis in locis aut partibus. Ab ἔνιοι.

Ἐνιαχοῦ, Adu. alicubi, aliquando, interdum. Ab eod.

Ἐνιβάλλω, poët. pro ἐμβ.

Ἐνίγυιος, ου, ὁ, ἡ, vno membro feu pede mutilus, claudus. Suidas. Ex ἐνὶ & γυῖον, membrum.

Ἐνιδρόω, ῶ, f. ώσω, infudo.

Ἐνιδρύω, & ἐνιδρύω, colloco in. 2) fundo, firmo.

Ἐνιζάνω,

'Ενιζάνω, f. ζήσω, insideo, subsideo.
'Ενιζευγνύω, adiungo, fut. εύξω: vnde ἐνιζευχθεὶς, iunctus. Ab ἐνὶ pro ἐν & ζευγνύω, iungo.
'Ενίζησις, ἡ, insessio. Ab ἐνιζάνω.
'Ενίζημα, τὸ, sedes. Ab eod.
'Ενίζω, insideo.
'Ενίζω, f. ίσω, vnum pono, facio, copulo.
'Ενίημι, f. ήσω, immitto, infigo, iniicio.
'Ενικατατίθημι, depono in, repono.
'Ενικλάω, f. άσω, intringo.
'Ενικλείω, f. είσω, includo.
'Ενικμος, ου, ὁ, ἡ, humidus. Ex ἐν & ἰκμὰς, humor.
'Ενικνέομαι, ῦμαι, intro, penetro.
'Ενικνήθω, f. ήσω, intero radendo vngue, vel radula carptum intero.
'Ενικὸς, ἡ, ὸν, singularis. Ab ἕν.
'Ενικρίνεσθαι pro ἐγκρίνεσθαι, adnumerari; vnde ἐνικριθῆναι.
'Ενικῶς, Adu. singulariter, numero singulari.
'Ενίλλω, irrideo oculis. Eustath.
'Ενιλλωπέω, ῶ, f. ήσω, oculos contorqueo, seu distorqueo. 2) irrideo, subsanno.
'Ενιλλώπτω, idem.
'Ενιοβολέω, ῶ, f. ήσω, veneno inficio. Ex ἐν & ἰοβόλος, venenum eiaculans.
'ΕΝΙΟΙ, αι, α, quidam, nonnulli.
'Ενίοτε, Adu. interdum. 2) aliquando. 3) aliquoties. A pr.
'Ενιπὴ, ῆς, ἡ, increpatio. Ab ἐνίπτω.
'Ενίπλειος, poëtice pro ἔμπλεος, plenus.
'Ενιπλήθω, f. ήσω, impleo pro ἐμπλ.
'Ενιπλήσσω, vel ἐνιπλήττω, f. ξω, terrorem incutio. 2) irruo, incido, pro ἐμπλ.
'Ενιππάζομαι, f. άσομαι, equo inuehor, inequito, locum equo persulto.
'Ενιππεύω, f. εύσω, idem.
'Ενιπρήθω, f. ήσω, pro ἐμπρ.
'Ενιπτάζω, f. άσω, increpo. Ab ἐνίπτω.
'Ενιπτύω, f. ύσω, inspuo, pro ἐμπτύω.
'Ενίπτω, f. ψω, dico. 2) obiurgo. Ex ἐν & ἔπω vel ἴπτω, premo torquendo. v. ἐνίσσω.
'Ενισαλλω, arefacio, vt simplex.
'Ενισκήπτω, f. ψω, innitor, incumbo, infligo.
'Ενισκίμπτω, f. ψω, idem. 2) infigo.
'Ενισπέω, ῶ, f. ήσω, dico, pro ἐνίσπω.
'Ενίσπω, dico, enarro. 2) increpo, obiurgo, pro ἐνίπω. v. ἐνίπτω.
'Ενίσσω, verbis asperis incesso, obiurgo, iniuria afficio. Ab ἐνίπτω.
'Ενίστημι, statuo inter, interpono. 2) colloco 3) In aor. 2. & ἐνίσταμαι, insisto, insto. 4) instituo, incipio. 5) intendo. 6) immineo, obseruo. 7) obsisto, repugno, intercedo, impedio.
'Ενισχνος, ου, ὁ, ἡ, gracilis, tenuis, vt simplex.
'Ενισχυρίζομαι, f. ίσομαι, innitor, fiduciam colloco, simulo, affecto fortem, firmum, ferocem.
'Ενισχύω, f. ύσω, vires sumo, inualesco. 2) corroboro, validum reddo.
'Ενίσχω, detineo, retineo; ἐνίσχομαι, inhæreo. 2) hæsito in loquendo.

'Ενιτρέφω, fut. θρέψω, alo, seu innutrio, pro ἐντρ.
'Ενιχρίμπτω, f. ψω, appropinquo. pro ἐγχρ.
'Ενκαπτω, auide edo.
'Ενλείπομαι, vsitatius, ἐλλείπομαι, deficio.
'Ενναέτειρα, ας, ἡ, inhabitatrix. A seq.
'Ενναετὴρ, ῆρος, ὁ, inhabitator, incola. Ex ἐν & ναιέτης, habitator. v. ἐνναέτης.
'Ενναετηρὶς, ίδος, ἡ, nouennium.
'Ενναέτηρος, ου, ὁ, nouennis. A seq.
'Ενναετὴς, nouennis. Fem. ἐνναέτης, ἐννάετες, per nouem annos. Ex ἐννέα & ἔτος.
'Ενναέτης, ου, ὁ, inhabitator. Fem. ἐνναέτις, inhabitatrix.
'Ένναιος, ὁ, idem qui ἔνναος, sed vitiose scriptura est, legendumque ἔνναος, Schol. Apoll.
'Ενναίω, inhabito, incolo.
'Εννάκις, nouies. Ab ἐννέα.
'Εννακοσιαστὸς, ἡ, ὸν, nongentesimus. A seq.
'Εννακόσιοι, αι, α, nongenti.
'Ενναταῖος, αία, αῖον, qui nono die venit, moritur &c. A seq.
'Ένατος, η, ον, nonus. Hinc τὰ ἔννατα, ων, sc. ἱερὰ, memoriæ mortuorum nono die celebratæ, nouendialia. (melius ἐνναταῖα.)
'Ενναυλοχέομαι, in portu sto, de naui.
'Ενναυμαχέω, ῶ, f. ήσω, pugna nauali dimico, in aliquo lacu v. c.
'ΕΝΝΕ'Α, nouem, in deriuatis & compositis etiam ἐννα.
'Εννεάβοιος, ου, ὁ, ἡ, nouem boum pretium æquans. Ex ἐννέα & βοῦς, bos. Sed βιος, & βοιος videntur meræ terminationes esse, nil commune cum boue habentes. v. ἀντίβιος.
'Εννεαγήρως, ω, ὁ, ἡ, qui nouem ætates vixit. Ex ἐννέα & γῆρας.
'Εννεάδεσμος, ου, ὁ, ἡ, qui nouem vinculis seu iuncturis continetur. 2) multis vinculis ligatus.
'Εννεαδικὸς, ἡ, ὸν, nouenarius, nonarius.
'Εννεάζω, f. άσω, iuuentutem tero, adolesco in aliquo studio.
'Εννεακαίδεκα, vndeuiginti.
'Εννεακαιδεκαετηρὶς, ίδος, ἡ, cyclus vndeuiginti annorum. A pr. & ἔτος.
'Εννεακαιδεκαταῖος, αία, αῖον, vndeuicesimo die veniens, rediens, moriens, eueniens &c.
'Εννεακαιδέκατος, ατη, ον, vndeuicesimus.
'Εννεακεντρος, ου, ὁ, ἡ, nouem habens stimulos siue aculeos. Ex ε. & κέντρον.
'Εννεάκις, Adu. nouies.
'Εννεακρουνος, ου, ὁ, ἡ, nouem habens fistulas aquam fundentes. 2) nomen fontis Athenis, ante Callirrhoë dicebatur.
'Εννεακλινος, ὁ, ἡ, nouem lectis stratis constans. Ex ε. & κλίνη.
'Εννεάλινος, ου, ὁ καὶ ἡ, nouemplici filo plexus. Ex ἐ. & λίνον.
'Εννεάμηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui nouem mensium est. Ex ἐ. & μήν.
'Εννεάμυκλος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui nouem annorum est, robustus, validus. Hesych. Ex ἐννέα & μύκλος, ruga in collis asinorum, e quibus ætas eorum dignoscitur.

 'Εννεά-

Ἐννεάνυχις, *Adu.* per nouem noctes aliquid facere. Ex ἐ. & νύξ.
Ἐννεάπηχυς, εος, ὁ, ἡ, nouem cubitos æquans.
Ἐννεαπλάσιος, ία, ιον, nouemplex.
Ἐννεάπους, οδος, ὁ, ἡ, nouem pedes æquans.
Ἐννεάπυλος, ὁ, ἡ, nouem portas habens. Ex ἐ. & πύλη.
Ἐννεάς, άδος, ἡ, numerus nouenarius: nouem.
Ἐννεάφθογγος, ου, ὁ, ἡ, nouem sonos reddens.
Ἐννεάφωνος, ου, ὁ, ἡ, nouem voces habens. Ex ἐ. & φωνή.
Ἐννεαχίλοι, apud Hom. pro ἐννεακισχίλιοι, nouies mille.
Ἐννεάχορδος, ου, ὁ, ἡ, nouem chordas habens, nouem intentus fidibus. Ex ἐ. & χορδή.
Ἐννέμω, pasco in.
Ἐννενήκοντα, nonaginta.
Ἐννενηκονταέτης, & τέτης, qui nonaginta annorum est. E pr. & ἔτος.
Ἐννενηκοστὸς, ἡ, ὸν, nonagesimus.
Ἐννεόργυιος, ου, ὁ, ἡ, nouem vlnas (orgyias) longus. Ex ἐννέα & ὀργυιά.
Ἐννεὸς, ὰ, ὸν, pro ἐνεός.
Ἐννεοτροφεῖσθαι, ἐννεοτροφηθεὶς, ab adolescentia innutritus.
Ἐννεοττεύω, f. εύσω, nidifico in.
Ἐννέπω, dico, loquor. Ex ἐν & ἔπω. v. ἐνίσπω.
Ἐννεσία, ας, ἡ, pro ἐνεσία.
Ἐννεύω, f. εύσω, innuo, nutu significo. 2) vergo ad aliquid.
Ἐννέωρος, ου, ὁ, ἡ, nouennis. Ex ἐννέα & ὥρα, *annus.*
Ἐννῆμαρ, *Adu.* per nouem dies. Ex eod. & ἦμαρ.
Ἐννήρης, sc. ναῦς, ἡ, nouem ordines remorum habens nauis. Ab ἐννέα & ἐρέσσω, *remigo* vel ἄρω.
Ἔννηφιν, in perendinum, perendie. Ex ἔννη pro ἔνη & syllabica adiectione φι.
Ἐννοέω, ῶ, f. ήσω, mente concipio, cogito.
Ἐννόημα, ατος, τὸ, animi conceptus, cogitatio.
Ἐννοηματικὸς, ἡ, ὸν, idem quod ἐννοητικός. A pr.
Ἔννοια, ας, ἡ, cogitatio. Ab ἐννοέω.
Ἐννομολέσχης, ου, ὁ, qui de legibus confabulatur. Ex ἐν, νόμος & λέσχη, *confabulatio.*
Ἔννομος, ου, ὁ, ἡ, legitimus, legibus consentaneus, iustus. 2) legi obnoxius. 3) ἔννομα, *Adu.* legitime.
Ἐννόμως, legitime, ex lege, secundum legem.
Ἔννοος, contr. ἔννους, ου, ὁ, ἡ, mentis compos, sapiens, prudens.
Ἔννος, ου, ὁ, vetus, pro ἔνος.
Ἐννοσίγαιος, ου, ὁ, quassator terræ, Epitheton Neptuni, pro ἐνοσίγ. Ex ἐνόθω & γαῖα.
Ἐννοσίδης, ου, ὁ, idem. A seq.
Ἔννοσις, εως, ἡ, idem quod ἔνοσις, quassatio.
Ἐννοσίφυλλος, ου, ὁ, ἡ, quatiens seu agitans folia seu frondes. 2) in quo frondes seu folia agitantur. Ex ἐνόθω & φύλλον.
Ἐννοσσεύω, pullos gigno, nidifico, v. ἐννεοττ.
Ἐννοσσοποιέω, idem.
Ἐννότιος & ἔννοτος, ὁ, ἡ, humidus, irriguus. Ex ἐν & νοτία, νότος.
Ἐννυκτερεύω, f. εύσω, pernocto in.
Ἔννυμι, vel ἕννυμι, ἐννύω, induo. A ἕω, idem.

Ἐννυὸς, οῦ, ἡ, nurus. Ex ἐν & νυὸς, idem.
Ἐννυστάζω, dormio in loco aliquo, vel sermone, lectione.
Ἐννύχιος, ου, ὁ, ἡ, nocturnus, ἐννύχιον, noctu. Ex ἐν & νύξ.
Ἔννυχος, ου, ὁ, ἡ, nocturnus, ἔννυχον, noctu, ἐννυχώτερον, *Adu.* maturius, longius ante diem.
Ἔννωθρος, ου, ὁ, ἡ, torpidus.
Ἐνόδιος, ου, ὁ, ἡ, in via positus, obuius. 2) quod incidit seu offertur in via. 3) aptus itineri, vt ὅπλα ἐνόδια, quibus vti solent viatores. 4) τὰ ἐνόδια, casses. 5) ἡ Ἐνοδία, Dianæ Epith. Ex ἐν & ὁδός.
Ἐνοδῖτις, ἡ, vialis dea, præses viæ, dux viæ.
Ἐνοικίδιος, ον, domesticus.
Ἔνοδμος, ου, ὁ, ἡ, odoratus. Ex ἐν & ὀδμή.
Ἐνόθω, f. όσω, quatio, agito.
Ἐνοιδὴς, έος, ὁ, ἡ, turgidus, tumidus. Ex ἐν & οἶδος, *tumor.*
Ἐνοικήσιμος, ον, habitalis.
Ἐνοικέω, ῶ, f. ήσω, incolo, inhabito.
Ἐνοικίδιος, ον, domesticus, ἐνοικίδια σκεύη, supellex.
Ἐνοίκησις, εως, ἡ, inhabitatio.
Ἐνοικίζω, f. ίσω, in ædibus colloco, in domum introduco, domo excipio.
Ἐνοίκιον, ου, τὸ, pretium conductæ domus. 2) merces, quæ hospiti datur, ad quem diuertimus. Ab ἔνοικος.
Ἐνοίκισμα, τος, τὸ, inhabitatio.
Ἐνοικοδομέω, ῶ, f. ήσω, inædifico.
Ἔνοικος, ου, ὁ καὶ ἡ, incola, inquilinus, qui domum aliquo in loco habet.
Ἐνοικουρέω, ῶ, domi maneo.
Ἐνοινοφλυεῖν, vino se largius ingurgitare.
Ἐνοινοχοέω, ῶ, f. ήσω, vinum infundo.
Ἐνοκλάζω, f. άσω, genibus flexis subsido.
Ἐνολισθαίνω, labor in, nuto.
Ἔνολμος, ου, ὁ, diuinus vates. Ex ἐν & ὅλμος, pro tripode, quia ex hoc, inter alia, Apollo olim responsa dabat.
Ἐνομιλέω, ῶ, f. ήσω, in consuetudine alicuius sum, conuersor.
Ἐνομόργνυμι, f. ξομαι, abstergo, seu detergo in.
Ἐνὸν, *Imperson.* cum liceat, τὸ ἐνὸν, facultas. Ab ἔνεστι.
Ἐνοπὴ, ῆς, ἡ, vox, clamor. Ab ἐνέπω.
Ἐνοπλίζομαι, armor.
Ἐνόπλιος, ου, ὁ, ἡ, qui in armis est, vel fit. A seq.
Ἔνοπλος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem.
Ἑνοποιέω, ῶ, f. ήσω, vnum facio.
Ἑνοποιὸς, ου, ὁ, ἡ, vnum faciens, vim vniendi habens.
Ἐνοπτρεύομαι, fut. εύσομαι, intueor in speculum.
Ἐνοπτρίζω, f. ίσω, in modum speculi illumino. Hinc ἐνοπτρίζομαι, intueor velut in speculo.
Ἔνοπτρον, ου, ὁ καὶ ἡ, speculum. 2) quidquid lucem reflectit. Ex ἐν & ὄπτομαι, *video.*
Ἐνοράω, ῶ, inspicio, animaduerto.
Ἐνόρασις, ἡ, spectatio, inspectio.
Ἐνόριος, ου, ὁ, ἡ, qui intra terminos est. Ex ἐν & ὅρος, *terminus.*

Ἐνόρκιος,

Ἐνόρκιος, ε, ὁ, ἡ, qui iureiurando fit. τὸ ἐνόρκιον, iusiurandum. (sc. ἱερὸν) A seq.
Ἔνορκος, ε, ὁ καὶ ἡ, iuratus, iureiurando obstrictus, vel confirmatus.
Ἐνόρκως, iurato. A pr.
Ἐνορμάω, inicio, impello. *In med.* vado. venio.
Ἐνορμίζω, f. ίσω, & ἐνορμίζομαι, nauem in stationem appello, portum teneo, vel capio.
Ἐνορμίτης, ε, ὁ, qui in portu stationem habet. Ex ἐν & ὅρμος, *portus.*
Ἐνορόω, f. ώσω, irruo, insilio.
Ἐνόρχης, ε, ὁ, qui vnum habet testiculum. Ex ἐν & ὄρχις, *testiculus.*
Ἔνορχος, ε, ὁ, ἡ, idem.
Ἐνόρχης, ε, ὁ, testiculos habens, testiculatus.
Ἐνορχίς, ιος, idem.
Ἐνόρω, excito, concito in: vnde occurrunt ἐνῶρσας, excitasti, ἐνῶρτο, excitabatur, consurgebat. Ex ἐν & ὄρω, quod idem significat.
ΕΝΟΣ, vel ἔνος, ε, ὁ, annus.
Ἔνος, η, ον, vel ἕνος, ἕνη, ἕνον, annuus. 2) vetus. Hinc ἕνη καὶ νέα, vltima dies mensis lunaris, quasi vetus & noua. Pro vespera ἕνη quidam accipiunt ap. Theocr. v. ἕνη.
Ἔνοσις, εως, ἡ, motio, motus. Ab ἐνόθω.
Ἐνοσίγαιος, ε, ὁ, v. ἐννοσίγαιος.
Ἐνοσίχθων, ονος, ὁ, ἡ, idem. Ex eod. & χθ.
Ἑνότης, ητος, ἡ, vnitas. Ab ἕν.
Ἔνουλα, ων, τὰ, gingiuæ interiores, carnes quæ dentes intra ambiunt. Ex ἐν & οὖλον, *gingiua.*
Ἐνουλισμὸς, ὁ, crispatio v. c. comæ, quæ fit calamistro. Ab ἐν & οὖλος, *crispus.*
Ἐνουράνιος, ε, ὁ, ἡ, qui in cœlis est, cœlestis.
Ἐνουρέω, f. ήσω, immeio, vt in cineres patris, quæ cum sit atrox contumelia, vniuerse ἐνουρεῖν τινι est aliquem contumelia afficere. 2) vrinam non contineo.
Ἐνουρήθρα, ας, ἡ, matula, matella.
Ἔνουρος, ε, ὁ, ἡ, qui in vrina est. Ex ἐν & οὖρον, *vrina.*
Ἐνούσιος, ε, ὁ, ἡ, substantialis. 2) substantiæ inhærens. 3) innatus. 4) opulentus.
Ἐνοφείλομαι, debeor, de pecunia sub hypotheca, pignore.
Ἐνοφθαλμιάω, ῶ, oculos alicui rei adiicio, appeto.
Ἐνοφθαλμίζω, f. ίσω, inoculo, gemmam cum exiguo cortice in delibratam arborem infero.
Ἐνοφθαλμισμὸς, ε, ὁ, inoculatio.
Ἐνοχὴ, ῆς, ἡ, obligatio, nexus. Ab ἐνέχομαι.
Ἐνόχιον, ε, ὁ, ἡ, pretium pensionis.
Ἐνοχλέω, ῶ, f. ήσω, turbo, molestus sum.
Ἐνοχοποιὸς, ὸν, obligationem afferens. A seq. & ποιέω.
Ἔνοχος, ε, ὁ, ἡ, qui tenetur quasi vinctus & obstrictus. 2) obnoxius, obstrictus, reus.
Ἑνόω, ῶ, f. ώσω, vnio, aduno.
Ἐνράπτω, ῶ, f. ψω, insuo, includo.
Ἐνράσσω, f. ξω, illido, irruo, nitendo effringo. A seq.
Ἐνρήσσω, f. ξω, idem.
Ἐνριγόω, ῶ, frigo in. Vnde ἐνεῤῥίγωτα.

Ἐνρίπτω, f. ψω, coniicio in aliquem.
Ἐνριζόω, f. ώσω, radices ago in.
Ἐνρυθμικὸς, ἡ, ὸν, qui rhythmos, numeros seruat.
Ἔνρυθμος, ε, ὁ καὶ ἡ, rhythmis & numeris constans, habens rhythmos.
Ἐνσαρόω, f. ώσω, verro.
Ἐνσείω, f. είσω, incutio, infligo.
Ἐνσήθω, incerno, cribro, cribro transmitto.
Ἐνσημαίνω, & ἐνσημαίνομαι, significo, exprimo, imprimo.
Ἐνσημειόομαι, ῦμαι, significo vbi aliquid fit, indico.
Ἐνσιαλόω, f. ώσω, inspuo. Ex ἐν & σίαλον, *saliua.*
Ἔνσιμος, ε, ὁ, ἡ, simus, vt simpl. (nisi quod ἐν hic vim significationis minuere videtur, vt lat. *sub.*)
Ἐνσκευάζω, f. άσω, instruo, induo, orno.
Ἐνσκηνοβατέω, ῶ, f. ήσω, in scenam vel proscenium produco.
Ἐνσκήπτω, f. ψω, ingruo, irruo, vt fulmen.
Ἐνσκιατροφέομαι, ῦμαι, vitam vmbratilem dego.
Ἐνσκιῤῥόομαι, scirrhum duco, in scirrhum degenero.
Ἐνσκλημι, exarefacio, induro; *in perf.* indurui, durus sum.
Ἐνσοριάζω, f. άσω, in loculo condo, sepelio. Ex ἐν & σορὸς, *loculus.*
Ἐνσπαργανόω, ῶ, f. ώσω, fasciis inuoluo.
Ἐνσπείρω, infero, insemino. 2) inicio.
Ἐνσπερμος, ε, ὁ, ἡ, in quo semen inest. 2) qui copioso est semine.
Ἐνσπόδος, ε, ὁ, ἡ, cinericius, pulnerulentus.
Ἔνσπονδος, ε, ὁ, ἡ, fœdere iunctus, fœderi inclusus, confœderatus. 2) qui a bello fit amicus. Ex ἐν & σπονδὴ, *fœdus.*
Ἐνσπόνδως, *Adu.* cum ἔχειν est fœdere iunctum esse. 2) e fœdere, seruato fœdere.
Ἐνστάζω, f. ξω, instillo.
Ἐνσταλάζω, f. ξω, instillo.
Ἔνστασις, εως, ἡ, exordium rei institutæ. 2) intentio litis & caussæ. 3) pugnax contentio, aduersatio. 4) propositum, institutum. 5) figura oratoria, s. argumentum contrarium ad refellendum aduersarium. Ab ἐνίστημι, *statuo in.*
Ἐνστάτης, ε, ὁ, qui in via obsistit. Ab eod.
Ἐνστατικὸς, ὴ, ὸν, instans & vrgens. Ab eod.
Ἐνστατικῶς, *Adu.* instanter & pugnaciter, pertinaciter inficiando vel repugnando. A pr.
Ἐνστερνίζω, in pectore figo. *In med.* in pectoris sinum recipio, amplector, complector. Ex ἐν & στέρνον, *pectus.*
Ἐνστερνομαντίας, ε, ὁ, e cuius pectore dæmon responsa dat. Ex ἐν, στέρνον & μάντις, *vates.*
Ἐνστερνόμαντις, εως, ὁ, idem.
Ἐνστηθίζω, idem quod ἐνστερνίζω, a στῆθος, *pectus.*
Ἐνστηρίζω, f. ξω, infigo, adigo in.
Ἐνστίζω, f. ξω, acu pingo in.
Ἐνστοιβάζω, instipo.
Ἐνστομίζω, f. ίσω, frenum iniicio.
Ἐνστόμιος, ε, ὁ καὶ ἡ, qui in ore est. Ab ἐνστομος.

Ἐνσόμισμα, ατος, τὸ, frenum.
Ἔνσομος, ε, ὁ, ἡ, idem quod ἐνσόμιος.
Ἐνστρατοπεδεύω, & εύομαι, castra metor seu pono in aliquo loco.
Ἐντρέφω, f. ψω, intorqueo.
Ἐνσύφω, f. ψω, adstringo linguam. 2) spisso.
Ἐνσφηνόω, ῶ, f. ώσω, cuneum intrudo, impingo velut cuneum. 2) spisso, velut adacto cuneo, coasso.
Ἐνσφραγίζω, f. ίσω, signum imprimo, nota insignio.
Ἐνσχολάζω, f. άσω, immoror, versor in.
Ἐνσχολέω, f. ήσω, idem. Ex ἐν & σχολή.
Ἐνσώματος, ε, ὁ, ἡ, corporeus, corporatus.
Ἐνσωματόω, ῶ, f. ώσω, corporea natura induo, in corpus immitto, corpore amicio.
Ἐνσωμάτωσις, εως, ἡ, animarum in corpora immissio. 2) incarnatio, ap. Eccles.
Ἐνσωρεύω, f. ύσω, accumulo, obruo.
Ἔνταλμα, ατος, τὸ, mandatum, iussum. Ab ἐντέλλω.
Ἐνταμιεύω, fut. εύσω, recondo, in thesaurum refero.
Ἐντάμνω, incido. *Ion.* pro ἐντέμνω.
Ἐντανύω, f. ύσω, intendo.
Ἐνταράσσω, f. ξω, turbo, perturbo.
Ἔντασις, εως, ἡ, intensio. Ab ἐντείνω, *intendo.*
Ἐντάσσω, vel ἐντάττω, f. ξω, interiicio, interpono.
Ἐντατικὸς, ἡ, ὸν, intendendi vim habens. Ab ἐντείνω.
Ἐντατὸς, ἡ, ὸν, intentus. Ab eod.
Ἐνταῦθα, *Adu.* hic, illic, huc, eo. Ab ἔνθα.
Ἐνταυθὶ, idem, *Attice.*
Ἐνταυθοῖ, *Adu.* illuc.
Ἐνταφιάζω, f. άσω, funero, ad sepulturam corpus compono. Ab ἐντάφιον.
Ἐνταφιασμὸς, ε, ὁ, funeratio. A pr.
Ἐνταφιαστὴς, ε, ὁ, funerator, libitinarius. Ab eod.
Ἐνταφιοπώλης, ε, ὁ, qui vendit, quæ ad sepulturam pertinent, libitinarius. E seq. & πωλέω.
Ἐντάφιος, ε, ὁ, ἡ, sepulcralis, funebris. 2) *Subst.* ἐντάφιον, τὸ, vestis, quæ induitur cadaueri, ornandi caussa. Ab ἐνθάπτω.
ΕΝΤΕΑ, ων, τὰ, arma. 2) instrumenta, vasa, v. c. conuiualia.
Ἐντείνω, f. ενῶ, intendo, v. c. manum, mentem. 2) cædo, ferio. 3) versibus exprimo, nude, & addito εἰς ἔπος.
Ἐντειχίδιος, ε, ὁ, ἡ, qui muris se continet, qui muris inclusus est. Ex ἐν & τεῖχος.
Ἐντειχίζω, fut. ίσω, munimentum & murum ædifico, muro cingo.
Ἐντείχιος, ε, ὁ, ἡ, muro cinctus. Ex ἐν & τεῖχος.
Ἐντείχισις, εως, ἡ, muri seu munimenti in loco aliquo exstructio. Ab ἐντειχίζω.
Ἐντεκμαίρομαι, colligo, coniicio, iudico.
Ἐντεκνέω, ῶ, f. ήσω, liberos procreo in. A seq.
Ἔντεκνος, ον, liberos habens. Ex ἐν & τέκνον.
Ἐντέλεια, ἡ, perfectio. Ab ἐντελής.
Ἐντελευτάω, ῶ, f. ήσω, finio vitam in, morior in.
Ἐντελέχεια, ας, ἡ, idem quod ἐνδελέχεια, vbi v.
Ἐντελεχὴς, έος, ὁ, ἡ, vide ἐνδελεχής.
Ἐντελὴς, έος, ὁ, ἡ, perfectus. Ex ἐν & τέλος.
Ἐντέλλω & ἐντέλλομαι, mando, iubeo.
Ἐντελόμισθος, ε, ὁ, ἡ, qui plenam accipit mercedem.
Ἐντελῶς, *Adu.* perfecte, absolute. Ab ἐντελής.
Ἐντεμενίζω, f. ίσω, dedico signum Dei in æde.
Ἐντέμνω, incido, scalpo. 2) cæsas hostias immolo, sed heroibus. 3) dedico heroi.
Ἐντενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, intentus, contentus. Ab ἐντείνω.
Ἐντενίζω, f. ίσω, oculos intendo, item defigo in aliqua re. A pr.
Ἔντερα, τὰ, v. ἔντερον.
Ἐντερεύω, f. εύσω, viscera eximo. A pr.
Ἐντερικὸς, ἡ, ὸν, intestinus. Ab eod.
Ἐντεριώνη, ης, ἡ, interior pars cuiuslibet rei, vt medulla, nucleus &c. 2) intima pars nauis. Ab eod.
Ἐντεριωνὶς, ίδος, ἡ, idem. Ab eod.
Ἐντεροεπιπλοκήλη, ης, ἡ, tumor scroti, ex intestino & omento simul in ipsum deuolutis. Ex eod. & ἐπιπλοκήλη, vbi v.
Ἐντεροκήλη, ης, ἡ, ramex, tumor scroti ex delapso in id intestino. Ex eodem & κήλη, *scroti tumor.*
Ἐντεροκηλήτης, ε, ὁ, ramicosus. Gl. vet. A pr.
Ἐντεροκηλικὸς, idem. Ab eodem.
Ἔντερον, ε, τὸ, intestinum. ἔντερον πέρνης, vulva. ἔντερα γῆς, lumbrici, qui ἴουλοι alias dicuntur, centipedæ. Ab ἐντός.
Ἐντερόνεια, ων, τὰ, interiora nauis ligna, quæ a carina initium ducunt. 2) ipsa carina nauis. E pr. & ναῦς.
Ἐντεροπώλης, ὁ, qui viscera, farcimina vendit.
Ἐντεσίεργος, ε, ὁ, ἡ, Epith. mulorum & equorum currus trahentium ap. Homer vertitur, iugalis. Ex ἔντεα & ἔργον.
Ἐντεσιεργὸς, ῦ, ὁ, ὁ, idem est Var. Lect. ap. Hom.
Ἐντεταμένως, *Adu.* vehementer. Ab ἐντεταμένος, quod est ab ἐντείνω.
Ἐντεῦθεν, *Adu.* hinc, ex eo, exinde. Ab ἔνθα.
Ἐντευθενὶ, *Adu.* idem, attice.
Ἔντευξις, εως, ἡ, aditus, congressus. 2) id, cuius caussa fit aditus, vt postulatio, preces, gratiarum actio. 3) lectio libri. Ab ἐντυγχάνω.
Ἐντευκτικὸς, ἡ, ὸν, qui conueniri & compellari facile potest, adfabilis, comis. Ab eod.
Ἐντευτλανόω, cum betis coquo. Ex ἐν & τεῦτλον.
Ἔντεφρος, ε, ὁ, ἡ, in quo cinis est. 2) cinereus. Ex ἐν & τέφρα.
Ἐντεχνία, ας, ἡ, peritia, eruditio. A seq.
Ἔντεχνος, ε, ὁ, ἡ, doctus, artibus instructus, peritus. 2) ab arte profectus, artificiosus.
Ἐντέχνως, perite, cum magna arte. A pr.
Ἐντήκω, f. ξω, illiquefacio, liquefactum instillo. 2) imprimo, iniicio animo, v. c. studium, odium.
Ἐντίθημι, f. ήσω, impono. 2) infero, indo, immitto.
Ἐντίκτω, f. ξω, ingenero, infero. 2) iniicio menti alicuius, v. c. opinionem.
Ἐντιλάω, ῶ, f. ήσω, caco in vel ad, merda seu stercore inquino.
Ἐντιμάομαι, ῶμαι, æstimatum accipio. v. ἐνακατιμάω.

Ἔντιμος,

Ἔντιμος, ου, ὁ, ἡ, qui in honore & pretio, habetur, spectabilis, honorabilis, honestus, honorificus. Ex ἐν & τιμή.

Ἐντιμότης, ητος, ἡ, dignitas. A pr.

Ἐντίμως, Adu. honeste, honorifice. Ab eod.

Ἐντιναγμὸς, οῦ, ὁ, incussio. A seq.

Ἐντινάσσω, vel ἐντινάττω, f. ξω, incutio.

Ἔντμημα, ατος, τὸ, incisura. Ab ἐντέμνω.

Ἐντοκος, ον, pariens, epith. puerperæ. 2) sub vsuris collocata pecunia sic dicitur, quia quasi gignit nummos. Ex ἐν & τίκτω, vel τόκος.

Ἐντολὴ, ῆς, ἡ, mandatum. Ab ἐντέλλομαι.

Ἐντολμάω, f. ήσω, audeo.

Ἐντόμια, ων, τὰ, v. ἔντομος.

Ἐντομὴ, ῆς, ἡ, incisio.

Ἐντόμια, τὰ, insecta, ap. Schol. Aristoph. Ab ἔντομος.

Ἐντομίας, ου, ὁ, eunuchus, spado, exsectus. Ab ἐντέμνω.

Ἐντομίδης, ου, ὁ, qui in funere se laniat, aut qui τὰ ἔντομα, i. e. insecta mactat, aut inferias infert. Ab eod.

Ἐντομὶς, ίδος, ἡ, incisio, incisura. 2) laceratio corporis, quæ in luctu fiebat. Ab eod.

Ἔντομος, ὁ, ἡ, sectus, incisus. Vnde 2) τὰ ἔντομα, animalcula insecta, b) sacra heroica. Gl. Vet. inferiæ.

Ἐντονία, ας, ἡ, firmitas, intensio. A seq.

Ἔντονος, ου, ὁ, ἡ, intentus. 2) acer, vehemens. Ab ἐντείνω.

Ἐντόνως, Adu. intente. 2) acriter, enixe. A pr.

Ἐντοξεύω, sagitta ferio, & tropice animo inijcio, velut amorem.

Ἐντοπίζω, f. ίσω, in loco aliquo dego, sedem non muto.

Ἐντόπιος, ου, ὁ, ἡ, inquilinus, loci incola. A seq.

Ἔντοπος, ον, idem.

Ἐντορεύω, f. εύσω, perforo. 2) ferro traiicio. 3) penetro. 4) cælo insculpo.

Ἐντορνεύω, torno rado.

Ἔντορνος, ου, ὁ, ἡ, tornatus, torno confectus. Ex ἐν & τόρνος.

Ἐντὸς, Adu. intus, intra, vnde ἐντοσθε, Adu. & ἐντοσθεν, idem.

Ἐντοσθίδια, τὰ, interiora pectoris. Poll. E pr. & σῆθος.

Ἔντοσθια, ἐντοσθίδια, (vel potius ἐντοσθιαῖα) ων, τὰ, intestina, viscera.

Ἐντραγεῖν, comedere. v. ἐντρώγω.

Ἐντραγῳδέω, f. ήσω, tragœdias ago in re aliqua, insolenter iacto.

Ἐντραπεζίτης, ου, ὁ, parasitus, mensæ adsecla. (pro συντραπ. sæpe ἐν in compositis vsurpatur pro συν.)

Ἐντραπεζίτις, ιδος, ἡ, parasitastria.

Ἐντράχυς, in quo asperitas est.

Ἐντρεπτικὸς, ή, όν, pudefaciendi, flectendi, terrendi vim habens, pudore adficiens. Ab ἐντρέπω.

Ἐντρεπτικῶς, Adu. ita vt valeat ad pudorem incutiendum.

Ἐντρέπω, f. ψω, pudore adficio, facio, vt præ pudore aliquis faciem auertat, vel potius mentem in se colligat, & in acri rei præsentis consideratione defigat. Hinc 2) ἐντρέπομαι, pudore suffundor, vereundor, reuereor. 3) dolore afficior, moueor. 4) curo, curam habeo. 5) muto, flector.

Ἐντρέφω, f. θρέψω, innutrio, nutrio, vel alo in.

Ἐντρέχεια, ας, ἡ, solertia. A seq.

Κακόσχολος, ε, ὁ, ἡ, otio abutens, malis rebus otium impendens. 2) improbus. A σχολή.
Κακοσχόλως, Adu. otio abutendo, nihil, male, noxie, inepte, frustra agendo. A pr.
Κακότακτος, ε, ὁ, ἡ, male ordinatus.
Κακοτελεύτητος, ον, male desinens, malum exitum habens. A τελευτάω.
Κακοτεχνέω, ῶ, fut. ήσω, malis artibus vtor. 2) malis artibus adultero & deprauo. 3) omnino mala fide in aliqua re vtor, inprimis. 4) falsum testimonium dico. A κακότεχνος.
Κακοτέχνης, idem quod κακότεχνος.
Κακοτεχνία, ας, ἡ, mala ars, quæ ad hominum perniciem conuertitur, maleficium. 2) falsum, quod ICti dicunt: falsum testimonium. Ab eod.
Κακοτέχνιον, ε, τὸ, idem, inpr. falsum testimonium: vnde κακοτεχνίε δίκη, aduersus eum, qui falsum testimonium dixit.
Κακότεχνος, ε, ὁ, ἡ, malis artibus deditus. 2) in malis rebus artificiosus, malignus.
Κακότης, ητος, ἡ, malitia. 2) improbitas. 3) vitium. 4) scelus. 5) ignauia, timiditas. 6) malum, calamitas, ærumna. A κακός.
Κακοτροπεύομαι, f. εύσομαι, malis artibus ago, malitiose, fraudulenter, item peruerse, dementer ago. A κακότροπος.
Κακοτροπέω, idem & ab eodem.
Κακοτροπία, ας, ἡ, mali & peruersi mores. 2) malignitas, nequitia. A seq.
Κακότροπος, ε, ὁ, ἡ, male moratus, mali moris. 2) iniquus, prauus, malignus.
Κακοτρόπως, Adu. maligne, peruerse. A pr.
Κακοτροφέω, ῶ, male nutrior, malum alimentum, siue parum alimenti, accipio. aor. I. part. κακοτροφήσας, male nutritus, & Pass. κακοτροφηθεὶς, idem. A κακότροφος.
Κακοτροφία, ας, ἡ, mala nutrimenta. Ab eodem.
Κακότροφος, ε, ὁ, ἡ, qui male nutritur. A τρέφω, alo.
Κακοτυχέω, ῶ, f. ήσω, infelix sum, infeliciter ago. A seq.
Κακοτυχὴς, έος, ὁ, ἡ, infelix, infortunatus. A τύχη, fortuna.
Κακοτυχία, ἡ, infelicitas. A pr.
Κακουποπτεύητος, ον, suspicax. Ab ὑπονοέω.
Κακεργέω, ῶ, f. ήσω, maleficus & fraudulentus sum. 2) damno adficio. A κακοῦργος.
Κακούργημα, ατος, τὸ, maleficium, facinus maleficum, scelus. A pr.
Κακουργία, ας, ἡ, improbitas, scelus, maleficium, idque fere tectum & occultum, astus, fraus, stellionatus, Gl. Vet. Ab eod.
Κακοῦργος, ε, ὁ, ἡ, maleficus, improbus, facinorosus. 2) fraudator, latro, insidiator. E κ. & ἔργον.
Κακούργως, malefice, improbe, scelerate. A pr.
Κακουχέω, ῶ, f. ήσω, male tracto, male aliquem habeo. E κ. & ἔχω.
Κακουχία, ας, ἡ, mala, dura tractatio, vexatio. 2) cultus corporis neglectus. 3) mala adfectio corporis e laboribus, fame &c. Ex iisdem.
Κακόφατις, ιδος, ἡ, male sonans, male ominata. E κ. & φημὶ s. φάτις, fama.
Κακόφατον, τὸ, mala compositio syllabarum, iunctura deformem sonum reddens, detorsio sermonis in obscœnum, e nominibus male ominatis consistens. Al. κακέμφατον. Ex iisd.
Κακοφημία, ας, ἡ, famositas. 2) obtrectatio. A seq.
Κακόφημος, ε, ὁ, ἡ, qui est mali ominis, inauspicatus. 2) famam lædens, infamiam adferens. 3) famosus. A φήμη, fama.
Κακόφθαρτος, ον, male perditus.
Κακοφθορεὺς, έως, ὁ, male, misere perdens. Nicand. A φθορά.
Κακοφθόρος, ε, ὁ, ἡ, male perdens. Idem ex eod. vel φθόρος.
Κακόφλοιος, ε, ὁ, ἡ, malum corticem habens. Nicand.
Κακοφραδὴς, έος, ὁ, ἡ, malum cogitans seu machinans. Vocat. κακοφραδές. A φράζω.
Κακοφράδμων, ..., male suadens s. consulens. Ab eod.
Κακοφρονέω, male cupio alicui. A κακόφρων.
Κακοφροσύνη, ης, ἡ, malitiosa mens. 2) stultitia. 2) mens insensata. A seq.
Κακόφρων, ονος, ὁ, ἡ, malæ vel malitiosæ mentis. 2) maleuolus. 3) stultus. A φρήν.
Κακοφυὴς, έος, ὁ, ἡ, qui praua est natura, prauo ingenio seu animo præditus. 3) male nascens, male proueniens. A φύω.
Κακοφυΐα, ας, ἡ, mala indoles, prauum ingenium, ingenii indolisque corruptio. A pr.
Κακοφωνία, ας, ἡ, vox seu sonus asper. 2) ingratus pronunciatio. A seq.
Κακόφωνος, ε, ὁ καὶ ἡ, malam vocem seu asperam habens. 2) ingratam & inamœnam pronunciationem habens. A φωνή.
Κακοφώνως, Adu. ingrata pronunciatione. A pr.
Κακοχαρτος, ε, ὁ, ἡ, alienis malis gaudens. 2) quo mali gaudent. A χαίρω.
Κακοχρασμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, impr..s. A χράομαι.
Κακοχροέω, ῶ, fut. ήσω, mali sum coloris. A κακόχροος.
Κακόχροια, ας, ἡ, malus, teter color. Ab eodem.

Κακόχροος, contr. κακόχρους, ου, ὁ, ἡ, decolor, qui mali, tetri est coloris. A χρόα.
Κακόχυλος, ου, ὁ, ἡ, qui mali est succi.
Κακοχυμία, ας, ἡ, redundantia malorum humorum. A seq.
Κακόχυμος, ου, ὁ, ἡ, malis & vitiosis humoribus plenus. 2) malos humores gignens.
Κακόψογος, ου, ὁ, ἡ, qui nequiter reprehendit, maledicus.
Κακοψυχία, ας, ἡ, ignauia, demissio, turpitudo animi. A seq.
Κακόψυχος, ου, ὁ, ἡ, pusillanimis, qui animo est demisso, siue malo. A ψυχή.
Κακόω, ῶ, f. ώσω, proprie, corrumpo, vitiosum reddo, vt aquam, turbulentam reddendo &c. 2) malo seu damno afficio, infesto, vasto, populor, vexo, affligo, male & inique tracto. κεκακωμένος, perf. pass. afflictus.
Κάκτος, ου, ὁ, cactus, spinosa quædam planta, carduus.
Κακύνω, malum vel improbum reddo, depravo, vitio, corrumpo. κακύνομαι, deprauor, degenero, improbus fio, improbe ago. 2) conuitior, infamo probris, appello κακόν. A κακός.
Κακώδης, εος, ὁ, ἡ, male olens. Ab ὄζω.
Κακωδία, ας, malus odor. A pr.
Κακώλεθρος, ον, perniciosus. Ab ὄλεθρος, pernicies.
Κακώνυμος, ον, mali nominis. Ab ὄνομα.
Κακῶς, Adu. male, improbe, perperam, misere, lamentabiliter, luctuose.
Κάκωσις, εως, ἡ, afflictio, vexatio, infestatio, corruptio, deturpatio, vitiatio. 2) clades, exitium. A κακόω.
Κακωτικὸς, ἡ, ὸν, infestandi seu vexandi vim habens, noxius. Ab eod.
ΚΑΛΑΒΡΙΖΩ, Calabros imitor. v. κολαβρ.
Καλαβρισμὸς, ου, ὁ, saltatio calabrica. A pr.
Καλάθιον, ου, τὸ, it. καλαθὶς, εος, ἡ, paruus calathus, quasillus. Dim. a κάλαθος.
Καλαθίσκος, ου, ὁ, idem & ab eod.
Καλαθισμὸς, ου, ὁ, saltationis genus, vt nonnulli opinantur, cum calathis. Ab eod.
Καλαθοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, figuram calathi habens.
Καλαθοειδῶς, calathi forma. A pr.
Κάλαθος, ου, ὁ, calathus, qualus. 2) poculum.
Καλάϊνος, ίνη, ινον, e calai lapide factus, vel continens. A seq.
ΚΑΛΛΑΙΣ, ὁ, calais, lapis quidam.
Καλαμάγρωστις, ἡ, arundineum gramen.
Καλαμώδης, ὁ, ἡ, arundinosus. A κάλαμος.
Καλαμαῖος, αία, αῖον, culmarius, qui inter culmos seu stipulas est. Ab eod.
Καλαμαία, ἡ, cicada. A pr.
Καλαμάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, stipulas lego, spicas colligo post messores. 2) racemo. 3) spolio post alium. v. ἐκκαλαμῶμαι. 4) summas olerum partes carpo & comedo. Ab eod.
Καλαμάριον, ου, τὸ, calamarium, theca, in qua reconduntur calami. Ab eod.
Καλαμαύλης, ου, ὁ, qui calamo canit. E κάλαμος & αὐλὸς, tibia.
Καλαμαυλητὴς, οῦ, ὁ, idem.
Καλαμευτὴς, οῦ, ὁ, messor. A seq.
Καλαμεύω, fut. εύσω, meto, culmos seco & colligo.
Καλάμη, ης, ἡ, stipula. 2) frumenti spica. 3) corpus senecta confectum & quasi arefactum. 4) cadauer hominis interemti.
Καλαμητομία, ας, ἡ, culmorum seu stipularum sectio. 2) messis. A seq.
Καλαμητόμος, ον, culmos secans. E κ. & τέμνω.
Καλαμήτρια, ας, ἡ, quæ stipulas colligit. 2) quæ spicas colligit. A καλαμάομαι.
Καλαμητρὶς, ίδος, ἡ, idem. Ab eod.
Καλαμηφάγος, culmos secans, de falce.
Καλαμηφορεῖν, culmos gestare.
Καλαμηφόρος, culmos gestans. A καλάμη & φέρω.
Καλαμίζω, f. ίσω, calamo cano, calamo canentes imitor. A κάλαμος.
Καλαμίνθη, ης, ἡ, calamintha, herba.
Καλαμινθώδης, έος, ὁ, ἡ, e calamintha confectus. A pr.
Καλάμινος, ίνη, ινον, arundineus. 2) arundinis speciem habens, arundinosus.
Καλάμιον, ου, τὸ, calamulus, paruus calamus, parua arundo. 2) specillum, instrumentum medicum. 3) ornamentum paruum cincinnos ambiens. Dim. a κάλαμος.
Καλαμὶς, ίδος, ἡ, arundo piscatoria. 2) calamarium, siue theca calamorum. 3) acus arundinea, qua mulieres in componendo capillo vtebantur. 4) arundinetum. Ab eodem.
Καλαμίσκος, ου, ὁ, idem quod καλάμιον.
Καλαμίτης, ου, ὁ, culmus frumenti. A καλάμη.
Καλαμῖτις, ιδος, ἡ, spicis gaudens. A pr.
Καλαμοβόας, ου, ὁ, calamostrepus. A βοάω.
Καλαμογλυφέω, ῶ, calamos, siue arundines sculpo. A seq.
Καλαμογλύφος, ου, ὁ, ἡ, calamorum, siue arundinum sculptor. E κάλαμος & γλύφω.
Καλαμοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, calami speciem habens. Ab εἶδος.
Καλαμόεις, όεσσα, όεν, arundineus. A seq.
Κάλαμος, ου, ὁ, calamus, arundo. 2) culmus. 3) virga Geometrica. 4) calamus scriptorius. 5) tibia, ap. Etym. M. siue potius testudinis μαγάδιον, (der Steeg,) quod in veterrima structura erat ex arundine, v. μαγάς. 6) stipula.
Καλαμοστεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, culmis redimitus. E pr. & στέφω, corono.
Καλαμοτύπος, ου, ὁ, auceps, quia scil. viscato calamo figit auem. Hesych. E καλ. & τύπτω, figo
Καλαμοφθέγγης, ου, ὁ, calamo sonans, arundine canens. Ex eod. & φθέγγομαι, sono.
Καλαμόφθογγος, ου, ὁ, ἡ, idem & ex iisdem.
Καλαμοφόρος, ου, ὁ, ἡ, calamum seu arundinem gestans. A φέρω, gesto.
Καλαμόφυλλος, ου, ὁ, arundinea folia habens. A φύλλον.
Καλαμώδης, εος, ὁ, ἡ, arundineus, arundinosus. Hinc τὰ καλαμώδη, scil. ἕλη, arundineta. A κάλαμος.

Καλαμὼν, ῶνος, ὁ, arundinetum. Ab eod.
Καλαμωτή, ῆς, ἡ, septum e calamis in nauium oris, siue extremis. Ab eod.
Καλαπόδιον, ȣ, τὸ, forma caligaris. Gl. Vet. vid. seq.
Καλάπες, οδος, ὁ, forma calcei caui lignea, sculponea. E κᾶλον lignum. & πȣ̃ς.
ΚΑΛΑΣΙΡΙΣ, εως, ἡ, vestis linea, ad talos demissa, tunica lata.
Καλαυρῖτις λιθάργυρος, apud Dioscoridem, spuma argenti e puro argento, forsitan quod in Calauria siue Calabria fieret.
Καλαῦροψ, οπος, ἡ, pedum, proprie, quod in summo est repandum.
Καλεσίχορος, ον, pulcros choros agens. E καλὸς & χορός.
Καλέω, ῶ, voco, arcesso. 2) appello nomine. 3) inuoco, vt deum. med. voco in ius. Fut. καλέσω. Perf. κέκληκα.
Καλήμερος, ȣ, ὁ, ἡ, cui felix est dies. 2) qui pulcram, iucundam habet diem. E καλὸς & ἡμέρα.
Καλήτωρ, ορος, ὁ, vocator. A καλέω. v. κλήτωρ.
Καλιὰ, ᾶς, ὁ, nidus. 2) cauea. 3) domus, proprie, lignea. 4) horreum. A κᾶλον.
Καλιὰς, άδος, ἡ, tugurium, domuncula. A pr.
Καλίδιον, ȣ, τὸ, domuncula, tugurium. Dim. ab eod.
Καλίκιοι, ὁ, calcei, caligæ.
Καλινδέω, ῶ, voluto, verso. καλινδȣ̃μαι, volutor, vt in puluere. καλινδηθεὶς, aor. 1. volutatus. A καλέω.
Καλιὸς, ȣ̃, ὁ, casa, tugurium. A κᾶλον.
Κάλλαια, τὰ, color purpureus, coccineus. 2) barbæ galli gallinacei, a colore. A κάλλη.
Καλλαϊνος, Adi. purpureus. 2) venetus, cæruleus, hyacinthinus. A pr.
Καλλιβλέφαρον, ȣ, τὸ, scil. φάρμακον, medicamentum ad pulcritudinem palpebrarum faciens.
Κάλλη, τὰ, vestes stragulæ exquisitioris coloris, inprimis purpurei. 2) floris genus, e quo fit color. A κάλλος.
Καλλιβόας, ȣ, ὁ, qui pulcram habet vocem. E κ. & βοάω.
Καλλίβοτρυς, υος, ὁ, ἡ, pulcros racemos habens.
Καλλίβωλος, ον, fertilis, pinguis.
Καλλιγάληνος, ον, serenus, pulcer. A γαλήνη.
Καλλιγένεια, ας, ἡ, Telluris, aut secundum alios, Cereris, epitheton. Alii nutricem, alii pedissequam Cereris volunt. E κ. & γίγνομαι.
Καλλιγέφυρος, ȣ, ὁ, ἡ, pulcro ponte iunctus. E κ. & γέφυρα, pons.
Καλλίγλȣτος, ον, nates formosas habens.
Καλλίγονος, pulchri generis. Gl. Vet.
Καλλιγραφέω, ῶ, eleganter scribo. 2) fuco.
Καλλιγραφία, ας, ἡ, elegans scriptura, scribendi pingendiue elegantia. A seq.
Καλλιγράφος, ȣ, ὁ, ἡ, qui eleganter scribit aut pingit. 2) librarius. A γράφω.
Καλλιγύναιξ, αικος, ὁ, ἡ, pulcris mulieribus abundans. A γυνή.

Καλλιδενδρος, ον, arboribus abundans, arborum copia pulcher, epith. regionis. A δένδρον.
Καλλιδίνης, ὁ, pulchre fluens, liquidus, cui sunt vortices adspectu iucundi. epith. fluvii. A δίνη, vortex.
Καλλιδιφρος, ον, pulcrum currum s. sellam, habens.
Καλλιδόναξ, κος, arundinibus abundans, epith. fluminis.
Καλλιέθειρα, ας, ἡ, quæ pulcram habet comam.
Καλλιέλαιος, ȣ, ὁ, frugifera olea. Ab ἐλαία.
Καλλιέπεια, ας, ἡ, q. d. pulcriloquentia, elegantia & ornatus sermonis, sermo ornatus. A καλλιεπὴς, cuius exemplum non notatum est.
Καλλιεπέω, ῶ, f. ήσω, eleganter loquor, ornate & eleganter dico. κεκαλλιεπημένοι λόγοι, orationes elegantibus vocabulis contextæ. Ab eodem.
Καλλιεργέω, ῶ, f. ήσω, pulcre fabricor, adfabre facio. A seq.
Καλλίεργος, ȣ, ὁ, ἡ, pulcre fabricatus, adfabre factus. Ab ἔργον.
Καλλιερέω, ῶ, f. ήσω, lito, perlito, bona exta reperio. Ab ἱερά.
Καλλιέρημα, ατος, τὸ, perlitatio. A pr.
Καλλιζυγὴς, ὲς, pulcris equis iunctus. A ζυγός.
Καλλίζωνος, ἡ, pulchro cingulo ornata, pulcra. A ζώνη.
Καλλιθέμεθλος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, pulcre fundatus. A θεμέθλον, fundamentum.
Καλλίθριξ, χος, ὁ καὶ ἡ, habens pulcros capillos.
Καλλίθυτος, ȣ, ὁ, ἡ, bonis auspiciis aut rite sacrificatus. 2) in quo pulcra aut splendida sacrificia fiunt. A θύω.
Καλλικαρπέω, ῶ, f. ήσω, bonos vel pulcros, iucundos ad oculum & palatum fructus edo vel fero. A καλλίκαρπος.
Καλλικαρπία, ας, ἡ, pulcrorum fructuum vbertas. 2) fructuum pulcritudo & venustas. Ab eodem.
Καλλίκαρπος, ȣ, ὁ, ἡ, pulcros aut etiam bonos fructus ferens, fecundus.
Καλλικέλαδος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, pulcrum sonum edens.
Καλλίκερως, ωτος, ὁ, ἡ, pulcra cornua habens. A κέρας, cornu.
Καλλίκοκκος, ȣ, ὁ, ἡ, pulcra habens grana; cui pulcher est acinus.
Καλλικολώνη, ης, ἡ, q. d. collis pulcher, locus amoenus iuxta Simoëntem fl. Troadis. A κολωνός.
Καλλίκομος, ȣ, ὁ, ἡ, pulcram comam habens. A κόμη, coma.
Καλλικοτταβέω, ῶ, cottabo venuste ludo, scite cottabizo. A κότταβος.
Καλλίκρεας, ατος, τὸ, pulcra caro, caro candida & subpinguis esuque iucundissima.
Καλλικρήδεμνος, ȣ, ὁ, ἡ, pulcram habens vittam. A κρήδεμνον, vitta.
Καλλίκτυπος, ον, pulcre strepens s. sonans.
Καλλιλεξία, ἡ, idem quod καλλιλογία. A λέξις.

Καλλιλογέω, ῶ, ſcite & venuſte loquor. A λόγος.

Καλλιλογία, ας, ἡ, elegans venuſtaque dicendi facultas, vis bene dicendi. Ab eod.

Καλλίμηρος, ε, ὁ, ἡ, pulcra femora habens.

Καλλίμορφος, ε, ὁ, ἡ, formoſus. A μορφή.

Κάλλιμος, ε, ὁ, pulcher, elegans. 2) proſper, fecundus. A κάλλος.

Καλλίναος, ε, ὁ, ἡ, pulcre fluens. A νάω.

Καλλίνικος, ε, ὁ, ἡ, qui pulcram & egregiam victoriam adeptus eſt, victor egregius. 2) pulcritudine vincens. Gloſſ. Vet. At Philox. victoriofus, inuictiſſimus. A νίκη.

Καλλιοινία, ας, ἡ, vini præſtantia & bonitas. 2) largus vini prouentus. Ab οἶνος.

Κάλλιον, Adu. melius. A καλός.

Καλλιόνως, Adu. idem. A pr.

Καλλιόπη, ης, ἡ, Calliope, vna Muſarum.

Καλλίϊσλος, ε, ὁ, hymnus in Cererem. Ab Ἴσλος.

Καλλιόω, ῶ, fut. ώσω, pulcrius reddo. A κάλλιον.

Καλλιπαιδία, ας, ἡ, pulcri liberi, copia liberorum bene natorum. A ſeq.

Καλλίπαις, αιδος, ὁ καὶ ἡ, cui pulcri & bene nati ſunt liberi. 2) proles pulchra, proba.

Καλλιπάρηος, Boeot. pro καλλιπάρειος, ε, ὁ καὶ ἡ, pulcris genis habens, pulcher. A παρεία.

Καλλιπάρθενος, ε, ὁ καὶ ἡ, pulcras virgines habens. 2) nitidus, pulcher. Epith. Tragic.

Καλλιπέδιλος, ε, ὁ, ἡ, pulcros habens calceos. A πέδιλον.

Καλλίπεπλος, ε, ὁ καὶ ἡ, pulcrum habens peplum.

Καλλιπέταλος, ε, ὁ, ἡ, pulcra folia habens. A πέταλον, *folium*.

Καλλίπηχυς, εως, ὁ, ἡ, pulcra brachia habens, pulcher.

Καλλιπλόκαμος, ε, ὁ, ἡ, pulcras comas vel comarum cincinnos habens.

Καλλίπλετος, ε, ὁ, ἡ, magnas opes habens.

Καλλίπνοος, contr. καλλίπνους, ε, ὁ, ἡ, ſuauiter ſpirans. A πνοή.

Καλλίπολις, εως, ἡ, egregia ſeu pulcra ciuitas.

Καλλιπόταμος, ε, ὁ, ἡ, habens fluuios multos.

Καλλιπρόβατος, ὁ, ἡ, pecore abundans. A πρόβατον.

Καλλίπρωρος, ε, ὁ, ἡ, pulcram habens proram. 2) pulcram habens faciem. A πρῶρα.

Καλλιπρόσωπος, ε, ὁ, ἡ, adſpectu pulcher. A πρόσωπον.

Καλλιπτόλεμος, ε, ὁ, ἡ, egregius & ſtrenuus in bello, bellicoſus.

Καλλίπυγος, ε, ὁ, ἡ, pulcras habens nates, pulcros habens clunes. A πυγή.

Καλλίπυργος, ε, ὁ καὶ ἡ, pulcre turritus, pulcre turribus munitus. 2) ſublimis, celſus.

Καλλιπύργωτος, ε, ὁ, ἡ, idem.

Καλλίπωλος, ε, ὁ, ἡ, pulcros equos habens.

Καλλιρέεθρος, ε, ὁ, ἡ, Epith. fontis, liquidus, copioſus. A ῥέεθρον.

Καλλίροος, contr. καλλίρους, ε, ὁ, ἡ, idem.

Καλλιρόη, fons Athenis, alias Ἐννεάκρουνος.

Καλλιῤῥημονέω, pulcre & ornate dico. A καλλιῤῥήμων.

Καλλιῤῥημοσύνη, ης, ἡ, dictionis elegantia. A ſeq.

Καλλιῤῥήμων, ονος, ὁ, ἡ, pulcris & elegantibus ornatus verbis. A ῥῆμα.

Καλλίῤῥοος, idem quod καλλίροος.

Καλλισθενής, έος, ὁ, ἡ, egregio robore præditus. A σθένος.

Καλλιστεῖον, ε, τὸ, præmium pulcritudinis eximiæ. 2) præmium quoduis honeſtiſſimi optimique. 3) καλλιστεῖα, ων, τὰ, certamen in templo Iunonis apud Lesbios de muliebris formæ præſtantia. A ſeq.

Καλλιστεύω, f. εύσω, pulcritudine excello, formoſiſſimus ſum. A κάλλιστος.

Καλλιστέφανος, ον, pulcra redimitus corona.

Καλλιστρουθία σῦκα, calliſtruthiæ, genus ficorum. A στρουθός, *paſſer*.

Καλλίσφυρος, ε, ὁ, ἡ, Epith. feminæ, pulcros habens pedes, pulchra. A σφυρὸν, *malleolus pedis*.

Καλλιτεκνία, ας, ἡ, fecunditas liberorum bene natorum, dites. A ſeq.

Καλλίτεκνος, ε, ὁ, ἡ, egregios habens liberos. A τέκνον.

Καλλιτεχνέω, ῶ, f. ήσω, eleganti artificio elaboro. A καλλίτεχνος.

Καλλιτεχνής, ὲς, idem quod καλλίτεχνος.

Καλλιτεχνία, ας, ἡ, artis pulcritudo, artis elegantia. Ab eod.

Καλλίτεχνος, ε, ὁ, ἡ, pulcram artem factitans, pulcra artis opera edens. A τέχνη.

Καλλιτόκος, ε, ὁ, pulcros edens partus.

Καλλίτοξος, ε, ὁ, ἡ, pulcrum habens arcum, bonus ſagittarius. A τόξον.

Καλλιτράπεζος, ον, delicata menſa vtens. A τράπεζα.

Καλλίτριχος, ε, ὁ, ἡ, qui pulcro eſt capillo. 2) pulcros capillos faciens, frutex quidam. A θρίξ.

Καλλίφαρος, ε, ὁ, ἡ, pulcre veſtitus. 2) ſplendidus.

Καλλιφεγγὴς, έος, ὁ, ἡ, valde lucidus. A φέγγος.

Καλλίφθογγος, ε, ὁ, ἡ, ſuauiter ſonans.

Καλλίφλοξ, γος, ὁ καὶ ἡ, egregio ſplendore coruſcans.

Καλλίφυλλον, τὸ, eſt adianti genus.

Καλλίφυλλος, ε, ὁ, ἡ, pulcris foliis præditus Epith. roſæ. A φύλλον.

Καλλιφωνία, ας, ἡ, vox pulcra, ſonus elegans, A ſeq.

Καλλίφωνος, ε, ὁ, ἡ, pulcram vocem habens, eleganter ſonans. A φωνή.

Καλλιχέλωνος, ε, ὁ, obolus teſtudine ſignatus. Heſych. q. d. pulcra teſtudinis figura inſignitus. A χελώνη.

Καλλίχειρ, ειρος, ὁ καὶ ἡ, pulcras habens manus.

Κάλλιχθυς, υος, ὁ, piſcis quidam.

Καλλίχοιρος, ε, ὁ, ἡ, pulcros porcellos habens.

Καλλίχορος, ε, ὁ καὶ ἡ, in quo choreæ commode duci poſſunt. 2) pulcher, amabilis, amœnus,

amœnus. 3) pulcras choreas agitans. 4) tripudiis ſe oblectans. 5) pulcher chorus.

αλλίχωρος, ου, ὁ, ἡ, pulcram regionem habens. A χώρα.

αλλιώνυμος, ου, ὁ, ἡ, pulcrum nomen habens. 2) genus piſcis ſicciſſimi. Ab ὄνομα.

αλλονὴ, ῆς, ἡ, pulcritudo, elegantia. A ſeq.

άλλος, εος, τὸ, pulcritudo oris, decor. 2) cuiuſuis rei pulcritudo. 3) Veneris vnguentum. 4) barba ſeu palearia galli gallinacei. v. καλλαΐα. A καλός.

αλλοσύνη, ἡ, idem. A ſeq.

αλλύσυνος, η, ον, pulcer. A κάλλος.

αλλόφυλλος, ου, ὁ, ἡ, v. καλλίφ.

αλλυντήριον, ου, τὸ, ornamentum, Heſych. καλλυντήρια, τὰ, dies feſtus apud Athen. Etymol. A καλλύνω.

αλλυντὴς, οῦ, ὁ, ornator. 2) tonſor, Heſych. Ab eod.

άλλυντρον, ου, τὸ, omne inſtrumentum comentium. 2) inſtrumentum, quo verrimus, ſcopæ. 3) ſpathula. A ſeq.

αλλύνω, pulcrum reddo, orno. 2) verro, mundo; & 3) καλλύνομαι, ornor: nitide eleganterque me habeo. 4) glorior, mihi ipſe placeo. A κάλλος.

αλλωπίζω, fut. ίσω, decoro, faciem elegantem & venuſtam reddo, ſed fere de curioſo nimis ſtudio ornandi. Et ſic etiam tropice. 2) orno. Hinc καλλωπίζομαι, orno, glorior, mihi placeo, artem oſtento. E κ. & ὤψ, ὠπὸς, facies.

αλλώπισμα, ατος, τὸ, ornamentum, cultus, impr. cultus ſuperfluus, exquiſitior. A præc.

αλλωπισμὸς, οῦ, ὁ, idem. Ab eod.

αλλωπιστὴς, οῦ, ὁ, cultus (in veſtitu) nimium ſtudioſus. Ab eod.

αλλωπιστικὸς, ἡ, ὸν, ad comendum vel ornandum aptus. A pr.

αλλωπίστρια, ας, ἡ, cultus in veſtitu nimium ſtudioſa. 2) ornatrix. Ab eod.

αλοβάτης, ου, ὁ, funambulus, Gl. Vet. & Philox. 2) grallator. A κάλος & βαίνω.

αλοδιδάσκαλος, ου, ὁ, honeſtatis magiſter, honeſta docens.

Καλοήθης, ες, commodis moribus præditus, comis, mitis. A ἦθος.

Καλόθριξ, τριχος, benecomatus, item iubatus, de equo.

Καλοιώνιστος, ου, ὁ, ἡ, bene ominatus, auſpicatus. Ab οἰωνίζομαι, auguror.

Καλοκαγαθία, ας, ἡ, probitas, integritas & honeſtas. A καλοκάγαθος.

Καλοκαγαθικὸς, ἡ, ὸν, bonus, honeſtus, probus, frugi. A ſeq.

Καλοκάγαθος, ου, ὁ, ἡ, idem. E καλὸς, καὶ & ἀγαθός.

Καλοκοπέω, ῶ, ligna cædo, findo. A κᾶλον & κόπτω, cædo.

Καλολογία, ἡ, idem quod καλλιλογία.

Καλόμορφος, ον, pulcher. A μορφή.

Κᾶλον, ου, τὸ, lignum.

Καλοπέδιλον, ου, τὸ, ligneæ compedes, vel calceus ligneus. E pr. & π.

Καλοπόδιον, ου, τὸ, v. καλόπους, n. 3.

Καλοποδιώκτης, ου, ὁ, conuicium in pæderaſtam, ap. Comic. vid. & καλλοποδιώκτης.

Καλοποιέω, ῶ, f. ήσω, benefacio, bonum facio.

Καλόπους, οδος, ὁ, ἡ, pulcros pedes habens. 2) ligneum pedem habens. 3) pes ligneus, forma calcei caui, norma ſutoris. E καλὸς vel κᾶλον & πούς.

Καλοπρόσωπος, ον, formoſus. A πρόσωπον.

Καλορρημοσύνη, ἡ, facundia, elegantia orationis. A κ. & ῥῆμα.

Καλὸς, ἡ, ὸν, pulcer, formoſus. 2) decens, decorus, honeſtus, laudabilis, egregius. 3) probus, bonus, æqui bonique amans. 4) ſtrenuus, fortis. 5) iucundus, ſuauis. Hinc τὸ καλὸν, οῦ, decus, ornamentum, commodum; & Comp. καλλίων, pulcrior, Superlat. κάλλιστος, pulcerrimus, & Adu καλὸν, κάλλιστα, pulcre, belle, pulcerrime.

Κάλος, ου, ὁ, rudens, funis nauticus: vſitatius κάλως.

Καλοτιθήνος, ου, ὁ, ἡ, bene nutriens. 2) bene nutritus. ap. Heſ. A τιθήνη, nutrix.

Καλοτύπος, ου, ὁ, ἡ, ligna tundens. E κᾶλον & τύπτω, tundo.

Καλόφρων, ονος, ὁ, ἡ, beneuolus. 2) bona, honeſta mente præditus. E καλὸς & φρὴν, mens.

Καλπάζειν, equum in greſſum exultantem vrgere, vulgo callopare. 2) ſummis pedibus & molliter incedere.

Κάλπη, ης, ἡ, vrna, ſitula, hydria, vrceus.

Κάλπις, ιδος, ἡ, idem. A pr.

Κάλπιον, ου, τὸ, genus poculi. Ab eod.

Κάλπος, poculi genus. Heſych.

Καλύβη, ης, ἡ, caſa, tugurium, gurguſtium. 2) cauerna. 3) cella. A καλύπτω.

Καλύβιον, ου, τὸ, tuguriolum, caſula, gurguſtiolum. Dim. a pr.

Καλυβίτης, ου, ὁ, qui in tugurio habitat.

Καλυβοποιέω, ῶ, & καλυβοποιοῦμαι, gurguſtia, ſeu caſis facio, mihi paro.

Καλυβὸς, οῦ, ὁ, thalamus. 2) e velis obductis facta ſcena. Heſ. A καλύβη.

Καλυκίζω, fut. ίσω, effloreſco. Heſych. A κάλυξ.

Καλύκιον, ου, τὸ, calyculus. Ab eod.

Καλυκοστέφανος, ον, coronam e roſis recentibus gerens. Ex eod. & σ.

Καλυκώδης έος, ὁ καὶ ἡ, calyce intectus. A κάλυξ.

Καλυκῶπις, ιδος, ἡ, roſeam, i. e. pulcram faciem habens. E καλ. & ὤψ.

Κάλυμμα, ατος, τὸ, velamen, tegmen. A καλύπτω.

Καλυμμάτιον, ου, τὸ, paruum tegmen. A pr.

Κάλυξ, υκος, ἡ, calyx, flos roſæ nondum apertus. 2) omnis folliculus, ſeu omne putamen, quo aliquid continetur. 3) ornamentum muliebre, ex auro aut argento. 4) nomen herbæ.

Καλυξις, calyx roſæ. 2) ornamentum e roſis. Heſ. Quaſi a καλύπτω, quod eſſet tego.

Καλυπτὴρ, ῆρος, ὁ, tegmen, operculum. 2) tegulæ, imbrex. A καλύπτω.

Καλυπτὸς, ἡ, ὸν, opertus, tectus. Ab eodem.

Καλυπτήριον, ου, τὸ, operimentum. Ab eod.

Καλύπτρα, ας, ἡ, tegmen capitis muliebre. 2) tegumentum, operculum quoduis. A seq.

Καλύπτω, f. ψω, tego, operio, velo.

Καλχαίνω, purpureo colore tingo. 2) alta mente cogito, alto animo verso. A seq. V. χαλκεύω.

ΚΑ'ΛΧΗ, ης, ἡ, flos vel animal, quo purpura tingitur.

Κάλχιον, ου, τὸ, purpura κάλχῃ tincta. A pr.

Καλώδιον, ου, τὸ, funiculus nauticus. 2) quiuis funiculus. A κάλως.

Καλωποδιώκτης, ου, ὁ, qui consectatur pulcros. E καλωπὸς & διώκω. V. κολλοποδιώκτης.

Καλωπὸς, ἡ, ον, pulcher. E καλὸς & ὤψ, aspectus.

Κάλως, ωος, f. ω, ὁ, rudens, funis nauticus.

Καλῶς, *Adu.* pulcre, recte, honeste. A καλός.

Καλωστρόφος, ου, ὁ, ἡ, qui funes conficit. E κάλως & στρέφω, *torqueo*.

Καμακίας, ου, ὁ, vt καμακίας σῖτος, frumenti genus, forte a magnitudine, quod perticam æquet. A κάμαξ, *pertica*.

Καμάκινος, ου, ὁ, ἡ, qui e pertica est. Ab eodem.

Καμακὶς, ἡ, ornamentum muliebre capitis. A seq.

Κάμαξ, ακος, ἡ, vitis pedamentum, palus. 2) pertica, contus. 3) lignum hastæ. V. καμάσσω.

Καμάρα, ας, ἡ, lat. camara, seu camera, proprie tectum arcuatum, deinde, quicquid tale tectum habet, vt carpentum, vehiculum, nauis, pars auris iuxta foramen.

Καμάριον, ου, τὸ, cerebri pars supra communem meatum fornicis modo superinducta. Ab eodem.

Καμαρὶς, ἡ, ornamentum quoddam muliebre.

Κάμαρος, V. καμμ.

Καμαρόω, fornico, Gl. Vet. A καμάρα.

Καμαροειδὴς, έος, ὁ, ἡ, fornicis habens figuram, cameratus. Ex eod. & εἶδος.

Καμάρωμα, ατος, τὸ, fornicatio, fornix. Quasi a καμαρόω.

Καμάρωσις, εως, ἡ, cameratio. Ab eod.

Καμαρωτὸς, ἡ, ὸν, fornicis habens formam, fornicatus, deinde currus cum tecto &c. Ab eodem.

ΚΑΜΑΣΗ'ΝΕΣ, vel καμασῆνες, ων, οἱ, pisces quidam marini.

Καμάσσω, torqueo, vibro sc. hastam. A κάμαξ, l. potius κάμναξ, a κάμνω.

Καματηρὸς, ρὰ, ρὸν, laboriosus. 2) defessus, defatigatus. A κάματος.

Καματηρῶς, *Adu.* laboriose, ægre, difficulter. A pr.

Κάματος, ου, ὁ, labor, fatigatio. 2) id, quod labore partum est. 3) morbus. A κάμνω.

Καματόω, ῶ, labore, fatigo, fatisco. 2) defatisco, Gl. Vet. A pr.

Καματώδης, εος, ὁ, ἡ, laboriosus, molestus. Ab eodem.

Καμβολία, ἡ, vox *Ion.* calumnia, crimen. A καταβολή, vbi v.

Καμηλαύκιον, ου, τὸ, vel καμελαύκιον, pileus. Quasi e καῦμα, *æstus*, & ἐλαύνω, *cohibeo* (sed referri huc par non erat hoc vocabulum, quod est græcitatis sequioris detortum e latino *capillaceum*, scil. *tegumentum*.)

Καμήλειος, εία, ειον, camelinus. A κάμηλος.

Καμηλέμπορος, ου, ὁ, negotiator, qui cameli merces vehit.

Καμηληλασία, ας, ἡ, camelorum agitatio. E κάμ. & ἐλαύ.

Καμηληλάτης, ου, ὁ, cameli vel camelorum agitator. E κ. & ἐλ.

Καμηλίζω, camelo similis sum, imitor camelum.

Καμηλίτης, ου, ὁ, cameli agitator, vel curator.

Καμηλοκόμος, ὁ, idem. E κ. & κομέω, *curo*.

Καμηλοπάρδαλις, εως, ἡ, camelopardalis.

ΚΑ'ΜΗΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, camelus, animal.

Καμηλοτροφέω, camelos alo. E κ. & τρέφω.

Καμηλωτὴ, ῆς, ἡ, scil. δορὰ, pellis cameli. A κάμηλος.

ΚΑ'ΜΙΛΟΣ, ου, ὁ, funis nauticus, quo nautæ vtuntur ad ancoras iaciendas.

Καμινεία, ας, ἡ, opera, quæ nauatur ad caminum. A καμινεύω.

Καμινευτὴς, οῦ, ὁ, ad fornacem, caminum laborans. Ab eod.

Καμινευτὴρ, ῆρος, ὁ, idem. Ab eod.

Καμινεύτρια, ας, ἡ, quæ ad caminum seu fornacem laborat. 2) quæ in heræ cubiculo opus facit, famula cubicularia. A pr.

Καμινεύω, f. εύσω, in camino excoquo, seu candefacio. A κάμινος.

Καμιναῖος, αία, αῖον, ad caminum pertinens. Ab eodem.

Καμινίτης, ου, ὁ, sc. ἄρτος, panis in camino coctus. Ab eod.

Καμίνιον, ου, τὸ, paruus caminus, parua fornax. Dim. ab eodem.

Καμινοκαύστης, ου, ὁ, furnarius, Gl. Vet. E seq. & καίω.

Κάμινος, ου, ὁ, ἡ, caminus, fornax, furnus. 2) apud scriptores eccles. ignis, flamma, æstus, ardor.

Καμινὼ, οῦς, ἡ, fuligine camini oppleta. A præc.

Καμινώδης, εος, ὁ, ἡ, fuliginosus. Ab eod.

Κάμμαρος, κάμμορος, ὁ, &

Κάμμαρον, κάμμορον, τὸ, squillæ marinæ & cancrorum genus. 2) aconiti genus.

Κάμματα, ων, τὰ, edulia. A κάπτω, *comedo*.

Καμματίδες, ων, αἱ, idem, a pr.

Καμμονίη, ης, ἡ, victoria ap. Hom. qua opponitur fugæ. A καταμονή, quasi permansio in arena Martis.

Καμμύω, ύσω, pro καταμύω. aor. 1. ἐκάμμυσα.

Κάμνω, fut. καμῶ, p. κέκμηκα, fatigor, deficio. 2) cum labore facio, elaboro. 3) labore paro, seu adquiro. 4) ægroto, male me habeo. 5) οἱ κάμόντες mortui, item κεκμηκότες, defuncti morbis & laboribus.

Καμπαλέος, έα, έον, inflexus, incuruus. A κάμπτω.

Καμπεσίγυιος,

Καμπεσίγονος, ε, ὁ καὶ ἡ, incuruans genua. Ex eod. & γόνυ.

Καμπεσίγυιος, ον, membra flectens. epith. παιγνίς, *cinaedi Marionette*. Ex eod. & γυῖον.

Κάμπη, ης, ἡ, eruca. A καμπτω. (Si talia libet a verbis repetere, quorum pauca sunt, quae sint ab aliqua actione aut affectione appellata.)

Καμπὴ, ῆς, ἡ, inflexio, flexus, articulus. 2) flexus vocis in cantu. Ab eodem.

Κάμπιμος, ίμη, ιμον, flexilis. A pr.

Καμπτὴρ, ῆρος, ὁ, flexus, curuatura. 2) meta curri, vel hippodromi. A κάμπτω.

Καμπτὸς, ή, όν, flexilis. 2) flexus. Ab eod.

Κάμπτρα, ας, ἡ, capsa, e lignis. A seq. (Nisi potius est pro κάπτρα, a κάπτω antiquo, id est *capio* v. κάμψα. vbi μ item redundat.)

Κάμπτω, fut. ψω, flecto, inflecto, incuruo. 2) flecto, exoro, de sententia deduco, animum alicuius mollio. κεκαμμένος, inflexus, perf. pass. καμφθῆναι, flecti, exorari, aor. 1. pass.

Καμπυλαύχην, ὁ, inflexum collum habens.

Καμπύλη, ης, ἡ, sc. βακτηρία, baculus incuruus, item lituus, Philox. A κάμπυλος.

Καμπυλίζω, f. ίσω, inflecto. Ab eod.

Καμπυλόεις, όεσσα, όεν, recuruus. Ab eodem.

Καμπυλόγραμμος, ε, ὁ, ἡ, curuis lineis circumscriptus. Ab eod. & γραμμὴ, *linea*.

Καμπύλομαι, curuor, inflector. Ab eod. (nisi est potius καμπύλλομαι, aut καμπυλόομαι.)

Καμπυλόπρυμνος, ον, obliquam puppim habens. Ex eod. & πρύμνα.

Καμπυλόῤῥιν, ινος, ὁ, ἡ, aduncum nasum habens.

Καμπυλόῤῥινος, ον, idem. Ex iisd.

Καμπύλος, η, ον, curuus, inflexus. A κάμπτω.

Καμπυλοσάλπιγγοι, cornicines, Philox. quia cornu incuruum inflant.

Καμπυλότης, ητος, ἡ, curuitas. A καμπύλος.

Κάμψα, ης, ἡ, capsa viminea. A κάμπτω. (V. supra ad κάμπτρα dicta.)

Καμψάκης, ε, ὁ, vas olearium. Ab eod.

Καμψίδιαυλος, ε, ὁ, ἡ, q. d. in diaulo reciprocans, volubilis, cito percurrens aliquid. Ex eod. & δίαυλος.

Καμψίον, τὸ, idem quod κάμψα, item calcei feminei genus.

Καμψίουρος, ε ὁ, ἡ, flectens caudam. Ex eod. & ἐρα. *cauda*.

Καμψίπες, οδος, ὁ, ἡ, curuos pedes habens. Epith. Furiarum, ap. Aeschyl. (quia reflectunt pedem, reuertuntur, scelera iam commissa persequuntur & vlciscuntur.)

Κάμψις, εως, ἡ, inflexio, curuatio, curuatura, flexus; item anfractus, de via. A κάμπτω.

Καμψώδυνος, ε, ὁ, ἡ, flectendo vel inflexu frequenti [illegible] 2) incuruatus dolore. E κάμψις & [illegible].

Καμψὸς, [illegible] ὸν, inflexus, curuus. A κάμπτω.

Κὰν, [illegible], e καὶ & ἐν. 2) & si, e καὶ &

Καναβῖνος, Vid. καννάβινος.

Κανᾶ, ἡ, Cana. Nomen Vrbis Ebr. ἄχλιτον, *Possessio*.

ΚΑ΄ΝΑΒΟΣ, ε, ὁ, lignum tenue, cui fictores ceram, gypsum, circumlinunt. Poll. 2) homo corpore emaciato, vt venae emineant. 3) κάναβοι, fontes multiplicibus riuulis sparsi.

Κάναθρον, ε, τὸ, vehiculum, ferculum, storea. A κάννα.

Καναχάζω, exhaurire, sc. cum strepitu: item, [illegible] are. Vid. ἐκκαναχάζω. A καναχέω vel καναχάζω.

Κάνατρον, ε, τὸ, canistrum. 2) patina testacea, vas testaceum. A κάνης.

Καναχὲς, *Adu.* cum strepitu. Aeschyl. A καναχή.

Καναχέω, ῶ, f. ήσω, resono, strepitum, seu crepitum edo. Vox facta e sono.

Καναχὴ, ῆς, ἡ, crepitus, sonitus. A pr.

Καναχηδὸν & δὰ, *Adu.* cum strepitu. A praec.

Καναχίπους, sonipes, Gl. Vet.

Καναχίζω, resono, strepo. A καναχή.

Κανδάκη, ης, ἡ, Candace. Nomen commune omnibus Aethiopiae reginis.

Κάνδαυλος, ε, ὁ, edulii genus, ex amylo, lacte, caseo, & melle. A κάνδυλος.

Κανδύκη, ης, ἡ, vestis Persica. A κάνδυς.

Κανδύλαι, & κανδύτανες, f. κανδύτανες & κανδύταλις, vestiaria, pretiosorum vestimentorum repositoria. item, pro κάνδυλοι. Ab eod.

ΚΑΝΔΥΛΟΣ, ε, ὁ, idem quod κάνδαυλος.

ΚΑ΄ΝΔΥΣ, υος, ὁ, indumentum Persicum.

Κάνεον, & κανῦν, canistrum. 2) vasculum ad vsus conuiuii e qualibet materia, aere, argento &c.

ΚΑ΄ΝΗΣ, ητος, ἡ, canistrum, calathus.

Κανήτιον, ε, τὸ, paruum canistrum. Dim. praec.

Κανηφορεῖν, canistrum ferre in sacris.

Κανηφορία, ἡ, gestatio canistri in sacris. A seq.

Κανηφόρος, ε, ὁ, ἡ, canistrum ferens. canephorae, virgines sacra portantes; qui honos erat in primariis.

Κανθαρίζειν, tremere, ap. Ammon. sed vox corrupta videtur e τονθορύζω.

Κανθάριον, ε, τὸ, Dim. a κάνθαρος.

Κανθάριος, vel κανθάρεος, f. κανθάρεος, vitis genus. Ab eod.

Κανθαρὶς, ίδος, ἡ, scarabaeus frumentum erodens. 2) insectum, alatum, virosum, causticum, e muscarum genere, vulgo musca Hispanica. Ab eod.

Κανθαρίτης, scil. οἶνος, vinum cantharites. A κάνθαρος.

ΚΑ΄ΝΘΑΡΟΣ, ε, ὁ, scarabaeus. 2) cantharus, [illegible] 3) piscis quidam littoralis. 4) [illegible] in lingua Apidis. 5) nauigii [illegible]

Κανθήλια, ων, τὰ, scil. ἐπισάγματα, clitellae. A seq.

Κανθήλιος, ε, ὁ, scil. ὄνος, asinus magnus. 2) bardus, stolidus. A κάνθος.

Κανθύλιον, ἡ, asella. Dim. a seq.

ΚΑ΄ΝΘΟΣ, ὁ, asinus. Etym.

ΚΑΝΘΟ'Σ, ὁ, ὁ, oculi angulus, hirquus. 2) canthus, ferrum, quo rotæ vinciuntur.
ΚΑ'ΝΘΩΝ, ωνος, ὁ, asinus. A κάνθος.
Κανίσκιον, ου, τὸ, Dimin. a κάνεον.
Κάνισρον, ου, τὸ, canistrum. Hes. Ab eodem.
ΚΑ'ΝΝΑ, vel κάνη, ης, ἡ, canna, storea.
Καννάβινος, ίνη, ινον, ex cannabi factus, stuppeus. A seq.
ΚΑ'ΝΝΑΒΙΣ, & κάνναβος, cannabis, stuppa.
Κάννη, ης, ἡ, idem quod κάννα.
Καννηνοποιὸς, ὁ, ὁ, qui storeas seu tegetes conficit. Pollux. E pr. & ποιέω, facio.
Κανονάρχης, ου, ὁ, præfectus canonum, qui monachos ad canendos canonas in vigiliis excitat. E κανὼν & ἄρχω.
Κανονίας, ου, ὁ, & plur. κανονίαι, apud Hippocr. quibus ventres velut ad canonem siue regulam excti sunt, h. e. substricti, non lati, aut prominentes. A κανών.
Κανονίζω, f. ίσω, ad regulam dirigo, ad normam exigo. 2) per certas regulas seu canonas constituo aliquid, veluti κανονίζεται, ap. Grammaticos dicitur, de regulari forma decl. & coniugandi. 3) concinno, modulor. 4) in canonem scripturarum refero aliquid. Vox Eccl. Ab eod.
Κανονικὸς, ἡ, ὸν, canonicus, regularis, regulæ consentaneus. 2) in canonem scripturæ relatus. Ab eod.
Κανονικῶς, Adu. regulariter, rite, secundum regulam & normam. A pr.
Κανόνιον, ου, τὸ, lignum, cui in nauibus cataphractis tabulæ incumbunt. 2) libellus, seu quoduis tractatus seu operis genus. Dim. a κανών.
Κανονὶς, ίδος, ἡ, scriptorium instrumentum, regula, qua vtuntur elegantius scripturi. 2) librorum seu chartarum volumen. Ab eodem.
Κανόνισμα, τὸ, regula. A κανονίζω.
Κανοῦν, τὸ, v. κάνεον.
Κανυσινὸς, ὁ, Canusina pænula, item pænula quæcunque. sc. φαινόλης.
Κανὼν, όνος, ὁ, proprie, examen in libra. 2) regula, norma; vnde iudices, quorum iudicium in aliquo genere sequimur, item excellentes in aliquo genere, κανόνες, dicti. 3) calamus, circa quem textores fila inuoluunt. 4) virgulæ, quibus olim clypeos tenebant. 5) palus, seu lignum erectum, mensura saltus, omninoque mensura & portio certa alicui attributa. 6) tributum statum, formula tributi. 7) catalogus librorum diuinorum, item hominum certo collegio adscriptorum, item clericorum, vnde pro ordine clericorum repetitur. 8) decreta conciliorum ad mores pertinentia. 9) psalmus & cantus certis diebus ordinarie cantari solitus. 10) tubus cauus, recondendis prunis candentibus, vnde balistarum ignitos globulos eiaculantium genus *canones* appellantur.
Κανωπικὸν, ου, τὸ, pityusa herba. A seq.
ΚΑ'ΝΩΠΟΝ, ου, τὸ, sambuci flos.
Καπάναξ, nomen partis in curru, ap. Poll. A sq.
Καπάνη, ης, ἡ, præsepe. 2) rheda. 3) pars quædam currus. 4) galea e pilis. A κάπη.
Καπανικὸς, vnde καπανικώτερα, magis satiantia, grandiora. 2) curulis. A pr.
Καπέλαιον, idem quod καπνέλαιον.
Καπερναοὺμ, ἡ, Capernaum. Nomen vrbis ἄκλιτον. *Vicus consolationis.*
Κάπετος, ου, ὁ, fossa, fouea, scrobs, sepulcrum. A σκάπτω, *fodio.* (vel potius a κάπω, *capio.*)
Κάπη, ης, ἡ, præsepe. 2) pabulum equis in præsepi appositum. κάπηθεν, Adu. a præsepi. Suid. A κάπτω vel κάπω.
Καπηλεία, ας, ἡ, cauponaria. 2) cauponatio, ipsa cauponandi actio. A καπηλεύω.
Καπηλεῖον, ου, τὸ, caupona, popina, taberna. Ab eod.
Καπηλευτὴς, ου, ὁ, nundinator, Gloss. Vet. A seq.
Καπηλεύω, fut. εύσω, cauponor, cauponariam exerceo. 2) nundinor, cauponor, callide & auare tracto. A κάπηλος.
Καπηλικὸς, ἡ, ὸν, cauponarius, ad cauponam pertinens. Hinc καπηλικὴ, ῆς, ἡ, sc. τέχνη, ars cauponaria. Ab eod.
Καπηλικῶς, Adu. cauponis modo. 2) fraudulenter, dolose. A pr.
Καπήλιον, ου, τὸ, taberna. A κάπηλος.
Καπηλὶς, ίδος, ἡ, quæ cauponariam exercet, copa. Ab eod.
Καπηλοδύτης, ου, ὁ, qui cauponam subinde ingreditur, ganeo tabernarius. E κ. & δύω.
Κάπηλον, adulteratum. A seq.
Κάπηλος, ου, ὁ, caupo. 2) institor, cuiusque rei propola.
ΚΑΠΗ'ΡΙΑ, τὰ, placentæ genus. Suid.
Καπητὸν, τὸ, pabulum equorum, boum &c. quasi a καπέω, idem quod κάπτω, a κάπη.
Καπίθη, ης, ἡ, mensura duarum choenicum Atticarum vel sex cotylarum. A κάπη, vnde & Lat. *capis.*
Καπνείω, fumigo, suffio. poët. pro καπνέω.
Καπνέλαιον, τὸ, resina sponte profluens. E καπνὸς & ἔλαιον, quia igni admota multum fumi edit.
Κάπνη, ης, ἡ, caminus, fumarium. A καπνός.
Καπνία, ας, ἡ, fuligo. Ab eod.
Καπνίας, ου, ὁ, fumosus. 2) lapis ex iaspidum genere. 3) vinum vile, vappa. 4) vinum fumosum, quod in fumo suspensum fuit. A pr.
Καπνιάω, ῶ, fumigo, fumo. Ab eod.
Καπνίζω, f. ίσω, fumum excito. 2) ignem accendo. 3) infumo, fumigo, fumo inficio. 4) fumo. 5) ignem accendo conuiuii gratia. A καπνός.
Καπνίον, ου, τὸ, paruus fumus. Dim. a καπνός.
Κάπνισις, εως, ἡ idem quod seq.
Κάπνισμα, ατος, τὸ, fumatio. 2) thus incensum. A καπνίζω.
Καπνιτὸς, ἡ, ὸν, fumigatus, infumatus. Ab eodem.
Καπνοδόκη, ης, ἡ, fumarium. E κ. & δέχομαι.
Καπνοδοχεῖον, ου, τὸ, idem.

Καπνοδόχη, ης, ἡ, idem & ex iisdem.
Καπνοδόχον, ȣ, τὸ, idem & ex iisdem.
Καπνίζω, suffumigo. A καπνός.
Καπνοποιὸς, ὸν, fumum edens. A seq. & ποιέω.
Καπνὸς, ȣ, ὁ, fumus. 2) ignis.
Καπνοσφραντης, ȣ, vel τὸς, τȣ̃, ὁ, qs. fumi olfactor, homo sordidæ parsimoniæ. E pr. & ὀσφραίνομαι, olfacio.
Καπνοδόχος, ȣ, ὁ, tubulus, per quem fumus exit. E κ. & ἔχω.
Καπνώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, fumosus, fumidus. 2) nebulosus. 3) fæculentus. A καπνός.
Κάπος, ȣ, ὁ, flatus, spiritus. 2) cortex palmæ, in quo fructus latet & primum germen. A καπω.
Καππάριον, ȣ, τὸ, parua capparis, frutex & fructus. Dim. a seq.
ΚΑ'ΠΠΑΡΙΣ, εως, ἡ, capparis, frutex spinosus.
Καππαφόρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, Kappa ferens inustum vel quocunque modo impressum, quæ est nota infamiæ & vitii. E κάππα & φέρω.
Κάπραινα, ης, ἡ, libidinosa. A κάπρος.
Καπράω, ῶ, subo, velut sus aprum appetens, prurio libidine. Ab eod.
Καπρία, ας, ἡ, virus e genitalibus scrofarum. Ab eod.
Καπριάω, ῶ, subo, prurio. Ab eod.
Καπρίζω, idem. Ab eod.
Κάπριος, ȣ, ὁ, aper. 2) rostrum nauis. Herodot. Ab eod.
Κάπριος, ὁ, ἡ, aprugnus, apro similis, vt καπρίȣς πρώρας, aprorum instar rostratas proras.
Καπρίσκος, ὁ, piscis quidam. A seq.
Κάπρος, ȣ, ὁ, aper, verres.
Καπροφόνος, ὁ, ἡ, apri confector. A pr. & φ.
Καπρώζω, idem quod καπράω.
Κάπτω, repetitis identidem & interpellatis morsibus appeto, & vellicatim carpta demitto; hinc edo, auide edo, mordeo, item pro κάπω.
Καπύρια & καπυρίδια, τὰ, crustula, placentæ genus, quasi τὸ κάπτειν prouocantia, scil. ἐδέσματα. A καπυρός.
Καπυρίζω, f. ίσω, clare & sonore rideo, cachinnor. 2) gulæ indulgeo & ventri seruio.
Καπυρὸς, ρὰ, ρὸν, torridus, adustus. 2) auram magno cum fragore efflans, exspirans. A καπύω.
Καπυρόω, calidum, feruidum reddo. A pr.
Καπύω, flo, exspiro, vt hinc sit aor. 1. ἐκάπυσσε, exhalauit ap. Hom. A κάπος.
Κάπων, ωνος, ὁ, capo, gallus castratus.
Κάπω, spiro, flo. 2) antiquitus, capio.
Κὰρ pro κάρα, caput, ἐπὶ κὰρ, in caput.
ΚΑ'Ρ, καρὸς, ὁ, Car, gentilis. 2) mancipium [illegible], homo nauci. Κᾶρες, Cares, Καρία, Cariæ regio.
Κάρα, τὸ, caput. 2) vertex. 3) tota facies. A κάρηνον.
Καράβιον, ȣ, τὸ, paruus carabus. 2) nauicula [illegible]. Dim. a κάραβος.
Καρ[illegible], [illegible] carabi speciem habens. E seq. & εἶδος, forma.

ΚΑ'ΡΑΒΟΣ, ȣ, ὁ, carabus, animal marinum e cancrorum genere.
Καραβοπρόσωπος, ον, carabi os, caput habens.
Καραβώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, e caraborum genere. A κάραβος.
Καραδοκέω, ῶ, f. ήσω, specto, capite quasi ad videndum exserto, s. elato, s. conuerso. 2) exspecto. E κάρα, caput, & δοκέω, obseruo.
Καραδοκία, ας, ἡ, spes, exspectatio. A pr.
Καραβαρέω & έω, ῶ, grauitate capitis laboro. A κάρα & βάρος, grauitas. v. καρηβαρέω.
Καρακάλλιον, ȣ, τὸ, cuculla. Gl. Vet q. ex κάρα & κάλλις, quod vide. (Est vox aut latina, aut barbara.)
Καρανιστὸς, ȣ, ὁ, capitalis. A κάρηνον.
Καρανιστὴρ, ῆρος, ὁ, caput resecans, interficiens, amputando capite. Ab eod.
Κάρανος, ȣ, ὁ, dominus, qui summo cum imperio præest, caput reliquorum, rex, princeps. A κάρα.
Καρανόω, summatim dico, narro. 2) absoluo. A κάρηνον.
Καρατομέω, ῶ, f. ήσω, caput amputo. A καρατόμος.
Καρατομία, ἡ, capitis amputatio. A seq.
Καρατόμος, ȣ, ὁ, ἡ, qui caput amputat, καράτεμος, ȣ, ὁ, ἡ, cui caput amputatum est. E κάρα & τέμνω.
Καρβανίζειν, & καρβάζειν, & καρβαΐζειν, Carice ac barbare loqui. Hesych.
Κάρβανος, ὁ, Barbarus.
ΚΑΡΒΑΤΙ'ΝΗ, ης, ἡ, vile & rusticum calceamentum.
Καρδαμίζω, cardamum imitor. 2) aspero vultu sum, aspere intueor. A κάρδαμον.
Καρδαμίνη, ης, ἡ, herba nasturtio similis, cardamina. Ab eod.
Καρδαμὶς, ίδος, ἡ, idem & ab eod.
Καρδαμογλύφος, ȣ, ὁ, ἡ, admodum parcus, ita, vt veluti etiam e nasturtio exsculpat, quo vitam toleret. E seq. & γλύφω.
Κάρδαμον, ȣ, τὸ, nasturtium.
Καρδάμωμον, ȣ, τὸ, cardamomum, planta aromatica.
Κάρδαξ, κος, ὁ, mercede conductus miles. Vox barbara, auctore Ammon.
Καρδία, ας, ἡ, cor. 2) animus. 3) os ventriculi. 4) adfectus, appetitus. 5) medulla arboris. 6) alueus clepsydræ.
Καρδιακὸς, ὴ, ὸν, ad cor pertinens. 2) cardiacus, cui cor, vel potius os ventriculi dolet. A pr.
Καρδιαλγεῖν dolore ventriculi adfici. A seq.
Καρδιαλγὴς, έος, ὁ, ἡ, cui cor dolet. 2) cordis dolorem adferens.. E καρδία & ἄλγος.
Καρδιαλγία, ας, ἡ, dolor cordis, vel potius ventriculi. Ex iisdem.
Καρδιαλγικὸς, ὴ, ὸν, cum dolore cordis coniunctus, cordis dolorem adferens. A pr.
Καρδιάω, ῶ, cordis dolorem sentio, seu potius ventriculi. Hinc καρδιῶντα, apud Nicandrum, pro καρδιῶντα, καρδιάοντα, Acc. part. præs. A καρδία.

Καρδίνημα,

Καρδίωμα, ατος, τὸ, capitis grauedo, vox Ionica. E coronnus. E. κάρα & δινεῖσθαι, rotari.
Καρδιοβελεῖσθαι, cordis vulnerari, contristari. E κ. E. καρδία & βολή.
Καρδιοβόλος, ε, ὁ, ἡ, cordi noxius. E κ. & βάλλω.
Καρδιογνώστης ε, ὁ, qui corda nouit, abditorum animi reuellium scrutator. E κ. & γινώσκω.
Καρδιοπονέω, cordis dolore vexor. 2) animo angor.
Καρδιελκέω, ῶ, f. ήσω, cor extraho vel euello. E κ. & ἕλκω, traho.
Καρδιελκία, ἡ, cordis extractio s. euulsio. A praec.
Καρδιοφύλαξ, ακος, ὁ, ferreum tutamen pectoris.
Καρδιόω, ῶ, f. ώσω, vulnero. pass. καρδιοῦσθαι, Hes. καρδιεργεῖν, de victimis, q. d. cor laniare, ap. Etymol. victimae cor adipe tectum igni imponere. καρδιώσασθαι. A καρδία.
Καρδιωγμὸς, ε, ὁ, dolor ventriculi. A seq.
Καρδιώσσω, & ττω, ventriculi dolorem sentio. A καρδία.
Καρδοπεῖον, τὸ, capistrum, quo serui pinsentes aut farinam subigentes a comedendo arcebantur.
Καρδοπογλύφος, ε, ὁ, ἡ, qui alueos seu mactras sculpit seu conficit. Ex seq. & γλύφω.
Κάρδοπος, ε, ὁ, mactra, alueus, in quo farina subigitur.
Κάρη, τὸ, indecl. caput. A pr.
Καρηβαρέω, ῶ, fut. ήσω, grauedine capitis laboro, grauor capite, nuto capite. v. καραιβαρέω.
Καρηβαρία, καρηβάρεια, ας, ἡ, grauedo capitis. A pr.
Καρηβαριᾷν, capite grauari. A pr.
Καρηβαρικὸς, ἡ, ὸν, grauedinem capitis inducens, caput grauans. Ab eod.
Καρηβαρίτης, ε, ὁ, sc. οἶνος, vinum grauedinem capiti adferens. Suid. Ab eod.
Καρηβιάω, ῶ, caput clamoribus diruptum habeo. 2) vertigine laboro.
Καρηκομάω, ῶ, caput comatum habeo, capite crinito sum. Hinc illud Homericum καρη κομόωντες, comantes, capillati, pro καρηκομῶντες, καρηκομάοντες.
Κάρηνον, ε, τὸ, caput. 2) vertex, summitas.
Καρίδιον, & καριδάριον, τὸ, parua squilla. A καρίς.
Καρίζω, Carum more ago.
Καρικοεργὴς, έος, ὁ, ἡ, a Carica gente factus. E seq. & ἔργον.
Καρικὸς, ἡ, ὸν, Carius. A Κάρ.
Καρικὸν, τὸ, medicamentum, vnguentum, vlcera purgans. 2) oleum quoddam, ap. Athen.
Καρίναι, ῶν, αἱ, mulieres, quae planctu prosequebantur funera, e Caria fere ortae. A καρία.
Καριόω, vnde καριῶσαι, perimere, Hesych. A καρ pro κὴρ, mors.
Καρὶς, ίδος, ἡ, squilla, piscis caput permagnum habens. A κάρη.
Καριστὶ, Adu. Carum more. A καρίζω.

ΚΑΡΚΑΙ'ΡΩ, resono, sonitum edo. 2) pulsatus vibro vel tremo, & quasi salto.
Καρκινάδες, ων, αἱ, parua animalcula cancris similia, colore fuluo. A καρκίνος.
Καρκίνιον, ε, τὸ, paruus cancer. Dim. seq.
Καρκῖνος, vel καρκίνος, ε, ὁ, cancer, animal ἀμφίβιον. sidus coeleste. 3) morbus. 4) vinculi genus. 5) genus calcei. 6) forceps. 7) instrumentum, quo pessulus attollitur. 8) καρκίνοι, ossa duo iugalia, quae prope tempora committuntur.
Καρκινόω, ῶ, cancro adsimulo. 2) cancro (morbo) infesto. καρκινοῦσθαι, cancro tentari. A pr.
Καρκινώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, cancro similis. 2) e cancrorum genere. 3) a cancro exesus, cancrosus. Ab eod.
Καρκίνωμα, ατος, τὸ, carcinoma, cancer, morbus, & pars corporis cancro vitiata. A καρκινόω.
Καρνεᾶται, ῶν, οἱ, Apollinis Carnei ministri. Hesych. A καρνεῖος.
Κάρνεια, vel κάρνεα, ων, τὰ, sacra Apollinis Carnei. A seq.
ΚΑΡΝΕΙ͂ΟΣ, ε, ὁ, Carneus, Apollinis cognomen, a Carno, vt putatur, Iouis & Europae filio. Hesych.
Καρνεονῖκαι, ῶν, οἱ, victores in ludis Carneis.
ΚΑΡΝΟΣ, εος, τὸ, pediculus. 2) ouis. 3) pecus. Hesych.
Καρνοστάσιον, τὸ, stabulum. E pr. & ἵσαμαι.
Κάροινον, ε, τὸ, caroenum, mustum decoctum. E κάρα, caput, & οἶνος.
Κάρος, ε, ὁ, sopor cum grauedine, marcor.
Κάρος vel κάρον, herba, carus, carum. (al. κάρεον & κάριον, item κάρυον, nec non καρυκάβδιον,) cuminum pratense.
Καρόω, ῶ, soporem cum grauedine adfero. pass. grauedine soporis opprimor, alto grauique somno corripior. A pr.
ΚΑΡΠΑΙ, putantur esse vermes in oleis.
ΚΑΡΠΑΙ'Α, ας, ἡ, saltationis genus.
Καρπάλιμος, celer, rapidus. quasi ab ἁρπάλιμος.
Καρπαλίμως, Adu. cito, raptim. A pr.
Καρπάσινος, η, ον, carbasinus. A seq.
ΚΑ'ΡΠΑΣΟΣ, ε, ὁ, venenatum quoddam medicamentum. 2) carbasus.
Καρπεία, ας, ἡ, fructus perceptio, vsusfructus. A καρπεύω.
Καρπεῖον, ε, τὸ, fructus. A seq.
Καρπεύω, f. εύσω, fructum percipio. 2) fruor. A καρπός.
ΚΑΡΠΗ'ΣΙΟΝ, ε, τὸ, festuca tenuis.
Καρπέα, ας, ἡ, idem quod καρπεία. A καρπός.
Καρπίζω & καρπίζομαι, fructum decerpo, defrugo, fruor. 2) adfero. καρπίζομαι, in libertatem adferor. v. καρπιστεία. Ab eod. (A καρπὸς pro καρφὸς, quae est festuca, bacillus ligneus, quo capita feriebantur eorum, quos domini apud praetorem in libertatem darent.)
Κάρπιμος, ίμη, ιμον, ferax frugum, frugifer, ad fructus edendos aptus. Ab eodem.

Καρπὶς,

καρπὶς, ἴδος, ἡ, vindicta, adſertio. A καρπὸς, n. 5.

καρπισμὸς, ῦ, ὁ, fructus perceptio, vſus fructus. 2) defrugatio. 3) vindicta, adſertio. 4) emancipatio. A καρπίζω.

καρπιστεία, ας, ἡ, adſertio in libertatem. A ſeq.

καρπιστὴς, ῦ, ὁ, adſertor, vindex. A καρπίζω.

καρποβάλσαμον, ῦ, τὸ, balſami fructus.

καρπόβρωτος, ῦ, ὁ, ἡ, fructum exeſum habens. 2) fructum eſculentum habens.

καρπογένεθλος, ῦ, ὁ, generator fructuum. E κ. & γενέθλη, generatio.

καρπογονέω, ῶ, f. ήσω, fructum gigno. A καρπογόνος.

καρπογονία, ας, ἡ, fructus editio, quum ſtirpes fructum pariunt. A ſeq.

καρπογόνος, ῦ, ὁ, ἡ, fructum gignens, frugifer E καρπὸς & γίνομαι.

καρπόδεσμα, ων, τὰ, manicæ ſeu vincula, quæ manui iniiciuntur. Sic abuſiue Lexiphanes Luciani, cum ſit ornamentum manuum, Gl. Vet. καρπόδεσμος, lemniſcus, articularis faſciola. E καρπὸς n. 5. & δεσμὸς, vinculum.

καρποδέσμιος, lemniſcatus. Gl. Vet. A pr.

καρποδότειρα, ἡ, fructuum inuentrix. 2) fertilis.

καρποδότης, ῦ, ὁ, fructuum ſeu frugum dator. 2) frugifer.

καρπολογέω, ῶ, f. ήσω, fructus lego, vel colligo. E κ. & λέγω, colligo.

καρπομανὴς, ἐος, ὁ, ἡ, luxurians fructu, nimis fructificans. E κ. & μαίνομαι.

καρποποιὸς, ῦ, ὁ καὶ ἡ, fructifer. A ſeq. & ποιέω.

καρπὸς, ῦ, ὁ, fructus. 2) ſemen cum ſuo inuolucro. 3) ſemen quoduis. 4) vtilitas, emolumentum. 5) iunctura manus cum brachio, carpus.

καρποτελέω, fructum edo, & velut pendo.

καρποτοκέω, ῶ, f. ήσω, fructum pario, vel fero.

καρποτοκία, ας, ἡ, fructus editio. A ſeq.

καρποτόκος, ῦ, ὁ, ἡ, fructum pariens, frugifer, fructifer. E κ. & τίκτω.

καρποτρόφος, ῦ, ὁ, ἡ, frugibus nutritus & altus. καρποτρόφος, ὁ, ἡ, fructus alens, frugifer. almus. E κ. & τρέφω, alo.

καρποφάγος, ῦ, ὁ καὶ ἡ, fructibus viuens, fructuum eſu vitam ſuſtentans.

καρποφορέω, ῶ, f. ήσω, fructum fero, fructifico.

καρποφορία, ας, ἡ, generatio fructuum, vbertas.

καρποφόρος, ῦ, ὁ, ἡ, fructus ferens, fructifer, frugifer. E κ. & φέρω.

καρποφυέω, ῶ, fructus edo. E κ. & φύω.

καρποφύλαξ, ακος, ὁ, fructuum cuſtos.

καρπόω, ῶ, & καρπόομαι, fructum percipio, colligo; fruor. 2) Al. fructum offero, ſacrifico, et c. A καρπὸς.

καρπώδης, εος, ὁ, ἡ, fructuoſus, Gl. Vet. Ab eodem.

κάρπωμα, ατος, τὸ, fructus, qui percipitur, quæſitus. 2) oblatio, ſacrificium, et c. A καρπόω.

καρπώσιμος, ὁ, ἡ, e quo fructus capi poteſt. 2) frugifer. A ſeq.

κάρπωσις, εως, ἡ, vſus rei fructuoſus. 2) ſacrificium, et c. Ab eod.

καρπωτὸς χιτὼν, veſtis manuleata proprie, ſ. plumea, 2 Sam. 13, 18.

καῤῥέζω, demulceo, pro καταῤῥέζω.

καῤῥων, ονος, ὁ, ἡ, melior, præſtantior, fortior. Comparativ. Dor. ab ἀγαθός.

καρσία, ας, ἡ, obliquitas. A ſeq.

κάρσιος, ία, ιον, obliquus.

κάρσις, εως, ἡ, tonſura. A κείρω, tondeo.

καρσίως, Adu. oblique. A κάρσιος.

κάρτα, Adu. pro κάρτισα, valde, vehementer, admodum. 2) profecto, certe.

καρταίνω, valeo, vinco. A pr. aut κάρτος.

καρταίπους, οδος, ὁ, bos, taurus, ap. Delphos. A κραταιὸς & πῦς.

καρταλάμιον, ῦ, τὸ, paruus κάρταλλος. Roberti. At Gl. Vet. καρταλάμιον, cartalamia. A ſeq.

ΚΑΡΤΑΛΛΟΣ, & κάρταλος, ῦ, ὁ, fiſcella, cophinus, ſeu corbis in angustum deſinens.

καρτεραίχμης, ῦ, ὁ, bellator fortis. Ex καρτερὸς & αἰχμή.

καρτεραύχην, ενος, ὁ, ἡ, robuſtam ceruicem habens.

καρτερέω, ῶ, f. ήσω, forti animo ſum. 2) perſeuero, tolero, patienter fero, duro, perduro.

καρτέρησις, εως, ἡ, tolerantia, patientia. A præc.

καρτερία, ας, ἡ, idem. A καρτερός.

καρτερικὸς, ἡ, ὸν, patientia præditus, patiens. Ab eod.

καρτερικῶς, Adu. toleranter, ſedulo. A pr.

καρτερόβροντης, ῦ, ὁ, grauiter tonans. E κ. & βροντὴ, tonitru.

καρτερόθυμος, ῦ, ὁ, ἡ, tolerans.

καρτεροπλὴξ, ῆγος, ὁ, ἡ, fortiter feriens. E κ. & πλήσσω.

καρτερὸς, ρὰ, ρὸν, robuſtus, potens, qui re aliqua potiri, vel eam retinere poteſt. 2) magnanimus. 3) violentus. 4) tolerans, patiens. A κάρτος pro κράτος.

καρτερούντως, Adu. fortiter, patienter. A καρτερέω.

καρτερόφρων, ονος, ὁ, ἡ, præfractus. 2) magnanimus. E κ. & φρὴν.

καρτερόχειρ, ρος, ὁ, ἡ, fortis manu.

καρτεροψυχία, ας, ἡ, animi fortitudo. E κ. & ψυχή.

καρτερῶνυξ, υχος, ὁ, ἡ, qui fortes ſiue robuſtos habet vngues.

καρτερώνυχος, ῦ, ὁ, ἡ, idem & ex iisd.

καρτερῶς, fortiter, patienter. A καρτερός.

καρτὸς, ἡ, ὸν, tonſus. A κείρω.

κάρτος, εος, τὸ, vires, robur, per Metath. pro κράτος.

καρτύνω, firmum reddo, corroboro. A pr.

καρύα, ας, ἡ, nux iuglans: arbor ipſa.

καρυάριον, τὸ, nucula, Gl. Vet. A κάρυον.

κάρυα, τὰ, nuces, Gl. Vet. Ab eod.

καρύινον κάταγμα, fractura oſſis in minutas partes, tanquam nucis fractæ. Ab eod.

καρυηρὸς,

Καρυηρὸς, ρὰ, ρὸν, it. καρύινος, ίνη, ινον, nuceus, ad nucem pertinens, nuci similis. Ab eodem.

Καρυΐσκος, ου, ὁ, scyphus in nucis modum factus. Ab eod.

Καρυκάζω, idem quod καρυκεύω.

Καρυκεία, ας, ἡ, condimenti exquisiti confectio, nominatim e sanguine, v. καρύκη. 2) conditura superuacua. A καρυκεύω.

Καρύκευμα, ατος, τὸ, condimentum exquisite factum. A seq.

Καρυκεύω, f. εύσω, exquisite condio. 2) condio. 3) misceo, confundo. A seq.

ΚΑΡΥ'ΚΗ, ης, ἡ, intritum quoddam seu condimentum Lydorum, inprimis cum sanguine. 2) condimentum exquisite factum. 3) conditura, seu condimentum quoduis.

Καρύκινος, η, ον, Epith. vestis, niger. A seq.

Καρύκιον, ου, τὸ, idem quod καρύκευμα. A καρύκη.

Καρυκοειδὴς, ὲς, subcruentus, epith. excrementorum, ap. Hipp. a καρύκη n. 1.

Καρυκὸν, οῦ, τὸ, medicamentum e nucibus & aliis rebus. A κάρυον, sed scribendum καρικὸν, vbi v.

Καρυκοποιέω, ῶ, f. ήσω, conficio καρύκην. 2) condio suauiter. 3) condimentum conficio.

Καρυκοποιὸς, οῦ, ὁ, ἡ, qui conficit καρύκην.

Καρυοβαφὴς, ὁ, ἡ, niger. Ex eod. & βάπτω.

ατανίζω, diffundo, transfundo. Vet. Lex. perluo.

ατάνιμμα, τὸ, perfufio, lotio. A κατανίπτω.

ατανίπτης, ε, ὁ, qui Athenis peplum Mineruæ intra fordiditatum eluebat. A feq.

ατανίπτω, f. ψω, idem quod κατανίζω.

ατάνιτμα, idem quod κατάνιμμα. A κατανίζω.

ατανίσσομαι, idem quod κατανείσσομαι.

ατανίσταμαι, confurgo contra aliquem, infurgo repugnaturus.

ατανίφω, f. ψω, ningo. 2) niue obruo.

ατανοέω, ῶ, f. ήσω, fpecto, contemplor. 2) confidero. 3) animaduerto, intelligo, perfpicio. 4) difco.

ατανόημα, ατος, τὸ, quod ab aliquo animaduerfum feu perfpectum eft, commentum, inuentum, remedium excogitatum. A pr.

ατανόησις, εως, ἡ, contemplatio, animaduerfio, cognitio. 2) diligens & attenta confideratio. 3) documentum. Ab eod.

ατανοητικὸς, ἡ, ὸν, perfpicax. Ab eod.

ατάνομαι, abfumor. Ab ἄνομαι, idem.

ατανομιστεύω, f. εύσω, in nummos conflo, vel in nummos cudendos infumo, ap. Iof.

ατανομοθετέω, ῶ, legem oppono, legi obrogo. E f. lat.

ατανοσφίζομαι, furripio, depeculor.

ατανουθετέω, ῶ, commoueo, monitis inftituo & moderor.

άταντα, Adu. deorfum. τὰ κάταντα, decliuia. E κ. & ἄντα.

ατανταω, ῶ, f. ήσω, deuenio, peruenio. 2) peruenire facio, transfero.

ατάντημα, ατος, τὸ, occurfus. 2) finis, terminus. 3) faftigium ædificii. A pr.

ατάντης, εος, ὁ, ἡ, decliuis, procliuis, deorfum vergens. Ab eod.

ατάντία, ἡ, decliuitas. A pr.

ατάντιβολέω, ῶ, f. ήσω, precor.

ατάντικρυ, Adu. ex aduerfo, e regione, ex oppofito. τὸ κατάντικρυ, contrarium, oppofitum.

ατάντιον, Adu. idem.

ατάντιπέρας, Adu. idem.

ατάντλέω, ῶ, f. ήσω, haufta aqua perfundo, & proprie quidem cum magna abundantia. Pro oxenus κατάντλῶ, fomento. Ap. medicos e fomento adhibere liquida. Oratores quoque dicuntur κατάντλεῖν, cum fuauitate orationis capere tentant auditores & permulcere aut multitudine verborum argumentorumue obruere.

Κατάντλημα, ατος, τὸ, fomentum, quod cum infufione fit. A pr.

Κατάντλησις, εως, ἡ, infufio aquæ vel alius liquoris, potiffimum fouendi gratia. Ab eod.

Κάταντλος, ε, ὁ, ἡ, abundans, circumfluens, obrutus. Ab ἄντλος, fentina.

Κατανυκτικὸς, ἡ, ὸν, acerbus, mordax. A κατανύσσω.

Κατανύξις, εως, ἡ, compunctio. 2) dolor animi. 3) veternus profundus, fine omni fenfu, fopor, ftupor, ἡ ὁ. (Sed hoc fenfu potius κατανύσταξις, fit leg. v. κατανυστάζω.) Ab eod.

Κατανύσσω, vel κατανύττω, f ξω, pungendo penetro, compungo. Paff. οἱ ὁ, quiefco, fileo. aor. I. paff. κατενύγην. 3 pl. κατενύγησαν.

Κατανυστάζω, f. άσω, dormio capite deiecto & nutante. 2) obdormifco. 3) aliquantum dormio.

Κατανύω, fut. ύσω, conficio, perago. 2) peruenio.

Κατανωτιαῖος, αία, αῖον, qui a tergo eft.

Κατανωτίζομαι, dorfo fero, fublatum baiulo.

Καταξαίνω, carpo, carmino. 2) lacero. 3) excorio. 4) cædo. 5) contero, attero. δι ὁ. F. I. καταξανῶ, εῖς. aor. I. Partic. καταξάνας. Paff. καταξανθείς.

Καταξενόω, f. ώσω, hofpitio excipio.

Καταξέω, f. έσω, edolo, derado, deradendo & fcalpendo polio. aor. I. paff. κατεξέσθην. fubi. 3. fing. καταξεσθῇ.

Καταξηραίνω, ficco, exficco.

Κατάξηρος, ε, ὁ, ἡ, ficcus, aridus.

Καταξιοπιστεύομαι, fidem facio, fide dignus iudicor.

Καταξιόω, ῶ, f. ώσω, dignum iudico, dignor. 2) rogo, imploro. 3) in honore habeo. Paff. καταξιοῦμαι, dignus iudicor. aor. I. κατηξιώθην. inf. καταξιωθῆναι.

Καταξίως, Adu. digne, pro dignitate, merito.

Καταξίωσις, εως, ἡ, dignitas. 2) reuerentia, admiratio alicuius rei.

Καταξυράω, rado, derado.

Καταξυσμὸς, ε, ὁ, fculptura. A feq.

Καταξύω, fut. ύσω, derado, abrado. 2) litura obduco, oblitero. 3) incido, fcarifo.

Καταπαίζω, f. αίξω, vel αίσω, deludo, illudo, ludibrio habeo. aor. I. part. paff. καταπαιχθείς, elufus.

Καταπαίω, f. αίσω, percutio, flagello ferio.

Καταπακτὸς, ἡ, ὸν, compactus. A πηκτός.

Καταπαλαίω, f. αίσω, eluctor, lucta vinco. 2) vinco. aor. I. part. paff. καταπαλαισθείς.

Καταπαννυχίζομαι, pernocto.

Καταπανεργέω, f. εύσω, malitiofe ago contra, dolis vtor aduerfus.

Καταπασμα, ατος, τὸ, id, quo corpus confpergitur. A feq.

Καταπάσσω, ττω, άσω, confpergo.

Καταπαστος, ε, ὁ, ἡ, confperfus. 2) variegatus, pictus, de vefte, tela. A pr.

Καταπατέω, ῶ, f. ήσω, conculco, proculco.

Καταπάτημα, ατος, τὸ, quod conculcatur.

Καταπάτησις, εως, ἡ, conculcatio.

Κατάπαυμα, ατος, τὸ, requies. 2) finis.

Καταπαύσιμος, ε, ὁ, ἡ, requiem adferens.

Κατάπαυσις, εως, ἡ, requies, quies. 2) ſedatio. 3) deiectio de honore.

Καταπαυστικὸς, ἡ, ὸν, vim leniendi, ſedandi habens. A ſeq.

Καταπαύω, f. αύσω, efficio vt quis vel quid cedet, deſinat, deſiſtat, coerceo, compeſco, reprimo. 2) finio, termino, finem impono. 3) requieſco, ceſſo, in pr. in paſſ. καταπαυθήσεται, ſedabitur, f. 1. paſſ.

Καταπειθὴς, έος, ὁ, ἡ, obſequens, moriger. A ſeq.

Καταπείθω, f. πείσω, perſuadeo, adduco, induco. Paſſ. obedio, morem gero.

Καταπειλέω, ῶ, f. ήσω, interminor. E κ. & ἀπειλ.

Κατάπεινος, ε, ὁ, ἡ, fame confectus. A πεῖνα.

Κατάπειρα, ας, ἡ, tentamen, experimentum.

Καταπειράζω, άω, f. άσω, periculum & experimentum facio, attento; tento. 2) laceſſo.

Καταπειρασμὸς, ε, ὁ, tentatio, qua fit alicuius rei periculum; experientia. A pr.

Καταπειρητὴρ, ῆρος, ὁ, inſtrumentum, quo nautæ maris altitudinem explorant. A καταπειράω.

Καταπειρητηρίη, ης, ἡ, Ion. pro καταπειρατηρία, ſc. σχοῖνος, aut μολυβδὶς. idem. A pr.

Καταπείρω, f. ερῶ, tranſadigo, tranſfigo, configo, καταπεπαρμένος, perf. paſſ. confixus.

Καταπελματόω, ῶ, f. ώσω, munio nouis ſoleis, reficio calceum lacerum. καταπεπελματωμένα σανδάλια, calcei ſordidi, obſoleti, refecti.

Καταπελτάζω, catapultis impugno. 2) inuado vel incurſo more peltatorum militum. F. 1. καταπελτάσονται, peltati incurſabunt. A καταπέλτης.

Καταπελταφέτης, ε, ὁ, qui telum catapulta excutit. E ſeq. & ἀφίημι, emitto.

Καταπέλτης, ε, ὁ, catapulta, machina bellica. 2) ſupplicii genus. A πέλτη.

Καταπελτικὸς, ἡ, ὸν, catapultarius. τὰ καταπελτικὰ, catapultæ. A pr.

Καταπελτόω, in edd. quibuſdam τῶν ό, pro καταπελματόω.

Καταπέμπω, f. ψω, demitto. 2) mitto.

Καταπεπαίνω, commitigo, Gl. Vet. de fructibus, cibis &c.

Καταπενθέω, ῶ, f. ήσω, defleo, deploro.

Καταπέπτω, f. ψω, percoquo, concoquo.

Καταπεπυκασμένως, Adu. ſoleiter, callide, fraudulenter. A πυκάζω.

Καταπεραιόω, traduco, traiicio. Euſt.

Καταπεραίωσις, ἡ, tranſitus. Euſt.

Καταπέρδω, oppedo, crepitum ventris contra emitto, contemtim & inſolenter illudo. a. 2. καταπαρδεῖν, oppedere.

Καταπερίειμι, ſuperior ſum, ſupero.

Καταπερίξυσις, ἡ, ſcarifatio, laceratio.

Καταπερονάω, ῶ, infibulo, velut fibula defigo.

Καταπερπερεύομαι, vt ἐμπερπ. vendito me alicui, gratiam capto laudando, aſſentando. Suid.

Καταπετάζω, f. άσω, expando, explico, extendo. 2) obtego, cooperio.

Καταπετάννυμι, vel καταπεταννύω, idem.

Καταπετάομαι, ῶμαι, vel καταπέτομαι, deuolo, volando deſcendo.

Καταπέτασμα, ατος, τὸ, aulæum, quod rei alicui obtenditur. A καταπετάζω.

Καταπετροκοπέω, lapidibus iaciendis frango. κατὰ, πέτρος & κόπτω.

Καταπετρόω, ῶ, f. ώσω, de ſaxo præcipito. 2) lapidibus obruo, lapido. A πέτρος.

Καταπίττω, Att. pro καταπέσσω, idem quod καταπέπτω.

Καταπέφνω, occido. A πέφνω pro φένω.

Καταπεφρονηκότως, Adu. contemtim. A καταφρονέω.

Καταπήγνυμι, vel καταπηγνύω, defigo, depango. 2) gelu conſtringo, congelo, conglacio.

Καταπηδάω, ῶ, f. ήσω, deſilio, inſilio.

Καταπημαίνω, f. ανῶ, noceo, damnum adfero, vnde aor. 1. opt. καταπημήνειε, noceat, lædat.

Καταπὴξ, ῆγος, ὁ, ſublica, palus, qui in terram defigitur. A καταπήγνυμι.

Κατάπηρος, ον, læſus, mutilatus, vt ſimplex πηρός.

Καταπήσσω, ττω, f. ξω, defigo.

Καταπιαίνω, f. ανῶ, pinguefacio.

Καταπιέζω, f. έσω, comprimo, preſſo. 2) deprimo, opprimo.

Καταπίεσις, εως, ἡ, depreſſio, oppreſſio, compreſſio. A pr.

Κατάπικρος, ε, ὁ, ἡ, amarus.

Καταπίμελος, ε, ὁ, ἡ, pinguis, obeſus. A πιμελή.

Καταπιμπλάω, καταπίμπλημι, καταπίπλημι, repleo, oppleo, compleo. F. καταπλήσω. aor. 1. κατέπλησα. Paſſ. καταπίμπλαμαι, oppleor.

Καταπιμπράω, vel καταπίμπρημι, f. ήσω, incendo, inflammo, comburo.

Καταπίνω, abſorbeo, bibo. 2) deglutio, deuoro. Fut. 2. καταπιῶμαι. καταπιῶνται, deuorabunt. Paſſ. Fut. 1. καταποθήσομαι, καταποθήσεται, deuorabitur. aor. 1. Paſſ. καταποθῆναι. aor. 2. act. κατέπιον. Conj. ἐὰν καταπίω.

Καταπίπλημι, vide καταπιμπλάω.

Καταπιπράσκω, vendo, venundo.

Καταπίπτω, prolabor, procumbo, decido, delabor. a. 2. κατέπεσον, καταπεσὼν, prolapſus. Perf. inf. καταπεπτωκέναι, decidiſſe.

Καταπισσόω, vel καταπιττόω, ῶ, f. ώσω, pico, pice illino, pice incruſto.

Καταπιστεύω, fut. εύσω, credo, fidei alicuius committo.

Καταπιστόω, ῶ, f. ώσω, fidem exigo, obſtringo, vt ſimplex. καταπιστοῦμαι, fidem facio, firmo, præſto.

Καταπίστωσις, εως, ἡ, fiduciæ & ſecuritatis contractus. A pr.

Καταπίττωσις, ἡ, picatio, obductio picis.

Καταπίων, ονος, ὁ, ἡ, pinguis, obeſus. Suid.

Καταπλαγὴς, έος, ὁ, ἡ, metu conſternatus. A καταπλήσσω.

Κατάπλασμα

Καταπλασμα, ατος, τὸ, medicamentum, quod illinitur, vel imponitur, emplastrum. A seq.

Καταπλάσσω, vel άττω, fut. άσω, illino, oblino. 2) cataplasma impono, cataplasmate curo.

Καταπλαστὸς, ή, ὸν, illitus. 2) confictus. A pr.

Καταπλαστὺς, ύος, ή, emplastrum. Ab eod.

Καταπλέκω, f. ξω, complico, necto.

Καταπλεονεκτέω, idem quod πλεονεκτέω.

Κατάπλεος, & Att. κατάπλεως, plenus, expletus.

Καταπλέω, naui deuehor ad terram, appello in portum, deuehor.

Καταπληγμὸς, ὲ, ὁ, obiurgatio, insultatio. A καταπλήσσω.

Καταπλήθω, f. ήσω, impleo, repleo, oppleo.

Καταπληκτικὸς, ή, ὸν, acerrimus, terribilis, stuporem adferens. 2) admirabilis. A καταπλήσσω.

Καταπληκτικῶς, Adu. cum stupore, terrore, admiratione, vt stupeant, qui vident, audiunt &c.

Καταπλὴξ, ῆγος, ὁ καὶ ή, perculsus, consternatus. 2) pauidus. 3) stolidus. Ab eod.

Κατάπληξις, εως, ή, obstupefactio. 2) stupor, mens attonita. A seq.

Καταπλήσσω, vel ήττω, perterrefacio, obstupefacio. καταπλήσσομαι, obstupesco, stupeo, miror. aor. 1. act. καταπλῆξαι, perculisse. In med. καταπλήξασθαι. a. 2. pass. καταπλαγῆναι, percelli, perculsum esse.

Καταπλοκὴ, ῆς, ή, implicatio, complexio.

Κατάπλοος, contr. κατάπλους, ε, ή, nauigatio deorsum, siue, qua descendimus. 2) appulsus. 3) locus, ad quem appellimus.

Καταπλουτέω, ῶ, f. ήσω, diues sum, abundo.

Καταπλουτίζω, f. ίσω, dito, locupleto.

Καταπλουτομαχέω, diuitiis contra aliquem pugno, diuitiis ad alterum debellandum vtor. E κατὰ, πλοῦτος & μάχομαι.

Καταπλύνω, f. υνῶ, abluo, eluo. 2) lauo, perluo, perfundo; tropice, probris, contumeliis.

Κατάπλυσις, εως, ή, lotio, ablutio. A pr.

Καταπλώω, Ion. pro καταπλέω, naui deuehor. aor. 1. καταπλώσας, deuectus.

Κατάπνευμα, ατος, τό, afflatus. A seq.

Καταπνέω, fut. εύσω, perflo, adflo, & quidem cum vi.

Καταπνίγω, fut. ίξω, suffoco, praefoco, strangulo.

Κατάπνιξις, εως, ή, strangulatio, suffocatio.

Καταπνοὴ, ή, venti irruentis flatus.

Καταπρὸξ & καταπρὶξ, Adu. v. πρὸξ.

Καταπότιρα, ας, ή, fauces infimae, quibus cibus deuoratur, stomachi orificium. A καταπίνω.

Καταποικίλλω, variego, varie distinguo. perf. pass. καταπεποίκιλται, variegatum est.

Καταπολαύω, perfruor. 2) nimium & plus, quam par est, fruor. Ab ἀπολαύω.

Καταπολεμέω, ῶ, fut. ήσω, bellum gero contra aliquem, oppugno: item, debello: hinc

Καταπολέμησις, εως, oppugnatio. 2) debellatio.

Καταπολιτεύομαι, f. εύσομαι, vinco aliquem in republ. caussam ad remp. pertinentem obtineo contra aliquem.

Καταπολὺ, Adu. multum, valde. 2) multo, cum Compar.

Καταπομπεύω, transmitto, transueho pompa. 2) glorior aduersus quem.

Καταπονέω, ῶ, f. ήσω, labore conficio, fatigo, affligo, vexo, lasso. καταπονοῦμαι, labore conficior, fatisco, affligor. καταπονηθεὶς, aor. 1. part. debilitatus, vexatus. Hinc

Καταπόνησις, εως, ή, fatigatio, lassitudo.

Καταπονος, ε, ὁ, ή, labore defessus, confectus.

Καταποντίζω, f. ίσω, demergo in pontum, seu mare, submergo.

Καταποντισμὸς, ὲ, ὁ, demersio in mare, submersio. A pr.

Καταποντιστὴς, ȣ, ὁ, qui in pontum demergit. 2) pirata, qui post praedam captam homines aquis submergit. Ab eod.

Καταποντόω, ῶ, f. ώσω, idem quod καταποντίζω.

Καταποπέρδω, idem quod ἀποπέρδω.

Καταπορεύομαι, f. εύσομαι, redeo ab exsilio.

Καταπόρνευσις, εως, ή, scortatio. 2) stupratio.

Καταπορνεύω, f. εύσω, stupro, stuprum infero, adultero. 2) prostituo.

Καταπορνοκοπέω, ῶ, in meretrices insumo. E κ. & πορνοκόπος, leno.

Κατάποσις, εως, ή, absorptio, deuoratio, deglutitio cibi vel potus in ventriculum. 2) gula, cibi meatus. Gl. Vet. κατάποσις, vorago. Ab καταπίνω.

Καταπότης, ȣ, ὁ, vorax, helluo. Gl. Vet. 2) gula. Ab eod.

Καταπότιον, ȣ, τὸ, catapotium, medicamentum, quod deglutiendo sumitur. Ab eod.

Κατάποτον, idem, ab eod.

Καταπραγματεύομαι, fut. εύσομαι, idem quod simplex.

Καταπρανὴς, έος, ὁ, ή, decliuis, pronus. v. καταπρηνής.

Καταπράσσω, ττω, & καταπράττομαι, efficio, perago, transigo. 2) pertracto. 3) comparo mihi.

Καταπράϋνσις, εως, ή, mitigatio, sedatio. A seq.

Καταπραΰνω, mitigo, mansuefacio, lenio, sedo.

Κατάπρεμνος, ȣ, ὁ, ή, stirpibus, arboribus, abundans. A πρέμνον.

Καταπρεσβεύω, cum gen. legatus venio contra aliquem, oppugnaturus quem.

Καταπρήθω, f. πρήσω, comburo. 2) incendo.

Καταπρηνὴς, έος, ὁ, ή, pronus, decliuis.

Καταπρηνίζω, pronum praecipito.

Καταπρηνόω, ῶ, praecipito, perfundo, hinc aor. 1. med. καταπρηνώσαο, pro κατεπρηνώσω. A πρηνὴς, pronus.

Καταπρίω, fut. ίσω, serra deseco, vel praecido, serra discindo. 2) discindo, disseco.

Καταπροδίδωμι, prodo.

Καταπροΐημι, e manibus dimitto, proiicio. 2) negligo, contemtim abiicio.

Καταπροΐξομαι, progredior. 2) irrideo, contemno. 3) impune euado. 4) impune aliquid facio. Ponitur

Ponitur autem, vt ab eo fit καταπροίξεσθαι. Est autem ὁ καταπροίξει pro ὁ καταπροίξῃ, haud impune feceris, & ὁ καταπροίξεται, non impune fecerit. Quasi κατὰ προῖκα, gratis, impune, in altero sensu: e κατὰ, πρὸ & ἵκομαι vel ἵκω, venio, in priori.

Καταπρολείπω, relinquo, desero.

Καταπροτερέω, ῶ, f. ήσω, primas partes eripio, vinco.

Καταπροχέω, fut. εύσω, p. κέχευκα, profundo, effundo.

Καταπρωκτίζω, stupro marem, vt simplex.

Κατάπρωκτος, ὁ, cinædus.

Καταπτάω, ῶ, inus. f. πτήσομαι, deuolo.

Κατάπτερος, ου, ὁ, ἡ, plumatus, aliger. A πτερόν.

Καταπτήσσω, f. καταπτήξω, p. κατέπτηχα, terreo. 2) consternor, perterrefio, pertimesco, valde timeo, vultu deiecto, voce submissa, corporis compositione tremebunda, vt pauperes, famelici, & aduersa fortuna vsi, testor animum fractum & desperabundum.

Καταπτοέω, ῶ, f. ήσω, consterno, exterreo.

Καταπτυστος, ου, ὁ, ἡ, despuendus, detestandus, abominabilis. A καταπτύω, despuo.

Κατάπτομαι, Ion. pro καθάπτομαι, tango, pulso, ferio, lacesso verbis mordacibus & contumeliosis, item permulceo. 2) obiurgo, exprobro. 3) contestor. E κατὰ & ἅπτομαι.

Καταπτύω, ύσω, despuo, despicio, auersor.

Καταπτυχὴς, έος, ὁ, ἡ, sinuosus, plicatus. A πτύσσω.

Κατάπτωμα, ατος, τὸ, lapsus, casus, ruina. A καταπίπτω.

Κατάπτωσις, εως, ἡ, idem.

Καταπτώσσω, metu concido, trepido.

Κατάπτωτος, succiduus, Gloss. Vet. A καταπίπτω.

Καταπτωχεύομαι, f. εύσομαι, inops sum. 2) ad mendicitatem redigor, pauper fio.

Καταπυγὴς, έος, ὁ, cinædus. 2) obscœnus. Hes. A πυγὴ, nates.

Καταπυγίζω, marem ineo. A seq.

Κατάπυγος, ου, ὁ, idem quod καταπυγής.

Καταπυγοσύνη, ης, ἡ, fœditas cinædorum.

Καταπύγων, ωνος, ὁ, cinædus. A πυγή. Comp. καταπυγωνέστερος, impudicus, libidinosus.

Καταπύθω, f. ύσω, putrefacio, putredine consumo. καταπύθομαι, putresco.

Καταπυκάζω, exorno. 2) constipo.

Κατάπυκνος, ου, ὁ, ἡ, condensus.

Καταπυκνόω, ῶ, f. ώσω, condenso; dense v. c. foramina, facio.

Καταπυκτεύω, f. εύσω, vinco pugilatu.

Καταπυρίζω, inflammo. A seq.

Κατάπυρος, ου, ὁ, ἡ, ignitus, candefactus. 2) ardentissimus, feruentissimus. A πῦρ.

Καταπυρπολέω, ῶ, f. ήσω, igni absumo, comburo.

Κατάπυῤῥος, ου, ὁ, ἡ, valde rufus.

Καταπώγων, ωνος, ὁ, valde barbatus.

Καταπωλέω, vendo, venale habeo.

Κατάρα, ας, ἡ, exsecratio, diræ. Ab ἀρά.

Καταραθυμέω, v. καταῤῥαθυμέω.

Καταραίζομαι, recreor, conualesco, vt simplex.

Καταρακόω, siue καταῤῥακόω, ῶ, lacero. Vnde perf. part. κατεῤῥακωμένος, laceratus.

Καταράκτης, ου, ὁ, cataracta, locus abruptus & præceps in flumine, vnde aqua in præceps ruit. 2) vectis, obex. 3) porta. 4) auis quædam. A καταῤῥάσσω.

Καταράομαι, ῶμαι, f. άσομαι, exsecro, deuoueo, male ominor.

Καταράσιμος, ον, exsecrabilis. A pr.

Κατάρασις, εως, ἡ, exsecratio. Ab eod.

Καταράσσω, vel καταράττω, vide καταῤῥάσσω.

Κατάρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, diris deuotus, exsecratione dignus. A καταράομαι.

Κατάρβυλος, ου, ὁ, ἡ, vsque ad calceos demissus. E κ. & ἀρβύλη.

Καταργέω, ῶ, f. ήσω, p. κατήργηκα, inefficacem reddo: cessare facio ab opere. 2) aboleo, abrogo. 3) inutile reddo.

Κατάργμα, ατος, τὸ, initiatio, in Plur. primitiæ. A κατάρχομαι.

Κατάργυρος, ου, ὁ, ἡ, argentatus. 2) argenteus.

Καταργυρόω, ῶ, f. ώσω, argento obduco, vel tego. 2) pecunia corrumpo.

Καταρδεύω, irrigo.

Κατάρδευτος, ον, irriguus, Gl. Vet. A pr.

Κατάρδω, irrigo.

Καταρέζω, f. ξω, demulceo manu. v. καταῤῥέζ.

Κατάρης ἄνεμος, ventus contortus & desuper irruens cum impetu, typhon. A καταράσσω. (vel a καταρέω. nisi potius est, κατάρτης, a καταίρω.)

Καταρθρόω, ῶ, f. ώσω, articulo.

Καταριγηλὸς, ἡ, ὸν, horribilis, horrendus.

Καταριθμέω, ῶ, f. ήσω, adnumero. 2) enumero. 3) numero.

Καταρίθμησις, ἡ, enumeratio. A pr.

Καταριπτάζω, f. άσω, deiicio. Hesych.

Καταριστάω, ῶ, f. ήσω, prandeo.

Καταρκέω, ῶ, sufficio.

Καταρμόζω, Ion. pro καθαρμόζω, adapto.

Καταρόω, ῶ, f. ώσω, aro. 2) gigno, de mare.

Καταῤῥαγὴ, ἡ, dilaceratio. A καταῤῥήγνυμι.

Καταῤῥαθυμέω, ῶ, fut. ήσω, ignaue vel timide ago.

Καταῤῥαίνω, f. ανῶ, perfundo stillatim. 2) adspergo, inspergo, irroro.

Καταῤῥάκτης, ου, ὁ, idem quod καταράκτης.

Καταῤῥακτὴρ, ῆρος, ὁ, idem & ab eod.

Καταῤῥάπτω, f. ψω, insuo, consuo.

Καταῤῥάσσω, vel καταῤῥάττω, f. ξω, frango, rumpo. 2) impetuose deturbo. 3) erumpo, cum impetu decido. 4) decido more salientium aquarum, item cum strepitu defluo. Ex. & ῥάσσω.

Κατάῤῥαφος, ου, ὁ, ἡ, consutus. 2) pannosus. 3) e commissuris nexus, non integer. 4) imbellis, de homine imbecillæ valetudinis. A καταῤῥάπτω.

Καταῤῥαψῳδέω, ῶ, f. ήσω, nugor consuendo carmina. 2) nugor, blatero, nugis aliquem obtundo.

Καταῤῥέζω, permulceo.

Καταῤῥεπὴς, έος, ὁ, ἡ, deorsum vergens, decliuis. 2) in alteram partem vergens.

Καταῤῥέπω,

ταῤῥέπω, f. ψω, deorsum vergo & inclinor.
ταῤῥέω, f. εύσω, defluo, adfluo. 2) decido, delabor. 3) collabor, concido.
ταῤῥήγνυμι, vel καταῤῥηγνύω, confringo, diffringo. 2) cum impetu deiicio. 3) aluum celeriter & cum impetu moueo, valde purgo, ap. Med.
ταῤῥηκτικὸς, ἡ, ὸν, celeriter vrinam aut aluum ciens. v. καταῤῥήγνυμι.
τάῤῥησις, εως, ἡ, accusatio. 2) condemnatio.
ταῤῥήσσω, vel καταῤῥήττω, f. ξω, confringo, diffringo. 2) constrepo, intersono.
ταῤῥητορεύω, f. εύσω, contra aliquem verba facio. 2) eloquentia supero. 3) eloquentiæ vi demulceo.
ταῤῥιγέω, f. ήσω, cohorreo, pauesco.
τάῤῥιζος, ου, ὁ, ἡ, radices terræ infixas habens, 2) radices e capite demittens. A ῥίζα, radix.
ταῤῥιζόω, ῶ, f. ώσω, radicibus firmo seu fulcio, radicibus fixis stabilio.
ταῤῥινάω, ῶ, fut. ήσω, limo, lima polio, vt simpl. κατεῤῥινημένον, elegans, exquisitum.
ταῤῥινίζω, f. ισω, idem.
ταῤῥιπτάζω, άσω, deiicio, disiicio.
ταῤῥιπτέω, ῶ, f. ήσω, idem. A seq.
ταῤῥίπτω, f. ψω, idem.
ταῤῥοιζέω, ῶ, f. ήσω, asthmate sibilante laboro. A ῥοιζὸς.
ταῤῥοίζομαι, f. ίσομαι, catarrho laboro, destillationibus vexor. A κατάῤῥοος.
ταῤῥοικὸς, ἡ, ὸν, a catarrho proueniens. 2) catarrho obnoxius. 3) catarrhum ciens f. cum catarrho coniunctus. Ab eod.
ταῤῥοντικὸς, ἡ, ὸν, idem & ab eodem.
τάῤῥοος, contr. κατάῤῥους, ου, ὁ, catarrhus, defluxio, destillatio, grauedo.
ταῤῥοπία, ας, ἡ, decliuitas loci: cum quid deorsum vergit, nititur, vt lanx trutinæ. A seq.
τάῤῥοπος, ου, ὁ, ἡ, decliuis, deorsum vergens. A καταῤῥέπω.
ταῤῥος, ὁ, idem quod κατάῤῥοος.
ταῤῥοφέω, ῶ, f. ήσω, sorbillo, absorbeo.
ταῤῥοώδης, ες, catarrhis obnoxius, grauedinosus. A κατάῤῥοος.
ταῤῥυθμέω, ῶ, fut. ήσω, quadro, ad numeros aptos redigo, conformo, fingo.
ταῤῥυθμίζω, f. ίσω, idem.
ταῤῥύομαι, defluo, descendo, de veste.
ταῤῥυπαίνω, f. ανῶ, conspurco, contamino.
ταῤῥυπόω, idem.
ταῤῥυτος, ου, ὁ, ἡ, irriguus, qui defluente humore irrigatur. 2) abundans, copiosus. A καταῤῥέω.
ταῤῥωδέω, ῶ, extimesco, metu consternor. Unde plusquampers. καταῤῥωδήκεε, Ion. pro κατεῤῥωδήκει. Partic. καταῤῥωδηκὼς, ap. Herodot. v. καταῤῥωδέω & ὀῤῥωδέω simplex.
ταῤῥὼξ, γος, ὁ, ἡ, scopulus tractus fluctibus. A καταῤῥήγνυμι.
ταρσις, εως, ἡ, appulsus nauium, & egressio e portu, e terra. 2) locus, vbi naues appellant, vel vnde egrediuntur. 3) protectio, prouentus. A καταίρω.

Καταρτάω, ῶ, f. ήσω, appendo. 2) apto.
Κατάρτησις, εως, ἡ, coaptatio. A pr.
Καταρτίζω, fut. ίσω, membrum luxatum loco suo repono. 2) instauro, resarcio, reficio. 3) perficio, absoluo. 4) struo, instruo. 5) accommodo, apte compono. 6) e multis vnum compono, concilio, ad concordiam adduco.
Κατάρτισις, εως, ἡ, instauratio, perfectio. A præc.
Καταρτισμὸς, ου, ὁ, restitutio membrorum luxatorum in locum suum. 2) instauratio, reparatio, &c.
Καταρτιστὴρ, ῆρος, ὁ, compositor, conciliator, moderator.
Κατάρτυσις, ἡ, conditio ciborum. 2) disciplina, institutio. A seq.
Καταρτύω, f. ύσω, compono, coagmento, instruo. 2) condio.
Καταρχαιρεσιάζομαι, magistratus creo. 2) vincor aliorum ambitione, vt præterear, & nulla mei habeatur ratio. E κ. & ἀρχ.
Καταρχὰς, Adu. ab initio. Ab ἀρχῇ.
Καταρχὴ, ῆς, ἡ, initium, exordium. 2) in plur. primitiæ. 2) libatio. Ex iisd.
Κατάρχω, f. ξω, prior, vel primus facio aut dico. 2) incipio, inchoo. 3) auctor sum alicuius rei, exemplum præeo. 4) præcentorem ago. 5) imperito, dominor. 6) κατάρχομαι, incipio, inchoo. 2) victimam ferio. 3) libo.
Κατάσαρκος, ου, ὁ, ἡ, carnosus, corpulentus, obesus. E κ. & σὰρξ.
Κατασαρκόω, ῶ, f. ώσω, obesum reddo.
Κατασάττω, f. ξω, constipo, condenso.
Κατασβέννυμι, vel κατασβεννύω, f. σβέσω, p. ἔσβεκα, extinguo. 2) sedo, restinguo.
Κατάσβεσις, εως, ἡ, extinctio. A pr.
Κατάσεισις, εως, concussio. A seq.
Κατασείω, f. σείσω, decutio. 2) concutio, quasso. 3) terreo. 4) manu deorsum commota silentium præcipio, seu aliud signum do.
Κατασημαίνω, f. ανῶ, annoto, obseruo. 2) obsigno. 3) nota insignio.
Κατασήπω, f. ψω, tabefacio, putrefacio.
Κατασθμαίνω, de equo sæuiente in frenum. v. καταφρυάσσ.
Κατασιγάζω, f. άσω, silentium impero.
Κατασιγάω, ῶ, fut. ήσω, idem. 2) conticesco, sileo.
Κατασιδηρόω, ferro induco, ferream cuspidem, ferreum caput addo.
Κατασικελίζω, Siculum quid comedo. Verbum Comice fictum ab Arist. τυρὸν κατεσικέλιζε, caseum Siculum deuorabat.
Κατασιλλαίνω, irrideo, dicteriis incesso.
Κατάσιμος, resimus, Gl. Vet.
Κατασινιάζω, f. άσω, lædo. A seq.
Κατασίνομαι, idem.
Κατασιτέομαι, οῦμαι, fut. ήσομαι, comedo, vescor.
Κατασιωπάω, ῶ, fut. ήσω, & άσομαι, conticesco. 2) silentium impero. 3) sedo.
Κατασκάζω, f. άσω, claudico. 2) prosterno.
Κατασκαίρω, salio, desilio.

Κατασκάπτω,

Κατασκάπτω, f. ψω, suffodiendo euerto, de muris subrutis. 2) diruo, euerto, exscindo, vt vrbem.
Κατασκαριφάω, f. ῶ, vellico, pungo, fodio.
Κατασκαφή, ῆς, ἡ, euersio. A κατασκάπτω.
Κατασκαφής, έος, ὁ, ἡ, dirutus, (suffodiendo) euersus. Ab eod.
Κατασκεδάζω, fut. άσω, dispergo, dissipo. 2) diluo, refuto. 3) dissipo, v. g. rumores. 4) offundo, perfundo, defundo, vt matulam in alicuius caput.
Κατασκεδάννυμι, & νύω, idem.
Κατασκελετεύω, f. εύσω, exsicco, arefacio, extenuo. 2) carnes ab ossibus detraho, vt sola ossa remaneant, sceleton efficio, ap. Med.
Κατασκέλλω, idem n. 1.
Κατασκελής, ὲς, tenuis, exsanguis, aridus, durus, rigidus. A pr.
Κατασκεπάζω, f. άσω, protego.
Κατασκέπτομαι, f. ψομαι, exploro, speculor. 2) prouideo.
Κατασκευάζω, f. άσω, instruo, adorno. 2) armis instruo, armo. 3) exstruo, exædifico. 4) instauro. 5) adstruo, probo argumentis, confirmo. 6) molior, machinor. 7) efficio, reddo. 8) comparo, acquiro. 9) compono, conficio. 10) præparo. 11) suborno, immitto, vt exploratorem, vel calumniatorem.
Κατασκεύασμα, ατος, τὸ, id, quod structum est, molimen, machinamentum. 2) ædificium. 3) commentum, subdola machinatio. 4) remedium excogitatum. A pr.
Κατασκευασμὸς, ῦ, ὁ, commentum, molimen subdolum. Ab eod.
Κατασκευαστής, ῦ, ὁ, structor, opifex. Ab eod.
Κατασκευαστικὸς, ἡ, ὸν, affirmandi vim habens, aptus ad confirmandum. A κατασκευαστής.
Κατασκευαστικῶς, Adu. demonstratione. A pr.
Κατασκευαστὸς, ἡ, ὸν, exstructus, conditus, structilis. 2) compactus. 3) subornatus, appositus, submissus.
Κατασκευή, ῆς, ἡ, exstructio, structura, opificium. 2) structura, compositio & artificium orationis, machinæ, calumniæ & strophæ malitiosæ. 3) constitutio. 4) institutum. 5) apparatus. 6) suppellex, vasa & instrumenta domus vel fundi. 7) metatio castrorum. 8) adstructio, probatio, demonstratio.
Κατάσκεψις, εως, ἡ, contemplatio.
Κατασκέω, ῶ, f. ήσω, exerceo. 2) erudio. Ab ἀσκέω.
Κατασκηνάω & κατασκηνάομαι, ῶμαι, tentorium defigo. 2) sedem & domicilium pono.
Κατασκηνόω, ῶ, f. ώσω, idem. 2) tentorium seu tabernaculum præbeo. 3) quiesco.
Κατασκήνωμα, τὸ, idem quod seq. A pr.
Κατασκήνωσις, εως, ἡ, tentoriorum seu tabernaculorum collocatio. 2) tentorium, habitaculum. 3) nidus. Ab eod.
Κατασκήπτω, f. ψω, cum impetu deuehor, impetuose irruo. 2) corripio, inuado.
Κατάσκηψις, εως, ἡ, inuasio. 2) impetus, vt fulminis. 3) decubitus, ap. Med.

Κατασκιάζω, f. άσω, obumbro, opaco.
Κατασκιάω, ῶ, idem. Hinc κατεσκίαον apud Hom. obumbrabant, tegebant.
Κατασκίδναμαι, dissipor.
Κατάσκιος, ε. ὁ, ἡ, vmbrosus, opacus. A σκιά.
Κατασκιρόω, f. ώσω, idem quod σκιρόω.
Κατασκλῆμι, exaresco, contabesco. Perf. κατέσκληκα, exarui, contabui, partic. κατεσκληκὼς, emaciatus, tabefactus.
Κατασκλητεύω, idem.
Κατασκόπευσις, εως, ὁ, exploratio, speculatio A seq.
Κατασκοπεύω, f. εύσω, exploro, speculor.
Κατασκοπέω, ῶ, f. ήσω, exploro, & quidem hostili animo. Vnde in N. T. insidior.
Κατασκοπή, ῆς, ἡ, speculatio, exploratio. 2) specula, vt simpl.
Κατασκόπησις, εως, ἡ, exploratio.
Κατασκοπικὸς, ἡ, ὸν, speculatorius, exploratorius. A κατασκοπή.
Κατασκόπιον, ε, τὸ, nauis exploratoria. Ab eod.
Κατάσκοπος, ε, ὁ, ἡ, explorator, speculator, index. A κατασκέπτομαι.
Κατασκυθρωπάζω, v. σκυθρωπάζω.
Κατασκώπτω, f. ψω, cauillor, dictis mordacibus incesso.
Κατασμικρίζω, deprimo verbis. Aristot. sed lectio dubia. A σμικρὸς.
Κατασμικρολογέω, ῶ, parui pendo. 2) parcum & illiberalem iudico, obloquor, vt parco.
Κατασμικρύνω, f. υνῶ, paruum reddo, imminuo. 2) extenuo, deprimo verbis.
Κατάσμυρνος, ε, ὁ, ἡ, myrrhatus, myrrham redolens. A σμύρνα.
Κατασμύχω, f. ξω, idem quod ἀποσμύχω.
Κατασμώχω, f. ξω, contero, contundo, minuo.
Κατασοβαρεύομαι, insolenter, vel superbe me aduersus aliquem gero, effero.
Κατασοβέω, ῶ, f. ήσω, abigo, propulso, expello. 2) persequor.
Κατασοφίζω, & κατασοφίζομαι, sophistice decipio, sophisticate circumuenio. 2) fraudes & dolos machinor, dolose ago. 3) arte aliqua decipio, circumuenio. Pass. κατασοφίζομαι, decipior, aor. 1. part. κατασοφισθεὶς, deceptus.
Κατασοφιστεύω, f. εύσω, eludo captiose verborum argutiis.
Κατασπάζομαι, f. άσομαι, comiter accipio & amplector. Ab ἀσπάζομαι.
Κατασπαθάω, ῶ, f. ήσω, luxu consumo, prodigo. v. κατασπαταλάω & σπαθάω.
Κατασπαράσσω, vel άττω, f. ξω, dilacero, dilanio, discerpo.
Κατάσπασις, εως, ἡ, detractio. A κατασπάω.
Κατάσπασμα, ατος, τὸ, idem. 2) quod conuulsum est. Ab eod.
Κατασπασμὸς, ῦ, ὁ, idem.
Κατασπαστικὸς, ἡ, ὸν, detrahendi, conuellendi vim habens. Ab eod.
Κατασπαταλάω, ῶ, delicior, in deliciis viuo.
Κατασπάω, ῶ, detraho, destruo, conuello, deturbo. 2) auide deglutio, seu haurio faucibus. Perf. in sing. præs. κατέσπακας, deglutis, siue soles deglutire, apud Aristoph.

[Κα]τασπείρω, fero, femino, confero.
[Κα]τάσπεισις, εως, ἡ, pertufio, vt hoftiæ. A feq.
[Κα]τασπένδω, f. σπείσω, libo, perfundo libamine feu libamento. 2) deuoueo.
[Κα]τασπέρχω, impello, vrgeo, properare cogo
[Κα]τασπεύδω, fut. εύσω, vrgeo, incito, inftigo. 2) feftino. Perf. part. κατεσπευσμένος, acceleratus.
[Κα]τασπιλάζω, f. άσω, commaculo, labem adfpergo, inquino. A σπῖλος, macula. 2) ex improuifo appareo vel adfuum, vel irruo. A σπιλάς.
[Κα]τασποδέω, ῶ, f. ήσω, ferio, percutio, vt fimplex.
[Κα]τασπορὰ, ᾶς, ἡ, feminatio. A κατασπείρω.
[Κα]τασπουδάζω, f. άσω, ftudeo, operam nauo, ftudiofe adfecto. perf. part. κατεσπουδασμένος, rerum agendarum curiofus, feduius, nauus.
[Κα]τασπουδὴν, *Adu.* de induftria, ftudio, data opera, pro κατὰ σπουδὴν.
[Κα]ταστάγμὸς, ῦ, ὁ, deftillatio. A feq.
[Κα]ταστάζω, f. άξω, deftillo, inftillo, ftillatim infundo, vel effundo.
[Κα]ταστάθμεύω, f. εύσω, in ftatione, deuerforio, feu ftabulo colloco.
[Κα]τασταθμίζω, f. ίσω, appendo, pondere metior, libro.
[Κα]τασταθμισμὸς, ῦ, ὁ, appenfus, libratio. A pr.
[Κα]ταστάλτικὸς, ἡ, ὸν, reprimendi aut fiftendi vim habens, reprimens, fiftens, cohibens. A καταστέλλω, *reprimo.*
[Κα]ταστάμνίζω, f. ίσω, in vas feu dolium infundo & condo.
[Κα]ταστάσιάζω, f. άσω, feditione opprimo & adfligo. 2) concerto.
[Κα]τάστασις, εως, ἡ, collocatio & conftitutio cuiusuis rei in fua fede. 2) conftitutio, ordinatio, inftitutio. 3) ordinatio ad officium. 4) conftitutio, v. gr. aëris, corporis humani. 5) ftatus, conditio. 6) ipfa actio ftandi. 7) locus, in quo confiftitur. 8) confeffus, concilium, concio. 9) fedes. 10) ftipendium equeftre. 11) fedatio v. c. tumultus, & cuiuscunque perturbationis. A καθίστημι.
[Κα]ταστάτης, ῦ, ὁ, inftaurator, difpofitor. Ab eodem.
[Κα]ταστάτικὸς, ἡ, ὸν, certo ftatu præditus. 2) fedandi vim habens. Ab eodem.
[Κα]ταστεγάζω, f. άσω, tego, operio.
[Κα]ταστέγασμα, ατος, τὸ, operimentum, tegmen. A pr.
[Κα]τάστεγος, ῦ, ὁ, ἡ, tectus, tecto coopertus. A στέγη, *tectum.*
[Κα]ταστείβω, f. ψω, calco, pedibus tero.
[Κα]ταστείχω, f. ξω, defcendo. 2) redeo, reuertor.
[Κα]ταστέλλω, reprimo, fedo, compefco. 2) veftio, orno. κατασταλμαι in aor. 1. κατεσταλμένος, perf. part. moderatus, placatus.
[Κα]ταστενάζω, f. νάξω, ingemifco, cum gemitu deploro.
[Κα]ταστένω, f. νῶ, ingemo, fufpiro.

Καταστερίζω, fut. ίσω, ftellis diftinguo, ftellis infignio. 2) inter aftra colloco, in aftra refero. E κ. & ἀσ.
Κατάστερος, ῦ, ὁ, ἡ, ftellatus, qui fiderum fplendorem imitatur. Ab ἀστήρ.
Καταστέρισις, εως, ἡ, conftellatio. Gl. Vet. A καταστερίζω.
Καταστερισμὸς, ῦ, ὁ, relatio in aftra. 2) Eratofthenis καταστερισμοὶ, enarratio eorum, quæ in aftra funt relata, iisque nomen dedere. Ab eodem.
Καταστεφανόω, ῶ, f. ώσω, corono.
Καταστεφὴς, ὲς, coronatus. A feq.
Καταστέφω, f. ψω, corono, ferto redimio.
Καταστηλιτεύω, f. εύσω, in ftela noto, profcribo, vituperare, oratione inuectiua infamo. perf. part. κατεστηλιτευμένος, profcriptus.
Καταστηλόω, cippis, columellis diftinguo, v. c. viam.
Κατάστημα, ατος, τὸ, conftitutio, habitus, ftatus. 2) habitus vultusque hominis compofita mente. 3) veftitus. A καθίστημι.
Καταστηματικὸς, ἡ, ὸν, fedatus, qui nullo modo turbatur. A pr.
Κατάστημος, ὁ, ἡ, veftis denfo ftamine. E κ. & στήμων, *ftamen.*
Καταστηρίζω, f. ίξω, fulcio. 2) intell. ἑαυτὸν, innitor, incumbo, confideo, cum εἰς.
Κατάστιγμα, τὸ, macula in pelle animalis. A feq.
Καταστίζω, fut. ξω, punctis diftinguo, compungo.
Κατάστικτος, ῦ, ὁ, ἡ, punctis diftinctus, notis compunctus, varius, maculofus. A pr.
Καταστίλβω, niteo, fulgeo, refulgeo.
Καταστολὴ, ῆς, ἡ, repreffio, inhibitio, cohibitio. 2) veftitus, amictus. 3) modeftia in veftitu. A καταστέλλω.
Καταστολίζω, veftibus orno, veftio.
Καταστομίζω, f. ίσω, tacere cogo. A στόμα.
Καταστομὶς, ίδος, ἡ, tibiæ pars quædam. E κατὰ & στόμα.
Καταστοναχέω, ῶ, ingemifco, fufpiro grauiter.
Καταστοναχίζω, f. ίσω, idem.
Καταστορέννυμι, vel καταστορεννύω, fterno; fedo, vt mare, animum iratum &c. & tranquillum reddo. A feq.
Καταστορέω, ῶ, idem. aor. 1. κατεστόρεσε, ftrauit, fedauit. Plusqpf. paff. κατεστόρηντο, ftrati ac cæfi erant. aor. 1. paff. καταστορεσθῆναι, fedari.
Καταστοχάζομαι, fut. άσομαι, collimo, fcopum peto. 2) velut fcopum propofitum habeo, fpecto. 3) coniicio. A στοχάζομαι.
Καταστοχασμὸς, ῦ, ὁ, coniectura.
Καταστοχαστικὸς, ἡ, ὸν, coniecturalis, in coniiciendo acutus.
Καταστραγγίζω, fut. ίσω, efficio vt quid deftillet.
Καταστράπτω, f. ψω, fulgore illuftro, fulgore vel fplendore oppleo.
Καταστρατηγέω, ῶ, f. ήσω, ftrategemate fupero, bellica aftutia decipio. Perf. part. paff. κατεστρατηγημένος, ftrategemate vel quacunque fraude circumuentus.

Καταστρατο-

Καταστρατοπεδεύω, f. εύσω, castra moueo aduersus, exercitu infesto inuado. 2) castra metor; in castris dego.

Καταστρατοπεδεία, ἡ, castrametatio, f. castra ipsa, vt simplex.

Καταστρεβλόω, ῶ, fut. ώσω, torqueo. 2) distorqueo, deprauo.

Καταστρέφω, f. ψω, subuerto. 2) deiicio, prosterno. 3) reuoco. 4) exigo, finio, claudo. 5) morior, vitam finio. 6) desino. 7) subigo, subiugo, in potestatem redigo. καταστρέφομαι, act. & passiue, vt κατεστραμμένος πολλὴν γῆν, qui multum terræ subegit. κατεστραμμένος, subactus, euersus.

Καταστρηνιάω, ῶ, f. άσω, insolentius & lasciuius me gero, lasciuio. v. στρηνής.

Καταστροφὴ, ῆς, ἡ, catastrophe, extrema pars fabulæ. 2) subuersio, deiectio. 3) exitus, finis, mors. A καταστρέφω.

Καταστροφικῶς, *Adu.* more catastropharum, seu vt in catastrophis fabularum fieri solet.

Κατάστρωμα, ατος, τὸ, superius tabulatum nauis, quod nautas aut milites sustinet. A seq.

Καταστρώννυμι, vel καταστρωννύω, f. στρώσω, consterno. 2) humi sterno, humi affligo. Inf. καταστρωννύναι, sternere. aor. 1. κατέστρωσαν, strauerunt. plusquamperf. κατέστρωντο, strati fuerant. Hinc

Κατάστρωσις, εως, ἡ, constratio. 2) prostratio.

Καταστυγέω, ῶ, fut. ήσω, auersor, odio prosequor.

Καταστυγνάζω, molestia afficior, sum tristis, vultuosus. A seq.

Κατάστυγνος, ον, tristis, æger.

Καταστύφελος, & κατάστυφλος, ε, ὁ, ἡ, valde durus, asper.

Καταστωμύλλω, deblatero, blaterando obtundo. Perf. part. pass. κατεστωμυλμένος, ad loquacitatem & garriendum factus, compositus. aor. 1. med. κατεστωμύλατο, argute accusauit, argute recitauit.

Κατασύομαι, cum impetu ruo: vt hinc sit Homericum κατέσσυτο.

Κατασυρίττω, f. ξω, sibilum edo, sibilo. 2) exsibilo.

Κατασύρω, detraho, deorsum traho. 2) populor, diripio. 3) pertraho.

Κατασφαγὴ, ῆς, ἡ, interemptio, occisio. A seq.

Κατασφάζω, f. άττω, f. ξω, iugulo, macto. 2) interficio, occido. aor. 2. part. κατασφαγεὶς, interemptus.

Κατασφακτικὸς, ἡ, ὸν, auidus cædis, sanguinolentus. A pr.

Κατασφαλίζω, f. ίσω, munio, tutum reddo. 2) feris cl udo, obfirmo. Ab ἀσφαλίζω.

Κατασφενδονάω, ῶ, f. ήσω, fundam contorqueo aduersus aliquem.

Κατασφηκόω, ῶ, f. ώσω, in augustum contraho. 2) clauis configo.

Κατασφηνόω, ῶ, f. ώσω, cuneo findo.

Κατασφίγγω, diffringo. Gl. Vet. constringo.

Κατασφραγίζω, f. ίσω, signo, signaculo obfirmo.

Κατασχάζω, f. άσω, scarifo, scalpro aperio.

Κατάσχασμα, ατος, τὸ, scarifatio, incisio aut fissura scalpello facta. A pr.

Κατασχασμὸς, ε, ὁ, idem & ab eod.

Κατασχαστέον, scarifandum. Ab eodem.

Κατασχάω, laxo, remitto, vt simplex.

Κατασχέθω, inhibeo, detineo.

Κατάσχεσις, εως, ἡ, possessio, occupatio. 2) retentio. A κατέχω.

Κατασχετλιάζω, fut. άσω, indignor aduersus quid.

Κατάσχετος, ε, ὁ, ἡ, detentus, qui captus detinetur. A κατέχω, *detineo*.

Κατασχηματίζω, f. ίσω, effingo, conformo.

Κατασχημονέω, ῶ, f. ήσω, indecore, turpiter & contumeliose ago, seu tracto. Ab ἀσχημονέω, idem.

Κατασχίζω, f. ίσω, diffindo, discindo, conscindo, diffindendo conuello. 2) præcido.

Κατάσχισις, εως, ἡ, diffissio, discissio. A pr.

Κατάσχισμα ατος, τὸ, frustum findendo vel scindendo auulsum. Ab eod.

Κατασχολάζω, otium habeo, vaco.

Κατασχολέω, ῶ, fut. ήσω, occupatus sum. 2) otio male vtor. Ab ἀσχολέω.

Κατασωρεύω, f. εύσω, accumulo, coaceruo.

Κατασωτεύω, per luxuriam absumo. Ab ἀσωτεύω.

Κατατύχω, attero, contero.

Κατατάμνω, idem quod κατατέμνω.

Κατατανύω, f. ύσω, extendo. 2) explico, expedio.

Κατάταξις, εως, ἡ, centuriatio, decuriatio. 2) constitutio in suo cuiusque loco. A κατατάσσω.

Καταταράσσω, f. άττω, perturbo.

Καταταρταρόω, f. ώσω, in locum caliginosum, item carcerem deiicio.

Κατάτασις, εως, ἡ, extensio. 2) collocatio membri, ap. Hippocr. A κατατείνω.

Κατατάσσω, vel άττω, f. ξω, ordino, constituo. 2) in ordines militares refero, centurio, decurio. 3) refero inter, insero.

Καταταχέω, ῶ, f. ήσω, celeritate vinco & auerto. 2) festino. A τάχος.

Καταταχὺς, *Adu.* pro κατὰ τάχος, celeriter.

Καταταχύνω, festino.

Κατατέγγω, humidus sum, madeo.

Κατατεθαῤῥηκότως, *Adu.* confidenter, audacter, licenter. A καταθαῤῥέω.

Κατατείνω, tendo. 2) retineo, attractis habenis. 3) inhibeo, coërceo. 4) prosterno, deiicio. 5) contendo. 6) distendo, extendo, distendendo torqueo. 7) porrigor, pertineo. 8) pergo. 9) contendo, connitor.

Κατατειχίζω, fut. ίσω, muros demolior & deiicio.

Κατατειχογραφέω, *cum Gen.* in pariete aduersus quem scribo quid. E κατὰ, τεῖχος & γράφω.

Κατατελὴς, έος, ὁ, ἡ, perfectus, totus, vsque ad reliquias. τὰ κατατέλεια, ων, reliquiæ. 2) sumtus & impensæ. 3) magistratuum consessus.

Κατατέμνω, fut. εμῶ, concido. 2) vulneribus multis concisum interficio. 3) occido. 4) disseco, in partes seco. 5) dirimo, dirimo societatem. aor. 2. κατέταμον. part. κατταμὼν, qui scidit. aor. 1. pass. κατετμήθην, part. κατατμηθεὶς, scissus.

Κατατέ-

κατατέρπω, f. ψω, delecto.
κατατεφρόω, ῶ, f. ώσω, in cinerem redigo.
κατατεχνολογέω, ῶ, f. ήσω, artificiose, subtiliter distinguo & dissero. 2) in artem redigo.
κατάτεχνος, ε, ὁ, ἡ, artificiosus, artifex. 2) artificiose elaboratus & perpolitus. A τέχνη.
κατατεχνικὸς, ἡ, ὸν, idem.
κατατεχνικῶς, *Adu.* artificiose.
κατατήκω, f. ξω, colliquefacio. 2) emacio, contabefacio.
καταθήπω, admiror, obstupesco. perf. med. κατατέθηπα. κατετεθήπεισαν, 3. pl. plusquamp.
κατατίθημι & κατατίθεμαι, *med.* ex humeris &c. depono. 2) depono apud aliquem. 3) persoluo, numero. 4) repono, colloco. 5) *in medio*: depono ex humeris &c. onus, honorem, omitto controuersiam, accusationem. 2) constituo, ordino res. 3) comparo, consequor. 4) ineo, (gratiam), suscipio (inimicitias). 5) tribuo (beneficium), *in pass.* accipio. 6) tracto aliquem, in vtramque partem. 7) occulto, comprimo, de dardanariis, qui frumentum nolunt vendere, vt carius fiat.
κατατιλάω, ῶ, f. ήσω, stercore contamino. 2) stercus emitto aduersum.
κατατίλλω, depilo, compilo, conuello.
κατατιτραίνω, idem quod seq.
κατατιτράω, ῶ, f. κατατρήσω, perforo, pertundo, perterebro. Perf. part. pass. κατατετρημένος.
κατατιτρώσκω, f. κατατρώσω, saucio, vulnero.
κατατοκίζω, f. ίσω, fœnore obruo & exhaurio.
κατατολμάω, ῶ, f. ήσω, audeo aduersus aliquem. item, audaci & fidenti animo, cum periculo etiam, facio aliquid.
κατατομὴ, ῆς, ἡ, concisio. 2) incisio, sectio, incisura, vt simplex.
κατάτονος, ε, ὁ, ἡ, deorsum tendens. 2) minus altus. A κατατείνω, *deorsum tendo.*
κατατοξεύω, f. εύσω, sagitta peto. 2) sagitta configo, confodio.
κατατραυματίζω, fut. ίσω, saucio, vulneribus conficio.
κατατράω, ῶ, f. ήσω, perforo.
κατατρέπω, f. ψω, in fugam verto, fugo.
κατατρέχω, incurro, incursionem facio, incursionibus vasto. 2) insector, inuehor, reprehendo. 3) percurro, lustro, considero. aor. 2. κατέδραμον, inf. καταδραμεῖν.
κατατρησις, εως, ἡ, perforatio. A κατατράω.
κατατρίβω, f. ψω, contero, attero, confrico. 2) consumo vel tero tempus. κατατριβῆναι, aor. 2. pass. ætatem consumsisse. perf. pass. κατατέτριμμαι, ætatem consumsi in.
κατατρίζω, f. ίσω, strido, stridorem edo.
κατατρίχιος, ε, ὁ, ἡ, instar pili tenuis. A θρὶξ, *pilus.*
κατάτριψις, εως, ἡ, attritus, contritio.
κατάτροπος, ε, ὁ, ἡ, deorsum versus, deorsum vergens, decliuis. Hes. A κατατρέπω.
κατατροχάζω, f. άσω, decurro, incurro. 2) roto.
κατατρόχασος, ε, ὁ, ἡ, qui curru transiri potest.
κατατρυπάω, ῶ, terebro.
κατατρυφάω, ῶ, f. ήσω, oblector, delector, 2) luxu diffluo, delicate admodum viuo. 3) luxurior in aliqua re.
Κατατρύχω, attero, contero. 2) adfligo, vexo.
Κατατρύω, f. ύσω, idem.
Κατατρώγω, comedendo seu corrodendo consumo, comedo.
Κατατυγχάνω, euenio. 2) consequor, adsequor. κατατυχὼν, aor. 2. part. voti compos. inf. κατατυχεῖν, assequi.
Κατατυραννέω, ῶ, f. ήσω, tyrannidem exerceo.
Καταυαίνω, arefacio.
Καταυγάζω, f. άσω, illumino, illustro. 2) resplendeo, luceo.
Καταυγασμὸς, ε, ὁ, illuminatio, illustratio. A præc.
Καταυγάστειρα, ἡ, quæ illuminat. Ab eod.
Καταύδησις, εως, ἡ, vociferatio. Ab αὐδάω.
Καταῦθι, *Adu.* illic.
Καταυλακίζω, f. ίσω, sulco.
Καταυλέω, ῶ, f. ήσω, tibia modulor. *Pass.* καταυλέομαι, ῦμαι, tibiæ cantum audio. 2) tibiis personor, impleor & obruor, item demulceor a strepitu tibiarum. 3) exsibilor & derideor.
Καταύλησις, εως, ἡ, tibiarum inflatus. A pr.
Καταυλίζομαι, f. ίσομαι, stationem habeo. 2) deuertor, castra metor, consideo.
Καταυτίκα, *Adu.* statim, illico.
Καταυτόθι, *Adu.* ibi, illic, istic.
Καταυχάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, glorior contra.
Καταύω, f. αύσω, torreo, exuro. 2) aboleo.
Καταφαγᾶς, ᾶδος, ἡ, nepos, helluo, ganeo. A seq.
Καταφαγεῖν, aor. 2. (Præs. inus.) peredere, edere, deuorare. 2) consumere, absumere, per luxum abligurire. καταφάγομαι, deuorabo.
Καταφαίνομαι, appareo, videor esse.
Καταφάνεια, ας, ἡ, claritus, perspicuitas. A seq.
Καταφανὴς, έος, ὁ, ἡ, conspicuus, apertus.
Καταφαντάζω, f. άσω, idem quod φαντάζω.
Καταφαντὸς, ἡ, ὸν, adfirmatiuus, qui adfirmari potest, adfirmandus. (sed hoc potius κατάφατος.) A κατάφημι. 2) qui videri aut conspici potest, conspiciendus. A καταφαίνομαι.
Καταφανῶς, *Adu.* aperte, euidenter, manifeste. A καταφανής.
Καταφαρμακεύω, f. εύσω, veneficio delinio. 2) lenocinio adficio, fuco.
Καταφαρμάσσω, vel καταφαρμάττω, f. ξω, veneno lædo, veneno noceo.
Κατάφασις, εως, ἡ, adfirmatio, enunciatio cum adsensu. A κατάφημι.
Καταφάσκω, idem quod κατάφημι.
Καταφατίζω, dico contra aliquem. 2) sancte polliceor, affirmo.
Καταφατικὸς, ἡ, ὸν, adfirmans. A κατάφημι.
Καταφατικῶς, *Adu.* adfirmando.
Καταφαυλίζω, f. ίσω, pro vili habeo, contemno, verbis deprimo.
Καταφέγγω, fulgore percello.
Καταφέρεια, ας, ἡ, procliuitas. A seq.
Καταφερὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, decliuis, pronus, procliuis. 2) infirmus, imbellis. 3) libidinosa, meretrix. 4) omninoque intemperans in quocunque genere. A seq.

Καταφέρω, deorſum fero, defero, demitto. 2) deiicio, deturbo. 3) adigo, allido, incutio. καταφέρομαι, deferor, appello. κατενεχθεὶς, aor. 1. part. delatus, appulſus. in act. κατενεγκὼν, qui detulit, adegit.

Καταφεύγω, confugio, perfugio. καταφευκτέον, confugiendum.

Κατάφευξις, εως, ἡ, perfugium, confugium.

Κατάφημι, aio, adfirmo, confirmo. 2) denuncio, defero.

Καταφημίζω, f. ίσω, diuulgo, famam ſpargo. κατεπεφήμιςαι, fama fert.

Κατάφημος, famoſus. Gl. Vet. A φήμη.

Καταφθάνω, peruenio, aduenio. 2) opprimo aliquem, inuado.

Καταφθανῦμαι, idem, apud Aeſchyl. A pr.

Καταφθείρω, corrumpo, perdo.

Καταφθινύθω, profligo, perdo, corrumpo. 2) contabeſco, diſpereo.

Καταφθίνω, conſumo tabe. 2) *paſſ.* tabeſco, marceſco, intereo.

Καταφθίω, f. ίσω, perdo, interficio.

Καταφθορὰ, ᾶς, ἡ, corruptio, deſtructio, vaſtatio. 2) maceratio. 3) ſtupratio. 4) internecio, ſtrages, cædes. 5) mors æterna, ſcriptores eccl. 6) vita improba, perdita. A καταφθείρω.

Καταφιλέω, ῶ, f. ήσω, deoſculor, oſculor.

Καταφιλοσοφέω, ῶ, f. ήσω, ſentio in philoſophia contra aliquem, ſ. diſputo. 2) philoſophica diſputatione vinco. 3) ſilentio & modeſtia, ſ. patientia vinco.

Καταφλέγω, f. ξω, comburo, imflammo. καταφλέγομαι, deflagro. καταφλεχθεὶς, aor. 1. paſſ. part.

Κατάφλεκτος, ον, combuſtus.

Καταφλεξίπολις, ὁ, ἡ, exuſtor, vaſtator vrbis. Ex ſeq. & πόλις.

Κατάφλεξις, εως, ἡ, combuſtio, exuſtio.

Καταφλυαρέω, ῶ, f. ήσω, obgannio. 2) deblatero, nugas effutio.

Καταφοβέω, ῶ, f. ήσω, exterreo, conterreo.

Κατάφοβος, ε, ὁ, ἡ, formidoloſus, plenus timoris. 2) exterritus.

Καταφοινίσσω, rubro colore tingo, cruento.

Καταφοιτάω, ῶ, f. ήσω, venio. 2) diſcedo.

Καταφονεύω, cædem perpetro, occido.

Καταφορὰ, ᾶς, ἡ, lapſus, caſus, etiam occaſus ſolis. 2) ictus. 3) adliſio. 4) altus ſopor, grauis ſomnolentia. *Aquila.* 5) inuectiua, obiurgatio grauis. 6) merces operarum. Poll. A καταφέρω.

Καταφορέω, ῶ, f. ήσω, deueho, defero.

Καταφορικὸς, ἡ, ὸν, vehemens, cum impetu incurrens, inuectiuus. A καταφορὰ.

Καταφορικῶς, *Adu.* vehementer, aſpere. A pr.

Κατάφορος, ε, ὁ, ἡ, procliuis, pronus, propenſus, proprie & tropice. 2) qui defertur, delabitur. A καταφέρω.

Καταφορτίζω, f. ίσω, onero, onus impono.

Καταφορτικὸς, ἡ, ὸν, oneroſus. 2) vehemens.

Κατάφορτος, ον, onuſtus.

Κατάφραγμα, ατος, τὸ, munimen.

Καταφράζομαι, f. άσομαι, conſidero, animaduerto.

Κατάφρακτος, ε, ὁ, ἡ, loricatus. A ſeq.

Καταφράσσω, vel άττω, f. ξω, munio, ſepio. 2) lorica munio.

Καταφρονέω, ῶ, f. ήσω, contemno, ſperno, deſpicio. 2) *cum Acc. pro* adfecto, inpr. dolose meditor, apud Herodot. vnde ap. ὁ. καταφρονῦντες, impoſtores, fraudulenti, prævaricatores. 3) in fines alienos irruo hoſtiliter, ſc. quia hoſtes contemno h. e. non timeo. *nam & 4) eſt* non timeo, contemtim, vt quem nil timeam, tracto: vt & latini *contemno* dicunt.

Καταφρόνημα, ατος, τὸ, contemtus, contemtio. 2) hoſtilis irruptio in fines alienos. A pr.

Καταφρόνησις, εως, ἡ, contemtus, deſpectio. Ab eodem.

Καταφρονητὴς, ε, ὁ, contemtor. Ab eod.

Καταφρονητικὸς, ἡ, ὸν, ad contemnendum propenſus, qui facile contemnit. A pr.

Καταφρονητικῶς, *Adu.* contemtim, per contemtum. A pr.

Καταφροντίζω, fut. ίσω, iocoſe fictum ab Ariſtophane, ὀκ ἀπολώλεκ' ἀλλὰ καταπεφρόντικα, ſcil. θοιμάτιον, non amiſi veſtem, verum ſtudiis impendi, *ich habs verſtudirt.*

Καταφρύαγμα, ατος, τὸ, faſtus, ſupercilium.

Καταφρυάσσομαι, άττομαι, propr. de equo ſæviente in frenum. 2) gloriam mihi adverſus aliquem adſumo, effero me contra aliquem.

Καταφρύγω, f. ξω, torreo. 2) cremo.

Καταφρύσσω, vel φρύττω, f. ξω, idem.

Καταφυγγάνω, confugio, A καταφεύγω.

Καταφυγὴ, ῆς, ἡ, refugium. Ab eod.

Καταφύγιον, ε, τὸ, perfugium. Ab eodem.

Καταφυλαδὸν, *Adu.* per tribus, tributim, per gentes. A φυλὴ.

Καταφυλάσσω, vel καταφυλάττω, fut. ξω, obſeruo.

Καταφυλλοροέω, ῶ, f. ήσω, folia demitto, abiicio. E κατὰ, φύλλον & ῥόος.

Καταφύξιμος, ε, ὁ, ἡ, ad quem perfugium eſt.

Καταφυσάω, ῶ, flatu effundo, perfundo.

Καταφύτευσις, εως, ὁ, plantatio. A ſeq.

Καταφυτεύω, f. εύσω, planto, conſero.

Κατάφυτος, ε, ὁ, ἡ, conſitus, arboribus conſitus. E κ. & φυτὸν, *planta.*

Καταφωνεῖν, perſonare, *de cicadis.*

Καταφώνησις, εως, ἡ, cum quid ſono expletur.

Καταφωράω, ῶ, f. άσω, in furto, aut alio facinore deprehendo. 2) deprehendo & comperio. 3) ſcrutor, exquiro.

Κατάφωρος, ε, ὁ, ἡ, deprehenſus in facinore, manifeſtus reus. E κ. & φὼρ, *fur.*

Καταφωτίζω, fut. ίσω, illumino, illuſtro. 2) baptizo, apud Scriptores Eccl.

Καταχαίνω, dehiſco. 2) derideo cum cachinno.

Καταχαίρω, gaudeo infortunio alicuius, aliorum malis lætor, inſulto.

Καταχαλαζάω, ῶ, grandine obruo, lapides, fuſtes congero.

Καταχαλάω,

ταχαλάω, ῶ, demitto per funem.

ταχαλκεύω, refingo ferreum aut æneum instrumentum: *si lectio vera apud Plut.*

τάχαλκος, ου, ὁ, ἡ, æratus.

ταχαλκόω, ῶ, f. ώσω, ære obduco. A pr.

ταχαρίζομαι, f. ίσομαι, indulgeo, condono. 2) in gratiam alicuius facio. 3) populariter & ambitiose loquor. Dicitur autem plerumque in partem deteriorem, vt præter ius alicui condonare, concedere &c.

ταχαριστικὸς, οῦ, ὁ, largitor. A pr.

τάχαρμα, ατος, τὸ, ludibrium.

τάχασμα, ατος, τὸ, hiatus, profunditas. 2) irrisio cum cachinno.

ταχασμάομαι, ῶμαι, fut. ήσομαι, dehisco. 2) derideo.

ταχάσμησις, εως, ἡ, derisio, vt κατάχασμα, n. 2. A pr.

ταχίζω, f. ίσω, concaco.

ταχείρεος, ον, habilis manui, vt χερμάδιος. A χείρ.

ταχειροτονέω, ῶ, fut. ήσω, aduersus aliquem suffragium fero, suffragio condemno.

ταχειροτονία, ας, ἡ, condemnatio per suffragia, condemnatio a plebe facta. A pr.

ταχεύω, profundo, idem quod seq.

ταχέω, defundo, effundo. 2) offundo, profundo. aor. 1. κατέχευα.

ταχήνη, ης, ἡ, derisio, contemtus. A καταχαίνω.

ταχηρεύω, vidua sum, in viduitate ago.

ταχὲς, έος, τὸ, sonorum, streperum. *Dorice* pro κατηχὲς, a κατηχής.

ταχθέω, molestia afficio.

τάχθομαι, rei alicuius molestia adficior.

ταχθόνιος, ου, ὁ, ἡ, subterraneus, infernus, infernalis. καταχθόνιοι, inferi, mortui.

ταχλαινόω, vestio, proprie læna, veste pinguiori.

ταχλευάζω, fut. άσω, ludificor, irrideo, subsanno, cauillor.

ταχλιδάω, ῶ, delicias facio, insolens sum.

ταχλοος, ον, valde viridis. A χλόη, *herba.*

ταχορδεύειν, intestina & ventrem s. etiam carnem concidere, secare, καταχειρουργεῖν. Herodot.

ταχορδέω, idem. 2) interficio, concido. Ab eod.

ταχόρευσις, εως, ἡ, species cantus, quo in ludis Pythiis Apollo ob deuictum Pythonem ouans describebatur.

ταχορηγέω, ῶ, f. ήσω, absumo in choragio, absumo in apparatu ludorum choricorum. 2) suppedito, largior, erogo. 3) effundo, large contribuo.

ταχόω, inus. sed fut. 1. καταχώσω, & tempora inde formanda suppeditat verbo καταχωννύω, humo congesta tego, humo vel arena obruo.

ταχράομαι, ῶμαι, f. χρήσομαι, abutor, immodice vtor, absumo, profundo. 2) vtor, *in bonam partem.* 4) male accipio verberibus, morte adficio, interficio. 3) vtendum accipio.

ταχρέμπτομαι, exscreo in, conspuo. 2) despuo.

Κατάχρεος, ου, ὁ, ἡ, *Att.* κατάχρεως, ære alieno oppressus, obæratus. 2) obnoxius. Hinc τὰ κατάχρεα, ων, bona oppignerata & obærata.

Κατάχρησις, εως, ἡ, abusio, abusus. 2) vsurpatio, etiam in bonam partem. 3) catachresis. Figura rhetorica. A καταχράομαι.

Καταχρηστικὸς, ἡ, ὸν, abusiuus. Ab eodem.

Καταχρηστικῶς, *Adu.* abusiue. A pr.

Κατάχρισις, εως, ἡ, inunctio. A καταχρίω.

Κατάχρισμα, ατος, ἡ, vnguentum. Ab eodem.

Κατάχριστος, ου, ὁ, ἡ, inunctus, perlitus. A seq.

Καταχρίω, f. ίσω, inungo, illino, oblino.

Κατάχρυσος, ου, ὁ, ἡ, auro inductus, inauratus.

Καταχρυσόω, ῶ, inauro, auro obduco.

Καταχρώζω, f. ώσω, coloro, colore imbuo.

Καταχρώννυμι, vel καταχρωννύω, f. ύσω, idem.

Κατάχυμα, ατος, τὸ, perfusio, infusio, adspersio. A καταχύω.

Κατάχυσις, εως, ἡ, idem. 2) vas, quo aqua manibus infunditur, vel mensæ infertur. Ab eodem.

Κατάχυσμα, ατος, τὸ, adspergo, inis; quod effunditur, seu defunditur in aliquid. Hinc τὰ καταχύσματα, ων, bellaria, nuces & ficus, quæ in capita recens emtorum seruorum ad focum sedentium, vel etiam sponsorum, effundi solebant. Ab eod.

Καταχυσμάτιον, ου, τὸ, iusculum & condimentum, quo perfunditur caro assa. Dim. pr.

Κατάχυτλον, ου, τὸ, vas, quo lauantes perfunduntur a balneatoribus.

Καταχυτρίζω, f. ίσω, in olla vel vase fictili condo, repono, expono. 2) occido.

Καταχύω, f. ύσω, defundo, effundo, inus.

Καταχωλεύω, f. εύσω, claudico.

Καταχωνεύω, f. εύσω, conflo.

Καταχώννυμι, vel καταχωννύω, f. καταχώσω, ab inus. καταχόω, aggerem duco. 2) terra obruo, obruo. aor. 1. part. pass. καταχωσθεὶς, obrutus.

Καταχωρίζω, f. ίσω, semoueo. 2) in aliquo loco colloco, in loco aliquo statuo. 2) in literas refero, in tabulario repono.

Καταχωρισμὸς, οῦ, ὁ, collocatio. 2) relatio in literas, in tabularium &c. A pr.

Καταψαίρω, commoueor.

Καταψάλλω, fidibus cano, fidibus oblecto.

Κυμινότριβες, ε, ὁ, ἡ, cum cumino tritus. Ex eod. & τρίβω, *tero*.
Κυμοδέγμων, ονος, ὁ, ἡ, fluctus excipiens. Ex κῦμα & δέχομαι, *capio*.
Κυμοθαλὴς, ὲς, vndis abundans. Epith. Neptuni. Ex eod. & θάλλω.
Κυμοτόμος, ε, ὁ, ἡ, fluctus secans, machina triangularis pontibus præstrui solita ad fluctus frangendos. E. κῦμα & τέμνω.
Κυναγὸς, ε, ὁ καὶ ἡ, Tragici & *Dor.* pro κυνηγός.
Κυνάγχη, ης, ἡ, millum, collare canum. 2) angina. E κύων & ἄγχω, *strangulo*.
Κυναγχικὸς, ἡ, ὸς, angina laborans. A pr.
Κυναγωγὸς, ε, ὁ, canum ductor.
Κυναιδος, ε, ὁ, ἡ, idem quod κίναιδος.
Κυνακανθα, vel κυνοςκάνθη, ης ἡ, sentis canis.
Κυναπτὴς, ε, ὁ, vinculum, funis, quo ducitur canis. E κύων & ἄγω.
Κυναλώπηξ, εκος, ὁ, qs. caniuulpes, vulpe & cane natus. 2) homo impudens, vt canis, astutus, vt vulpes.
Κυνάμυια, ας, ἡ, vid. κυνόμυια.
Κυνάνθρωπος, ε, ὁ, ἡ, versipellis. 2) impudens.
Κυναρ- ἄκανθα, & κύναρος ἄκανθα, sentis canis, cynosbatos. Gl. Vet. κυνάρα, cardui.
Κυνάριον, ε, τὸ, catellus. Dim a κύων.
Κυνὰς, άδος, ἡ, pilus caninus. 2) pulpa mollior e pane, manibus abstergendis adhiberi solita. 3) rubus caninus, sentis canis. Ab eod.
Κύναστρον, ε, τὸ, canicula, stella, Sirius.
Κυνάω, ῶ, Cynicum ago, Cynicos imitor. A κύων.
Κύνδαλος, ὁ, clauus, paxillus. v. κίνδ.
Κυνδάλη, ἡ, lusus quidam græcus. A pr.
Κυνδαλισμὸς, ε, ὁ, idem.
Κυνδαλοπαίκτης, ε, ὁ, qui κυνδάλην ludit.
Κυνέη, ης, *contr.* κυνῆ, ῆς, pellis canina. 2) pellis canis fluuiatilis, qua olim caput tegebant. 3) galea. 4) pileus, galerus. A κύνεος.
Κύνειος, εία, ειον, vel κύνεος, ε, ὁ, ἡ, caninus.
Κύνειος, ία, ιον, idem & ab eod.
Κυνέω, ῶ, f. ήσω, osculor, suauior. 2) turbo, commoueo. (nisi hoc potius ad κινέω referendum est.) A κύω.
Κυνηγεῖον, τὸ, venatio. A κυνηγός.
Κυνηγεσία, ας, ἡ, & κυνηγέσιον, ε, τὸ, venatio, venatus, quorum ad prius διατριβὴ, ad posterius ἔργον subauditur. A seq.
Κυνηγετέω, ῶ, f. ήσω, venor. A seq.
Κυνηγέτης, ε, ὁ, venator. A κύων & ἀγέτης, *ductor*.
Κυνηγετικὸς, ἡ, ὸν, venatorius, ad venatorem & venationem pertinens. 2) venationis studiosus. 3) de re venatoria agens. A pr.
Κυνηγέτις, ιδος, ἡ, venatrix. Ab eod.
Κυνηγέω, ῶ, fut. ήσω, venor. 2) vestigo. A κυνηγός.
Κυνηγία, ας, ἡ, venatus, venatio, Ab eod.
Κυνήγιον, ε, τὸ, idem & ab eod.
Κυνηγὸς, ε, ὁ, ἡ, venator, venatrix. E κύων & ἄγω.
Κυνηδὸν, *Adu.* canum more. A κύων.
Κυνηλασία, ας, ἡ, canum incitatio, i. e. venatio. Ex eod. & ἐλασία, *agitatio*.
Κυνηλατέω, ῶ, f. ήσω, canes agito, i. e. venor. Ex eod. & ἐλάτης, *agitator*.
Κυνήποδες, ων, ossa in cruribus equorum inter vngulam & suram. Ex eod. & πῶς, *pes*.
Κυνία, ας, ἡ, scil. κράμβη, crambe canina. A κύων.
Κυνίδιον, ε, τὸ, catellus. Dim. ab eod.
Κυνίζω, fut. ίσω, canem ago. 2) sum Cynicus, Philosophiam s. sectam Cynicam sequor. Ab eod.
Κύνικλος, ε, ὁ, cuniculus. Rectius κόνικλος.
Κυνικὸς, ἡ, ὸν, caninus. 2) Cynicus. A κύων.
Κυνίσκη, ης, ἡ, catella. Ab eod.
Κυνίσκος, ε, ὁ, catellus. Dim. ab eod. 2) impudens.
Κυνισμὸς, ε, ὁ, Cynica disciplina, vita Cynica. A κυνίζω.
Κυνιστὶ, *Adu.* canum modo.
Κυνοβλὼψ, ῶπος, ὁ, cui adspectus caninus est, impudens. Ex eod. & βλέπω.
Κυνόβρωτος, ε, ὁ, ἡ, a canibus deuoratus. Ex eod. & βιβρώσκω, *edo*.
Κυνόγλωσσον, ε, τὸ, q. d. lingua canina, plantago minor, *herba*. Ex eod. & γλῶσσα.
Κυνοδέσμη, ἡ, v. κυνοδέσμιον.
Κυνοδέσμιον, ε, τὸ, vinculum, quo membri genitalis cuticula cum glande colligatur, quod κύνα vocant. Ex eod. & δεσμός.
Κυνόδεσμος, ὁ, vinculum, catena canis.
Κυνόδηκτος, ε, ὁ, ἡ, a cane morsus. Hinc τὰ κυνόδηκτα, canum morsum. Ex eod. & δάκνω.
Κυνόδης, dens caninus. κυνόδοντες, αἱ, dentes canini.
Κυνοδρομέω, ῶ, f. ήσω, incitato cursu, tamquam canis, feror. 2) cum canibus curro, vestigo. Ex eod. & δρόμος, *cursus*.
Κυνοδρομία, ας, ἡ, canum cursus. Ex iisd.
Κυνοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, canis speciem habens, qui est canino adspectu, impudens. Ex eod. & εἶδος.
Κυνόζολον, chamæleo niger grauem odorem spirans. Ex eod. & ὄζω, *oleo*.
Κυνοθαρσὴς, έος, ὁ, ἡ, canina præditus audacia, s. impudentia. 2) ferox, de equo. Ex eod. & θάρσος, *audacia*.
Κυνοθρασὴς, εῖα, ὺ, idem.
Κυνοκάρδαμον, ε, τὸ, nasturtium.
Κυνοκαῦμα, ατος, τὸ, æstus caniculæ.
Κυνοκέντρον, ε, τὸ, herbæ nomen, Hes. quasi aculeus caninus. eadem κυνοκράμβη.
Κυνοκέφαλος, ε, ὁ, ἡ, capite canino præditus, canice ps. 2) impudens, vt canis. κυνοκέφαλοι, Cynocephali, animalia quædam a figura

a figura ſic dicta: it. homines ficti in Africa.

Κυνοκλόπος, ȣ, ὁ, ἡ, canis fur, canem furatus. E κύων & κλέπτω, *furor*.

Κυνοκοπέω, canem ferio, ſ. canina pelle percutio, ap. Ariſtoph. Ab eod. & κόπτω.

Κυνοκράμβη, ης, ἡ, braſſica canina.

Κυνοκτόνος, ȣ, ὁ, ἡ, canes occidens, perimens. Hinc τὸ κυνοκτόνον, ȣ, aconitum, quod canes necat. E κύων & κτείνω.

Κυνολέσχης, ȣ, ὁ, cui confabulationes ſunt de rebus obſcœnis. Ex eod. & λέσχη.

Κυνόλοφα, ων, τὰ, aſperitates quædam poſt primam ſpinam. Ex eod. & λόφος.

Κυνόλυσσος, ȣ, ὁ, morſus a cane rabido. Ex eod. & λύσ.

Κυνομαχέω, ῶ, f. ήσω, cum canibus, aduerſus canes pugno. Ex eod. & μάχομαι.

Κυνόμυια, ας, ἡ, muſca canina. 2) impudens.

Κυνοπρόσωπος, ȣ, ὁ, ἡ, qui canina facie eſt, caninum adſpectum habens. Ex eod. & πρόσωπον, *facies*.

Κυνόροδον, vel κυνόῤῥοδον, ȣ, τὸ, roſa canina, ſilveſtris Gl. V. liguſtrum.

Κυνοῤῥαιστὴς, vel κυνοραιστὴς, ȣ, ὁ, ricinus. Ex eod. & ῥαίω, *vexo, perdo*.

Κυνόσαργες, εος, τὸ, gymnaſium & populus in Attica.

Κυνόσβατον, ȣ, τὸ, ος, ȣ, ὁ, rubus caninus, cynosbatus. Ex eod. & βάτος, *rubus*.

Κυνόσσημα, vel κυνὸς σῆμα, monumentum canis: hoc eſt, Hecubæ. nomen loci.

Κυνόσσοοι, venatores, Heſ. Ex eod. & σεύω.

Κυνοσȣρὰ, ᾶς, ἡ, canis cauda, vrſa minor, cynoſura, ſidus boreale.

Κυνόσȣρα ᾠὰ, oua vrina, irrita, ventoſa. Ex eod. & ȣ̃ρος, *ventus*.

Κυνοσπάρακτος, ον, a canibus diſcerptus. Ex eod. & σπαράσσω.

Κυνοσφαγὴς, ὲς, cui canis immolatur. Epith. Hecates. Ex eod. & σφάττω.

Κυνοτροφικὴ, ἡ, ars alendi, acuendique canes. Ex eod. & τροφή.

Κυνȣ̃χος, ȣ, ὁ, lorum, quo canis tenetur. 2) ſaccus, marſupium, proprie lorum, quo contrahitur. Ex eod. & ἔχω.

Κυνοφθαλμίζομαι, caninis, i. e. impudentibus oculis adſpicio. Syneſ.

Κυνόφρων, ὁ, ἡ, impudens. Ex eod. & φρήν.

Κύντερος, ȣ, ὁ, impudentior, proteruior, ſævior. κύντατον, atrociſſimum. A κύων.

Κυνώδης, εος, ὁ, ἡ, caninus. Ab eod.

Κυνώπης, ȣ, ὁ, caninum adſpectum ſiue vultum habens, impudens, inuerecundus. Ex eod. & ὢψ, *vultus*.

Κυνῶπις, ιδος, ἡ, fem. præc.

Κύνωψ, ωπος, ὁ, herba, canaria, oculus caninus. Ex iisd.

Κύος, εος, τὸ, fetus. A κύω.

Κυοτοκία, ας, ἡ, partus. E præc. & τίκτω, *pario*.

Κυοτροφία, ἡ, fetus nutritio. Ex eod. & τροφή.

Κυοφορέω, ῶ, f. ήσω, in vtero fero, prægnans ſum. Ex eod. & φέρω, *fero*.

Κυοφορία, ας, ἡ, tempus, quo mulier fert vterum. 2) fetus in vtero geſtatio. 3) conceptio. Ex iisd.

Κυπαρίσσινος, vel κυπαρίττινος, ίνη, ινον, cupreſſeus, e cupreſſo. A ſeq.

Κυπάρισσος, ττος, ȣ, ἡ, cupreſſus.

Κυπαρισσὼν, ῶνος, ὁ, cupreſſetum, locus, in quo naſcuntur cupreſſi. A pr.

Κυπαριττοτρόφος, ȣ, ὁ, ἡ, cupreſſos alens. Ex eod. & τρέφω, *alo*.

ΚΥ'ΠΑΡΟΣ, ȣ, ὁ, vas magnum concauum.

ΚΥΠΑ'Σ, άδος, ἡ, pallium, lecti ſtragulum.

ΚΥΠΑΣΣΙ'Σ, vel κύπασσις, εως, ἡ, ſupparum ſpecies tunicæ.

Κυπειρὶς, ἡ, cyperis. A κύπειρος.

Κυπειρὸς, ȣ, τὸ, cyperum, gladiolus, herba A ſeq.

Κύπειρος, ȣ, ὁ, vel ἡ, cyperus, iuncus anguloſus, iuncus triangularis.

Κυπελλὶς, ἡ, idem quod ſeq.

Κύπελλον, ȣ, τὸ, genus poculi.

Κυπελλόμαχος, ον, in quo poculis certatur vel pugnatur. E pr. & μάχη.

Κυπελλοχάρων, ὁ, ἡ, poculis gaudens. Ex eod & χαίρω.

Κυπριάζειν, florere, Suid. Κυπριάζȣσαι, ἀνθȣ̃σαι florentes. rectius κυπρίζειν, idem. οἱ ό. Heſ &c.

Κυπρίδιος, α, ον, veneres. 2) tener, mollis A κύπρις.

Κύπρινον, ȣ, τὸ, ſc. μύρον ſeu ἔλαιον, oleum ſ vnguentum cyprinum, factum e floribu Cypri arboris.

Κυπρῖνος, ȣ, ὁ, Cyprinus, piſcis fluuiatilis Ab eod.

Κύπριος, ȣ, ὁ, Cyprius, incola Cypri. A κύπρος

Κύπρις, ιδος, ἡ, Cypris, i. e. Venus, quæ ita dicitur a Cypro inſula, in qua olim in primis colebatur, eoque e mari appuliſſe credebatur, quo ſignificabatur, cultum eius a Phœnicibus, e Syria per mare ad Cyprum aduectis, in inſulam importatum & ex ea cum cæteris quoque Græcis communicatum eſſe. 2) res Venerea. 3) flos vitis.

Κυπρίζω, f. ίσω, floreo, de vite. A pr.

Κυπρισμὸς, ȣ, ὁ, germinatio, flos. A pr.

Κυπρογένεια, ας, ἡ, Venus. E Κύπρος & γίνομαι. vide Κύπρις.

Κυπρογενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Cypro natus. E iisdem.

Κύπρος, ȣ, ἡ, Cyprus arbor. 2) Inſula Veneri ſacra. 3) menſura quædam.

Κυπτάζω, pronus ſpecto, proſpecto, ſpecto demiſſis oculis. 2) cunctor, tempus tero. A ſq

Κύπτω, f. ψω, pronus ſum, incuruo me ad videndum, demitto oculos, vergo, inclino κεκυφὼς, perfect. partic. pronus ſpectans. it cunctor, tempus tero, vt κυπτάζω.

Κυρβαίη μᾶζα, ap. Hom. in Ireſione fuerit maza ſ. offa furfuribus conſperſa, aut etiam furfuracea, quaſi ἀπὸ τῶν κυρηβίων, quæ ſunt τὰ πίτυρα, furfures; vt πιτυρίτης & πιτυρίας ἄρτος, panis furfuraceus. ſed vo. incerta.

ΚΥΒΡΑΣΙ'Α, ας, ἡ, criſta gallinacei. 2 tiara.

ΚΥΡΒΙΣ, εως, ὁ, quibusdam ἡ, tabula, cui leges Athenis inscriptæ.

Κυρεία, ας, ἡ, & κυρία, dominatus, potestas, Suid. οἱ ὁ. A κῦρος.

Κυρέω, ῶ, fut. ήσω, incido. 2) adsequor. 3) contingo, euenio. 4) sum, vt τυγχάνω. A κύρω.

Κυρηβάται, Aristoph. κυρηβάσει, cornibus incursibit, pugnabit.

Κυρηβασία, ας, ἡ, pugna, quæ fit cornibus, concursus animalium cornurorum. Suid. A pr.

ΚΥΡΗΒΙΑ, ων, τὰ, glumæ, paleæ, furfures.

Κύρημα, ατος, τὸ, inuentum fortuitum, in quod casu incidimus. Suid. A κυρέω.

Κυρήνη, ης, ἡ, Cyrenæ, vrbs Africæ.

Κυρήνιος, ου, ὁ, Quirinus. Nomen Lat.

Κυρία, ας, ἡ, domina. κυρία, subaud. ἡμέρα, præstitutus dies, vadimonium. 2) intell. ἐκκλησία, dies comitialis s. comitia, quibus leges sanciuntur. A κύριος.

Κυριακὸς, ὴ, ὸν, ad dominum pertinens. 2) ad dominum nostrum, Iesum Christum, pertinens. 3) dominicus. Hinc τὸ κυριακὸν, οῦ, templum dei. τὰ κυριακὰ, ῶν, bona ecclesiastica. κυριακὴ scil. ἡμέρα, dominica. Ab eod.

Κυριαρχία, ας, ἡ, dominationis principium & origo. E κυρία & ἀρχὴ, *principium*.

Κυρίευσις, εως, dominium. A sq.

Κυριεύω, f. εύσω, dominor, dominus sum vel fio. 2) potior, capio, in potestatem s. seruitutem redigo. 3) recupero. A κύριος.

Κύριξις, εως, ἡ, ictus qui fit cornibus. A κυρίσσω.

Κυριοκτονέω, ῶ, f. ήσω, dominum occido. A κυριοκτόνος.

Κυριοκτονία, ας, ἡ, domini cædes. A sq.

Κυριοκτόνος, ου, ὁ, ἡ, domini interfector. E κύριος & κτείνω, *occido*.

Κυριολεκτέω, ῶ, f. ήσω, proprie loquor. Ex eod. & λέγω, *loquor*.

Κυριολεκτικῶς, *Adu.* idem. E κ. & λέγω.

Κυριολεκτῶς, *Adu.* idem. E κ. & λέγω.

Κυριολεξία, ας, ἡ, proprietas loquendi. Ex iisdem.

Κυριολογέω, ῶ, fut. ήσω, proprie loquor. E κ. & λόγος.

Κυριολογία, ας, ἡ, proprietas loquendi, sermo s. oratio propriis constans verbis. Ex iisdem.

Κύριος, ου, ὁ, auctoritatem in aliquam rem habens, a cuius auctoritate pendet aliquid, dominus. A κῦρος.

Κύριος, ία ιον, penes quem est potestas alicuius rei, qui pro arbitrio aliquid facit. 2) cui alicuius rei potestas, cura permissa est. 3) auctoritatem habens, ratus. 4) præcipuus, principalis: vt in corpore membrum vitale maxime, vt caput, cor &c. 5) proprius, ap. Gramm. Ab eod.

Κυριότης, ητος, ἡ, dominatio, dominatus. A pr.

Κυρίσσω vel κυρίττω, f. ξω, cornibus peto, cornibus ferio.

Κυριττοὶ, οἱ, genus mimorum, ligneas personas sibi aptantes & obuersis frontibus sibi occurrentes ap. Hes.

Κυριωνυμέω, a domino nomen habeo. A κυριώνυμος.

Κυριωνυμία, ἡ, proprietas nominis, cum nomen alicui rei proprie tribuitur. A sq.

Κυριώνυμος, ο, ὁ, ἡ, a domino nomen habens. E κύριος & ὄνομα, *nomen*.

Κυρίως, *Adu.* cum auctoritate & potestate. 2) firmiter, stabiliter. 3) proprie. A κύριος.

Κυρκανᾶν, idem quod κυκανᾶν. Aristoph.

Κύρμα, ατος, τὸ, id, in quod aliquis incidit, quod nanciscitur, præda. A κύρω, *incido*.

Κῦρος, εος, τὸ, auctoritas. 2) firmamentum, confirmatio, ratihabitio, vt cum lex v. c. lata plebiscito sancitur. potestas aliquam suasionem sanciendi, maiestas imperii. Sed

Κῦρος, ου, ὁ, Cyrus, rex Persarum.

Κυρόω, ῶ, f. ώσω, sancio, decerno, ratum facio, auctoritate mea probo. κεκυρωμένον, sancitum, aor. 1. κυρωθεὶς, probatus, ratus. A pr.

Κυρσάνιος, vnde Voc. κυρσάνιε, puer, infans, ap. Aristoph. Vox Lacon.

Κυρταύχην, ενος, ὁ, ἡ, cui incurua est ceruix. E κυρτὸς & αὐχὴν, *ceruix*.

Κύρτη, ης, ἡ, nassa, qualus, fiscella. A κύρτος.

Κυρτία, ἡ, textum vimineum. A pr.

Κυρτίδιον, ου, τὸ, quasillum. Ab eod.

Κυρτὶς, ίδος, ἡ, qualus, fiscella. Ab eod.

Κυρτὸς, ὴ, ὸν, curuus, gibbosus, incuruus. 2) conuexus.

Κύρτος, ου, ὁ, nassa. 2) cauea. A pr.

Κυρτότης, ητος, ἡ, curuitas. Ab eod.

Κυρτόω, ῶ, fut ώσω, curuo, incuruo, curuum, conuexum reddo. κυρτοῦμαι, curuesco. Ab eodem.

Κύρτωμα, ατος, τὸ, quod est incuruatum, gibbus. 2) tumor omnis præter naturam. A pr.

Κύρτωσις, εως, ἡ, curuitas, tumor. Ab eod.

Κύρω, f. Aeol. κύρσω, aor. 1. ἔκυρσα, incido. 2) impingo. 3) nanciscor. 4) sum. v. κυρέω.

Κύρωσις, εως, ἡ, comprobatio, quæ fit auctoritate alicuius, confirmatio, rata fides. A κυρόω.

Κυρωτέον, sanciendum. Ab eod.

Κυρωτικὸς, ὴ, ὸν, confirmandi vim habens. Ab eodem.

Κύσθος, ου, ὁ, nates, podex. 2) pudendum muliebre. Gl. Vet. cunnus. A κύω.

Κυσοβάκχαρος, qui nates sibi baccare inungit. Hes. E κύσος & βάκκαρις, *baccaris*.

Κυσοδακνιᾶν, quasi nates prurire. Hesych. κυσοδακνιᾷ, ψωριᾷ, scabiosus est. Ex eod. & δάκνω, *mordeo*.

Κυσοδόχη, ἡ, lignum, quo religantur meretrices. Alciphr.

Κυσολάκων, ὁ, pædicator. Ex eod. & λάκων, vnde λακωνίζειν, *pædicare*.

Κυσολαμπὶς, ίδος, ἡ, cicindela. Hes. Ex eod. & λάμπω.

Κυσολέσχης, ου, ὁ, turpia, obscena loquens. Ex eod. & λέσχη, *sermocinatio*, *confabulatio*.

Κυσονίπτης, ȣ, aquariolus. Hef. Ex eod. & νίπτω, lauo.

Κυσονίπτρια, ἡ, meretrix, adultera. οἱ δ. Ex iisdem.

Κυσὸς, ȣ, vel κύσος, ȣ, idem quod κύσθος. Gloſſ. Vet. κυσσὸς, cunnus.

Κύσσαρος, ȣ, ὁ, idem & ab eod.

Κύςις, εως, ἡ, veſica v. c. bilis, ſed maxime vrinæ. 2) ventriculus, ap. Schol. Ariſt. Eſt a κύω, *quod proprie eſt* comprehendo, complector, concipio: *vnde* κύςις, κύτος, κύσθος, *loca caua, quæ aliquid continent: Sed vſus fert, vt* κύςις *magis de veſica dicatur.*

ΚΥΤΙΝΟΣ, ȣ, ὁ, cytinus, flos & primus partus mali punicæ.

Κυτίδιον, ȣ, τὸ, ciſtula. A κυτίς.

Κυτινώδης, εος, ὁ, ἡ, capitulo mali punici ſimilis. A κύτινος.

Κυτὶς, ἴδος, ciſta. A κύτος, *cauitas.*

Κυτισήνομος, ȣ, ὁ, ἡ, qui cytiſo paſcitur. E ſq. & νέμω, *paſco.*

ΚΥΤΙΣΟΣ, ȣ, ὁ, cytiſus, herba.

Κύτος, εος, τὸ, cauitas, cauum. 2) venter, vel propter cauitatem, vel propter tumorem & molem. 3) quicquid capax eſt rerum, vel capit, complectitur, in quo ineſt aliquid, vt alueus fluminis, nauis &c. mare ipſum, quoad aquas capit, vrbs, qua continetur muris, corpus, qua continet animam &c. 4) corporis truncus, corporis moles. A κύω, *comprehendo, tumeo.*

Κυττάριον, ȣ, τὸ, cellula, alueolus. Dimin. a ſeq.

Κύτταρος, ȣ, ὁ, idem fere, quod κύτος. Inprimis alueus apum, folliculus &c. A κύτος.

Κυτώδης, ȣ, ὁ, ἡ, cauus, cauo ſinu tumens. Ab eod.

Κυφαγωγὸς, ἵππος, equus proni vel cernui capitis. E κυφὸς & ἄγω.

Κυφαὶ, vel κῦφαι, ῶν, αἱ, genus ſquillarum, gibbæ. A κυφός.

Κυφαλέος, έα, έον, incuruus, gibboſus. Ab eod.

Κύφελλα, ης, ἡ, nubes denſa. Ab eod.

ΚΥΦΙ, εως, τὸ, cyphi, ſuffimenti genus, ſacerdotibus Aegyptiis vſitatum.

Κυφοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, cyphi ſimilis. E pr. & εἶδος, *figura.*

Κυφὸς, ἡ, ὸν, curuus, gibboſus. A κύπτω.

Κῦφος, εως, τὸ, curuatio, tumor, gibbus. Ab eodem.

Κυφότης, ητος, ἡ, idem. A κυφός.

Κυφόω, ῶ, incuruo. Κυφȣ̃σθαι, incuruari. Ab eodem.

Κύφωμα, ατος, τὸ, gibbus. A pr.

Κύφων, ωνος, ὁ, inſtrumentum, quo torquebantur ſontes, cataſta, numella, collare. 2) furcifer, maleficus. 3) Κύφωνες vel κυφῶνες, virgæ incuruatæ ſupra currum, Pollux de partibus currus. curuatura, camera, fornix, Etym. item, ſtiua aratri, a curvatura. 4) angina, Heſ. Pſellus. 5) veſtis genus, Heſ.

Κυφωνισμὸς, ȣ̃, ὁ, ſupplicium per κύφωνα. A præced.

Κύφωσις, εως, ἡ, incuruatio. A κυφόω.

Κύχραμος, ȣ, ὁ, genus auis ap. Ariſtot. quæ & κόχραμος, κυγχράμος.

Κυψέλη, ης, ἡ, alueare apum, e viminibus aut ſtramine plexum. 2) arca. 3) genus vaſis aut menſuræ frumentariæ. 4) interius auris foramen. 5) ſordes aurium.

Κυψέλιον, ȣ, τὸ, ciſtula Dim. a pr.

Κυψελὶς, ίδος, ἡ, alueus, 2) ciſtula, ciſtella. 3) ſordes aurium. Ab eod.

Κυψελόβυσος, ȣ, ὁ, ἡ, cui aures ſordibus oppletæ, vel alio modo obturatæ ſunt. Ex eod. & βύω.

Κύω, & κυέω, fut. κυήσω, tumeo. 2) comprehendo: vnde in vtero geſto, ſum prægnans, item, concipio fetum.

Κύω, f. κύσω, oſculor.

Κύων, κυνὸς, ὁ, ἡ, canis. 2) canis marinus. 3) canis cœleſtis, Sirius, canicula. 2) canis, iactus in ludo aleatorio. 5) ſcintilla, e ferro candente, dum cuditur, proſiliens, Heſ. 6) membrum virile, Heſ pars quædam eius. Etym. At Euſt. de pudendo muliebri. 7) morbus oris in maxilla ſpaſticus. 8) κύων ξύλινη, rubus canina.

Κῶας, pellis ouina villoſa, vellus. A κῶς. v. etiam κῶος.

Κώβαλος &c. v. κόβαλος &c.

Κωβιδάριον, ȣ, τὸ, paruus gobio, Dimin. a κωβιός.

Κωβίδιον, ȣ, τὸ, idem, ab eod.

ΚΩΒΙΟΣ, ȣ, ὁ, gobius. ſ. gobio, piſcis.

Κωβῖτις, ἰδος, ἡ, & κωβίτης, ȣ, apuæ ſpecies. A pr.

Κωβιώδης, εος, ὁ, ἡ, gobio ſimilis. Ab eod.

Κωδάριον, ȣ, τὸ, Dim. a κώδιον, ſignif. lecythum, vel ſacculum coriaceum.

Κώδεια, vel κωδία, ας, ἡ, caput, nominatim papaueris. 2) globulus.

Κώδιον, ȣ, τὸ, pellis, vellus. A κῶς.

Κωδιοφόρος, ον, pellem geſtans, pellitus. E pr. & φέρω.

Κώδων, ωνος, ὁ, tintinnabulum, nola. 2) metaph. homo garrulus. 3) tubæ orificium in extremo habens ſpeciem campanulæ. 4) tuba ipſa.

Κωδωνίζω, f. ίσω, tinnio, tintinnabulum ſ. nolam pulſo. 2) tintinnabulo exploro, ſcil. equum, an poſſit ferre ſonum tubæ & turbæ bellicæ. 3) vaſa figulina exploro. 4) ſimpliciter, exploro. A pr.

Κωδωνόκροτος, ον, tinniens. 2) faſtoſus, magniloquus. Ex eod. & κρότος, *ſtrepitus.*

Κωδωνοφαλαράπωλος, ȣ, ὁ, ἡ, qui nolas ſ. tintinnabula equorum phaleris adiicit. Vox Ariſtophanea.

Κωδωνοφορέω, ῶ, tintinnabulum, nolam circumfero. 2) vigilias exploro. A ſq.

Κωδωνοφόρος, ȣ, ὁ, tintinnabulum, nolam, circumferens. 2) vigiliarum explorator.

Κώθων, ωνος, ὁ, cothon, genus poculi Laconici & militaris, eiusdemque capacioris. 2) compotatio largior & immoderatior.

Κωθωνίη, ης, ἡ, larga compotatio, Aretæus. A κώθων.

Θωνίζω, f. ίσω, & ομαι, largius & intemperantius poto. Ab eod.
Θωνισμὸς, ȣ, ὁ, largior potatio. A pr.
Θωνιτήριον, τὸ, locus compotationibus destinatus. Ab eod.
ωκυμα, ατος, τὸ, fletus, eiulatus. A κωκύω.
ωκυτὸς, ȣ, ὁ, idem. 2) Cocytus fluuius infernalis. Ab eod.
ωκύω, f. ύσω, fleo, ploro, lamentor, eiulo.
ΩΛΑΚΡΕΤΑΙ, ῶν, οἱ, proprie, diribitores carnium e victimis reliquarum inter sacerdotes. A κῶλον n. 5. vel κωλή. 2) quæstor pecuniæ iudicialis, & in victimas contumendæ.
ωλάριον, ȣ, τὸ, paruum colon. Dim. a κῶλον.
ωλῆ, ῆς, ἡ, perna, contr. ex κωλέα. item κωλη
ωλῆν, ῆνος, ὁ, idem, ab eod.
ώληψ, ηπος, ἡ, talus. 2) sura. Ab eod.
ωλικὸς, ἡ, ὸν, colicus, coli dolorem habens. Ab eod.
ῶλον, ȣ, τὸ, membrum, vt pes, lacertus, crus. 2) pars orationis supra tria verba habens. 3) intestinum crassum. 4) aluus. 5) partes maiores victimarum, vt τραχήλια minores. 6) κῶλα, corpora, Paulus.
ωλοτομέω, ῶ, f. ήσω, membra incido, membris trunco. E pr. & τέμνω, *seco*.
ώλυμα, ατος, τὸ, impedimentum. 2) munimentum. A κωλύω.
Κωλύμη, ης, ἡ, impedimentum. Thuc. Ab eod.
Κωλυσανέμας, & ἀνέμας, ȣ, ὁ, ventos arcens.
Κωλυσίδειπνος, ȣ, ὁ, ἡ, cœnam impediens.
Κωλυσίδρομος, ον, κωλυσιδρόμα, de podagra. Luc. cursum impediens.
Κωλυσιεργέω, f. ήσω, impedio, impedire tento. E κ & ἔργον.
Κωλυσιεργία, ας, ἡ, operis impedimentum. Ex iisd.
Κώλυσις, εος, ἡ, impeditio, remora. 2) impedimentum, obstaculum. A κωλύω.
Κωλυτὴρ, ῆρος, ὁ, qui impedit. Ab eod.
Κωλυτήριος, ȣ, ὁ, ἡ, impediendi, coërcendi, auerruncandi, vim habens. τὸ κωλυτήριον, ȣ, impedimentum, remora. τὰ κωλυτήρια, auerruncatoria sacra. A pr.
Κωλυτὴς, ȣ, ὁ, qui impedit. A κωλύω.
Κωλυτικὸς, ἡ, ὸν, prohibitorius. A pr.
Κωλυτὸς, ἡ, ὸν, impeditus. 2) qui prohiberi potest. A sq.
Κωλύω, f. ύσω, prohibeo, impedio; veto; inhibeo, reprimo. κωλυθῆναι, a. 1. pass. reprimi. κωλυθεὶς, prohibitus. Perf. κεκωλύσθαι, prohibitum esse.
ΚΩΛΩΤΗΣ, ȣ, ὁ, stellio.
Κῶμα, ατος, τὸ, sopor grauis, vel libido perpetua dormiendi, in morbo graui. 2) veternus, lethargus. 3) illecebra, Schol. Pind. (nisi hoc sensu vitiose exaratum sic est pro ϊκκαυμα aut κόμμωμα.)
Κωμάζω, f. άσω, comissor. 2) sum petulans & lasciuus more comissantium. 3) e temulentia, proterue conuicior & pulso obuios. 4) tripudio. 5) comminabundus venio. 6) hymnis celebro. 7) Bacchus dicitur κωμάζειν, cum simulacrum eius pompa solenni cum cantu circumfertur, ap. Diod. A κῶμος, *comissatio*.

Κωμαίνω, dormito, dormiturio. A κῶμα. quod videtur aliqua necessitudine cum κεῖμαι coniunctum esse.
ΚΩΜΑΡΟΝ, ȣ, τὸ, fructus aromaticus.
Κώμαξ, ακος, ὁ, petulans, nugator. Eust. A κῶμος.
Κώμαρχης, ȣ, ὁ, pagi præfectus, qui vicis, oppidulis præest. E κώμη & ἀρχή.
Κώμαρχος, ȣ, ὁ, idem.
Κωμασδω, Dor. pro κωμάζω, item κωμάσδω.
Κωμασία, ἡ, pompa Bacchi, in qua simulacrum eius circumfertur. A κωμάζω.
Κωμαστὴς, ȣ, ὁ, comissator. 2) epitheton Bacchi κωμαζοντος. 3) nomen ministri in Bacchica pompa. Ab eod.
Κωμαστικὸς, ἡ, ὸν, ad comissatores vel comissationem pertinens. A pr.
Κωμαστικῶς, *Adu.* comissantium more. A pr.
Κωματώδης, εος, ὁ, ἡ, quem torpor s. veternus tenet, vel opprimit. A κῶμα.
Κώμη, ης, ἡ, pagus, vicus. 2) villa. 3) castellum. 4) vicus in vrbe.
Κωμηδὸν, *Adu.* vicatim. A pr.
Κωμήτης, ȣ, ὁ, ἡ, pagi incola. κωμῆται, eiusdem vici incolæ, eiusdem viciniæ vicini. Ab eod.
Κωμητικὸς, ἡ, ὸν, paganus, qui in pago est, vel ad pagum pertinet. A pr.
Κωμῆτις, ιδος, ἡ, pagina, vicinia. Ab eod.
Κωμήτωρ, ορος, ὁ, pagi incola. A κώμη.
Κωμικεύομαι, comice loquor. A sq.
Κωμικὸς, ȣ, ὁ, Comicus, ad comœdiam pertinens: Poëta Comicus.
Κωμικῶς, *Adu.* Comice. A pr.
Κώμιον, ȣ, τὸ, paruus pagus s. vicus. Dim. a κώμη.
Κωμογραμματεὺς, έως, nomen honoris, s. magistratus vicarii.
Κωμόπολις, εως, ἡ, oppidulum.
Κῶμος, ȣ, ὁ, comissatio, conuiuium lasciuum, dicitur tamen 2) etiam honeste, de conuiuio hilari, festiuo, &, vt videtur, sic proprie. 3) Nomen dei prælidis compotationum & comissationum, h. e. Bacchi. 4) saltationes in comissationibus vsitatæ, & saltatio vniuersa. 5) lasciuia, petulantia, sc. comissantium, inpr. temulentorum.
Κωμῶσθαι, alto sopore opprimi. vnde perfect. part. κεκωμωμένος apud Hippocr. veterno oppressus. A κῶμα. (Sed ab hoc potius κωματῶσθαι formatur.)
ΚΩΜΥΣ, υθος, ἡ, laurus, quæ ante fores statuitur. 2) fasciculus fœni.
Κωμῳδέω, ῶ, f. ήσω, mordacibus dictis incesso, mordeo, noto, taxo, velut in primis in vetere Comœdia fieri solebat. A κωμῳδός.
Κωμῴδημα, ατος, τὸ, dictum mordax, subsannatio. A pr.
Κωμῳδία, ας, ἡ, Fabula Comœdia. 2) Satira, scriptum Satiricum. A κωμῳδός.
Κωμῳδικὸς, ἡ, ὸν, idem quod sq.
Κωμῳδικὸς, ἡ, ὸν, idem quod κωμικός.
Κωμῳδικῶς, *Adu.* comice. A pr.
Κωμῳδιογράφος, ὁ, comœdiarum scriptor. E κωμῳδία & γράφω.
Κωμῳδιοποιὸς, idem ex eod. & ποιέω.

Κωμῳδο-

Κωμῳδογράφος, ὁ, idem, ex eod. & γράφω.
Κωμῳδοδιδασκαλία, ας, ἡ, ars comica.
Κωμῳδοδιδάσκαλος, ȣ, ὁ, comœdiæ ſcriptor. Poëta comicus.
Κωμῳδολειχῶν, quaſi qui Comicos lingit. Vox Comica. Ariſtoph. pro paraſito, adulatore. Ex eod. & λειχάω.
Κωμῳδοποιία, ας, ἡ, actio ipſa ſcribendi Comœdias. A κωμῳδοποιός.
Κωμῳδοποιητής, ȣ, ὁ, Poëta Comicus.
Κωμῳδοποιός, ȣ, ὁ, Comœdiæ ſcriptor, qui Comœdias conficit, Poëta comicus. E ſeq. & ποιέω.
Κωμῳδός, ȣ, ὁ, Comœdus, comœdiæ actor. E κώμη & ᾠδή, *cantus*, quoniam Comœdiæ ab initio in vicis & pagis decantabantur.
Κωμῳδοτραγῳδία, ἡ, fabula mixta e comœdia & tragœdia, vt Cyclops Euripidis.
Κωμῳδοτραγῳδός, ὁ, actor comœdo-tragœdiæ.
Κωνᾷν, circumagere, Heſ. A κῶνος.
Κωνάριον, ȣ, τὸ, paruus conus, nux pinea. Ab eod.
Κωνειάζομαι, f. άσομαι, cicutam bibo, letale pharmacum haurio. A ſq.
Κώνειον, ȣ, τὸ, cicuta. A κῶνος.
Κωνίας, ȣ, ὁ, οἶνος, vinum picatum. A κῶνος.
Κώνισις, εως, ἡ, gummitio apum. Ariſtot. Alii κώνησις. A ſq.
Κωνίζω, f. ίσω, pico. Ab eod.
Κωνικός, ἡ, ὸν, conicus, in coni figuram compoſitus. Ab eod.
Κωνικῶς, *Adu.* ad figuram coni, metæ, &c. A pr.
Κωνοειδής, έος, ὁ, ἡ, coni formam habens, turbinatus. Ex ſq. & εἶδος.
Κῶνος, ȣ, ὁ, conus, meta, corpus mathematicum e lato in acutum deſinens. 2) turbo, quo pueri ludunt. 3) nux pini piceæque. 4) inuolucrum quorundam fructuum. 5) apex galeæ.
Κωνοφορέω, ῶ, f. ήσω, conum fero.
Κωνοφόρος, ȣ, ὁ, ἡ, conum ferens, conifer. E κῶνος & φέρω, *fero*.
Κωνωπεῖον, ȣ, τὸ, conopeum, tentorium ad arcendos culices. A κώνωψ.
Κωνωπεών, inſtrumentum ad arcendos culices. Ab eod.
Κωνωποειδής, έος, ὁ, ἡ, culicis ſpeciem habens. Ex eod. & εἶδος, *ſpecies*.
Κωνωποθήρας, ȣ, ὁ, auis culices venans. Heſych. Ex eod. & θήρα, *venatio*.
Κώνωψ, ωπος, ὁ, ἡ, culex.
Κῶος, εος, τὸ, vellus, ſtragulum e pelle, villo. v. κῶας. At κῶος, ȣ, ὁ, iactus aſtragali. Alioqui Κῶος, qui eſt ex Inſula Co.
Κωπαιον, ȣ, τὸ, ſuperior pars remi. Heſ. A κώπη.
Κωπαιώδης, ες, longus in modum remi. Ab eodem.
Κωπεύς, έως, τὸ, remex. 2) κωπέας vocant ligna apta ad remos. Ab eod.
Κώπη, ης, ἡ, remus. 2) manubrium, capulus, anſa rei cuiusque. Ab antiquo κάπω, *capio*.
Κωπήεις, ήεσσα, ῆεν, manubrium ſ. capulum habens. A pr.
Κωπηλασία, ας, ἡ, remigatio. Ex eod. & ἐλ.
Κωπηλάτης, ȣ, ὁ, remex, qui remum impellit. Ex eod. & ἐλάτης.
Κωπηλατέω, remigo. A pr.
Κωπήλατον, τὸ, idem quod κωπαιώδης. Heſych. E κ. & ἐλατόν.
Κωπήρης, εος, ὁ, ἡ, nauis, quæ remis agitur, actuaria. A κώπη.
Κωπητήρ, ῆρος, ὁ, id, quo remus ſcalmo alligatur, vel ſcalmus ipſe. Ab eod.
Κωπίον, ȣ, τὸ, paruus remus. κωπία, oſſa anguſtiora coſtarum. Dim. a κώπη.
Κωπωτήρ, ῆρος, ὁ, locus, vbi remi ponuntur. Ab eod.
Κωρυκαῖος, ȣ, ὁ, explorator, delator. A κώρυκος.
Κωρυκιώτης, ȣ, ὁ, idem & ab eod.
Κώρυκος, ȣ, ὁ, pera, ſaccus coriaceus. 2) pila, folliculus, ſeu pila maior inflata. 3) mons & antrum in Cilicia.
Κωρυκώδης, εος, ὁ, ἡ, peræ ſ. folliculo ſimilis. A pr.
ΚΩΣ, pellis ouina villoſa, vellus ouis. 2) ſtragulum. v. κῶας & κῶος.
Κῶς, κῶ, ἡ, Cos, Inſula.
Κώταλις, tudicula, Euſt.
Κωτιλάς, άδος, ἡ, hirundo. A κωτίλλω.
Κωτιλία, ας, ἡ, adulatio, blanditiæ. A ſq.
ΚΩΤΙΛΛΗ, ἡ, hirundo. Schol. Theocr.
Κωτίλλω, fabulor, garrio. 2) blandis & fallacibus verbis decipio. A pr.
Κωτίλος, ίλη, ίλον, garrulus, loquax. 2) canorus. 3) blandus, fallax, aſtutus. A pr.
Κωφάω, ῶ, exſurdo, ſurdum facio, & κωφάομαι, ῶμαι, obtumeſco, obſurdeſco. A κωφός.
Κωφεύω, f. σω, ſileo. οἱ ὁ. Ab eod.
Κωφίας, ȣ, ὁ, ſurdaſter, ſpecies ſerpentis. Heſ. A ſq.
Κωφός, ἡ, ὸν, hebes, obtuſus, proprie: atque hinc 2) ſenſu aliquo captus, inprimisque auditu. 3) mutus, tacitus. 4) ſtolidus, ſtupidus, iners, rudis. 5) obſcurus, de oratione. 6) inualidus, irritus.
Κωφότης, ητος, ἡ, ſurditas. 2) ſtupor. A pr.
Κωφόω, ῶ, f. ώσω, hebeto, obtundo. 2) exſurdo, ſurdum reddo. κωφȣ̃μαι, ſurdeo, ſurdeſco. Ab eod.
Κώφωμα, ατος, τὸ, ſurditas morbo ſuperueniens.
Κώφωσις, εως, ἡ, hebetudo quæuis, vt oculorum, aurium. Ab eod.
Κωχεύω, fut. σω, attollo, geſto, ſuſtineo. Soph.

Λ.

Λ vndecima littera Græcorum, quæ λάμβδα, vel etiam λάβδα, ab Ebræorum Lamed dicitur. 2) inter Notas Numerales *triginta* notat, & cum lineola inferne poſita ͵λ *triginta millia*.
Λα, *Particula*, augens ſignificationem vocum, cum quibus componitur, e. gr. λάμαχος, valde pugnax, e λα & μάχομαι. Pro eo & λαι, vt λαίμαργος.

ΛΑ͂Σ, gen. λάαος, cont. λᾶος, ὁ, lapis, saxum.
λαβάργυρος, ου, ὁ, ἡ, qui pecuniam accipit. 2) qui nihil nisi accepta pecunia facit. E λαβεῖν & ἄργυρος, pecunia.
λαβδακισμὸς, ου, ὁ, crebrior litteræ λ vsurpatio. A λάβδα, quod idem est ac λάμβδα.
λαβδοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, vt λαβδοειδὴς ῥαφὴ, sutura transuersa in posteriore cranii parte, litteræ Lambda formam habens. Ex eod. & εἶδος.
λαβὴ, ῆς, ἡ, prehensio, proprie, qua athleta aduersarium corripit: vnde & de initio paroxysmi febrilis dicitur, qui hominem velut corripit. 2) id, quo aliquid prehendimus, velut ansa, capulus, manubrium. 3) ansa, occasio, prætextus. A λαμβάνω.
λαβίδιον, ου, τὸ, forcipicula. A λαβίς.
λαβιδόω, fibula constringo, connecto. Ab eod.
λάβιον, ου, τὸ, manubrium. Dim. a λαβὴ.
λαβὶς, ίδος, ἡ, ansa, capulus, manubrium. 2) forceps, vulsella & quodlibet instrumentum, quo aliquid prehendimus, extrahimus &c. 3) fibula. 4) cochlear, quo græci vtuntur in Eucharistia. Ab eod.
λαβραγορέω, ῶ, procaciter loquor, præceps vel incontinens sum in loquendo. E λάβρος & ἀγορέω, loquor.
λαβραγόρης, ου, ὁ, procaciter siue effuse loquax. Ex iisd.
λαβράζω, f. άσω, idem quod λαβραγορέω. A λάβρος.
λάβραξ, ακος, ὁ, labrax, piscis, lupus marinus. Ab eod.
λαβρεία, ας, ἡ, garrulitas, libido effutiendi quidlibet. A seq.
λαβρεύομαι, f. εύσομαι, idem quod λαβραγορέω. ab eod.
λαβροποτέω, ῶ, f. ήσω, auide bibo. A seq.
λαβροπότης, ου, ὁ, qui auido & hianti ore bibit. 2) vehemens & impetuosus, *de torrente nisi in hoc sensu est λαβροπόδης, vt est in edd.*
λάβρος, ου, ὁ, valde vorax, auidus. 2) vehemens in quocumque genere. Hinc τὸ λάβρον, ου, auiditas omnia deuorandi.
λαβρόσσυτος, ου, ὁ, ἡ, cum impetu ruens. E λ. & σύομαι, feror, ruo.
λαβροστομέω, ῶ, fut. ήσω, procaci sum ore, procax sum in loquendo. A λαβρόστομος.
λαβροστομία, ας, ἡ, procacitas in loquendo. A seq.
λαβρόστομος, ου, ὁ, ἡ, valde garrulus, loquax. E λ. & στόμα.
λαβροσύνη, ης, ἡ, voracitas, incontinentia. 2) procacitas. A λάβρος.
λαβρότης, ητος, ἡ, idem & ab eod.
λαβροφαγέω, ῶ, auido & hianti ore voro. Ex λ. & φαγεῖν, comedere.
λαβρύσσω, idem quod λαβράζω.
λαβρώνιον, ου, τὸ, poculum latum, Persis in primis vsitatum. A λάβρος.
λαβρώνιος, ου, ὁ, id. & ab eod.
λάβρως, Adu. voraciter, incontinenter. 2) procaciter. 3) confertim. 4) impetuose, rapide. Ab eod.

λαβυρίνθειος, ου, ὁ, ἡ, labyrintheus, labyrintho similis. A seq.
λαβύρινθος, ου, ὁ, labyrinthus, locus multis viarum ambagibus inflexus.
λαβυρινθώδης, εος, ὁ, ἡ, idem quod λαβυρίνθειος.
λαγάνιον, ου, τὸ, paruum laganum. Dim. seq.
λάγανον, ου, τὸ, laganum, placenta e simila & oleo recente.
λαγαρίζομαι, & ῥίττομαι, laxor, euacuor, concido, flaccesco, extenuor, maceror. A λαγαρός.
λαγαροειδῶς, Adu. ad modum versus, qui λαγαρὸς dicitur.
λαγαρόκυκλος, ὁ καὶ ἡ, Epitheton lyræ & citharæ.
λαγαρόομαι, οῦμαι, idem quod λαγαρίζομαι.
λαγαρὸς, ρὰ, ρὸν, laxus, vacuus, non plenus, rarus. 2) tropice, tenuis, pauper &c. λαγαρὸς στίχος, versus, cui syllaba in medio deest. A λαγών.
λαγαρότης, ητος, ἡ, laxitas, quum quid non distentum, sed inaniter laxum est. A pr.
λαγγάζειν, & λαγγεύειν, λαγγεῖν, λαγγάνεσθαι, pigrari, cessare, fugere. Hes.
λαγγὼν, cessator. Philox. A λαγγεῖν.
λάγδην, Adu. calce, extremo pede. A λάξ.
λάγειος, leporinus, vt λάγειον κρέας, & pl. λάγεια, sc. κρέα, leporina caro. A λαγώς.
λαγέτης, ου, ὁ, dux, ductor populi. E λαὸς & ἡγέτης s. ἀγέτης, dux.
λαγήνιον, ου, τὸ, laguncula. Dim. seq.
λάγηνος, ου, ἡ, lagena, poculi genus. 2) genus mensuræ, sextarius. v. λάγυνος.
λαγηνοφόρια, ας, ἡ, festus dies Alexandriæ. Ex pr. & φέρω.
λαγίδης, εος, ὁ, fetus leporinus, leporis catulus. 2) cuniculus. A λαγός.
λαγίδιον, τὸ, lepusculus. Dim. eius.
λάγινος, η, ον, leporinus. Ab eod.
λάγιον, vel λαγίον, ου, τὸ, idem. Dim. eiusd.
λαγνεία, ας, ἡ, libido, salacitas, immoderata rei Venereæ appetentia. 2) coitus, 3) semen genitale. A λαγνεύω.
λάγνευμα, ατος, τὸ, id. ab eod.
λαγνεύω, f. εύσω, libidinosus & salax sum. 2) rebus Venereis vtor. 3) semen emitto. A λάγνος.
λάγνης, ου, ὁ, idem quod sequens.
λάγνος, ου, ὁ, ἡ, libidinosus, lasciuus.
λαγοδαίτης, ου, ὁ, leporum epulator. (de aquila Aeschyl.) Ab λ. & δαίτη, epulum.
λαγοθήρας, ου, ὁ, leporis venator: de aquila, rapiente lepores. E λ. & θήρα, venatio.
λαγοθηρέω, lepores venor. A pr.
λαγὸς, οῦ, ὁ, lepus. v. λαγώς.
λαγοσφαγία, ας, ἡ, leporum cædes. E pr. & σφαγὴ, mactatio.
λαγοτροφεῖον, είου, τὸ, leporarium, Gl. Vet. Ex eod. & τροφή.
λαγύνιον, ου, τὸ, laguncula. Dim. a λάγυνος.
λαγχυνὶς, ίδος, ἡ, idem. A seq.
λάγυνος, ου, ὁ, idem quod λάγηνος.
λαγχάνω, sortior, sortes duco. 2) sorte accipio, sortito nanciscor. 3) participem reddo, velut sortem attribuo. 4) obtineo, obuenit

obuenit mihi. 5) intell. δίκην, actionem, litem intendo. 6) λάχοντες, candidati senatus, ap. Lyſ. aor. 2. ἔλαχον, part. λαχὼν, ſortitus. perf. εἴληχα, & apud Poet. præcipue, λέλογχα, plusquamperfect ἐλελόγχειν. A λάχις, *ſors*.

Λαγῷα, ων, τὰ, carnes leporinæ. 2) deliciæ. A λαγῷος, *leporinus*.

Λαγωβολεῖον, ȣ, τὸ, pedum, quo lepores capiuntur. A λαγωβόλος.

Λαγωβολία, ας, ἡ, venatus leporum. Ab eod.

Λαγωβόλον, ȣ, τὸ, pedum, quo lepores petuntur. A ſeq.

Λαγωβόλος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, lepores impetens vel figens. E λαγὼς & βάλλω.

Λαγωδίας, ȣ, ὁ, otus vel otis, auis. A λαγώς.

Λαγώδιον, ȣ, τὸ, lepuſculus. Dim. ab eod.

Λαγωθήρας, ȣ, ὁ, leporum venator. Ex eod. & θήρα, *venatio*.

Λαγωθηρέω, leporem venor. A pr.

Λαγὼν, όνος, ἡ vel ὁ, ilia, lateris cauitas laxior & exoſſis. 2) cauitas terræ. 3) retis.

Λαγωὸς, -ȣ, ὁ, Att. λαγὼς, ῶ, Ion. λαγὸς, ȣ, lepus. 2) ſidus quoddam cœleſte huius nominis.

Λαγῷος, ῴα, ῷον, leporinus. A pr.

Λαγώπȣς, οδος, ὁ, ἡ, pedes leporis habens. 2) nomen auis. 3) nomen herbæ. Ex eod.

Λαγώπυρος, ȣ, ἡ, vel λαγώπυρον, ȣ, τὸ, leporis triticum, herba quædam. Ex eod. & πυρός.

Λαγῶς, vide λαγωὸς.

Λαγωτροφεῖον, ȣ, τὸ, leporarium. E λ. & τροφή.

Λαγωτροφέω, f. ήσω, lepores alo. E λ. & τρέφω, *alo*.

Λαγωφαγία, ας, ἡ, leporum eſus. E. λ. & φαγεῖν.

Λαγώφθαλμος, ȣ, ὁ, ἡ, oculis conniuentibus, ſicut lepus dormiens, cum palpebræ ſuperiores oculos non prorſus tegunt.

Λαγωφόνος, ȣ, ὁ, ἡ, lepores occidens.

Λάδανον, vide λήδανον.

Λάζομαι, capio, prehendo, arripio.

Λαζύω, & λάζυμαι, idem.

Λάθα, ας, Dor. λήθη, obliuio.

Λάθαργος, ȣ, ὁ, ἡ, clandeſtinus, clam malignus & mordens. *Subſt.* tenuia ſegmenta pellicea vel coriacea apud ſutores, &c. Nic. v. λαίθαργος. A præc.

Λαθασμὸς, ȣ, ὁ, obliuio. A ληθάνω.

Λαθήβης, ȣ, ὁ, immemor iuuentæ, valde ſenex, qui iuuentutis quaſi oblitus eſt. E λήθη & ἥβη, *iuuentus*.

Λαθητικὸς, ἡ, ὸν, qui latere poteſt. A λαθεῖν.

Λαθηφροσύνη, ἡ, obliuio. Ex eod. & φρήν.

Λαθικηδὴς, έος, ὁ, ἡ, curarum obliuionem afferens. Ex eod. & κῆδος, *cura*.

Λαθίνοστος, ȣ, ὁ, ἡ, redire oblitus, tarde rediens. Ex eod. & νόστος, *reditus*.

Λαθίποινος, ȣ, ὁ, ἡ, punire oblitus. 2) qui non punitur. Ex eod. & ποινή, *pœna*.

Λαθίπονος, ȣ, ὁ, ἡ, laborum & moleſtiarum oblitus. Ex eod. & πόνος.

Λαθίφθογγος, ȣ, ὁ, ἡ, vocis obliuionem inducens, faciens, vt loqui obliuiſcamur. Ex eod. & φθόγγος.

Λαθιφροσύνη, ης, ἡ, obliuio, dementia. A ſeq.

Λαθίφρων, ονος, ὁ, ἡ, obliuioſus. 2) mentis ſuæ oblitus, ſtultus, demens. Ex eod. & φρὴν.

Λάθος, εος, τὸ, obliuio, memoria abolita. 2) negligentia, incuria. A λαθεῖν.

Λαθοσύνη, ἡ, idem. A præc.

Λάθρα, *Adu.* clam, clanculum, latenter, furtim. *Ion.* λάθρη. Ab eod.

Λαθραῖος, αία, αῖον, clandeſtinus, occultus. A pr.

Λαθραιοδήκτης, ȣ, ὁ, clam mordens. A pr. & δάκνω.

Λαθραίως, *Adu.* clam. Ab eod.

Λαθρηδὰ, vel λαθρηδὸν, *Adu.* clam, clanculum, furtim. A λάθρα.

Λαθρίδιος, ία, ιον, occultus, latens. Ab eod.

Λαθριδίως, *Adu.* clam, furtim. A pr.

Λαθριμαῖος, αῖα, αῖον, clandeſtinus. Philox. A λάθρα.

Λάθριος, ȣ, ὁ, clandeſtinus. Ab eod.

Λαθρίως, *Adu.* clam, furtim. A pr.

Λαθροβόλος, ȣ, ὁ, ἡ, clam feriens. E λάθρα & βάλλω.

Λαθρογαμία, ας, ἡ, clandeſtinæ nuptiæ. Ex eod. & γάμος.

Λαθρόδακνος, ȣ, ὁ, ἡ, vel ος, η, ον, clam mordens. Ex eod. & δάκνω.

Λαθροδήκτης, ȣ, ὁ, ἡ, idem, & ex iisd.

Λαθρόνυμφος, ȣ, ἡ, quæ clam nubit. Ex eod. & νύμφη.

Λαθροφαγεῖν, clam & furtim comedere. Pollux.

Λαθροφάγος, ὁ, ἡ, clam comedens.

Λαθροφονευτὴς, ȣ, ὁ, latro, ſicarius. Ex eod. & φονεύω, *occido*.

Λάθρως, *Adu.* clam. A λάθρα.

ΛΑΘΥΡΙ'Σ, ίδος, ἡ, lathyris, *herba*.

ΛΑ'ΘΥΡΟΣ, ȣ, ὁ, cicercula, genus leguminis.

Λάϊγξ, ιγγος, ἡ, lapillus, calculus. A λᾶας.

Λαιδρὸς, ρὰ, ρὸν, ſiniſter. 2) impudens, procax.

Λαίθαργος, vel λαιθαργὸς, ȣ, ὁ, ἡ, clandeſtinus. A λάθαργος.

Λαικάζω, f. άσω, decipio. 2) ſcortor.

Λαικαστὴς, ȣ, ὁ, ſcortator. A præc.

Λαικάστρια, ας, ἡ, meretrix. A pr.

Λαϊκὸς, ἡ, ὸν, laicus, qui non eſt e clero. A λαός.

Λαιλαπίζω, f. ίσω, violenter irruo. A ſeq.

Λαίλαψ, απος, ἡ, turbo, ventus procelloſus.

Λαῖμα, τὸ, gula. 2) fames. 3) impetus. ap. Ariſtoph. A λαιμὸς, *guttur*.

Λαιμάζω, immodice edo. Heſ. A pr.

Λαιμαργία, ας, ἡ, voracitas, ingluuies. A ſeq.

Λαίμαργος, ȣ, ὁ, ἡ, guloſus, gulæ deditus, vorax. 2) inſatiabilis. E λαι & μάργος. (vel potius a λαῖμα, aut λαιμὸς, *guttur*, & ἀργὸς, *ſæuus*, *dirus*.)

Λαιμάσσω, αττω, item άω, ῶ, inſatiabili auiditate deglutio, immodice edo. A λαιμός.

Λαιμητόμος, ȣ, ὁ, ἡ, iugulum incidens ſeu ſecans. Epigr. Ex eod. & τέμνω.

Λαιμήτομος, ȣ, ὁ ἡ, cui iugulum eſt præſectum, iugulatus. Eurip. Ex iisd.

Λαιμίζω, de ollo. A λαιμός.

Λαιμοδακὴς, έος, ὁ, ἡ, gulam mordens. Ex eod. & δάκνω, *mordeo*.

Λαιμοπέδη,

ιμοπέδη, ης, ἡ, collare canis, millium. 2) pedica, qua gula auium constringitur, quum capiuntur.
ιμόῤῥυτος, vel λαιμέῤῥυτος, ον, e gutture profluens. Ab eod. & ῥέω.
ιμὸς, ȣ, ὁ, guttur, gula, iugulus.
ιμότμητος, ȣ, ὁ, ἡ, cui iugulus est incisus, iugulatus.
ιμοτομέω, ῶ, f. ήσω, iugulo, iugulum incido, seu seco. A seq.
ιμοτόμος, & λαιμοτέμος, ȣ, ὁ, ἡ, v. λαιμήτομος.
ιμάσσω, famelicus sum, gulosus sum. A λαιμός.
ϊνεος, έα, εον, lapideus. A λᾶας, *lapis*.
ϊνος, ίνη, ινον, idem & ab eod.
ΐον, ȣ, τὸ, seges. Dor. pro λήϊον.
ιὸς, ὰ, ὸν, læuus, sinister.
ιοτομέω, ῶ, segetem seco, meto. E λαΐον & τέμνω, *seco*.
ΑΙΠΟΣ, cinædus, salax, libidinosus. Hes.
ισήϊον, ȣ, τὸ, breue scutum, parmula.
ΑΙΣΘΗ, ης, ἡ, turpitudo. Hes. Suid.
ίσκαπρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, lasciuus, perdite petulans. Suid. Etym. E λα & κάπρος.
ισποδίας, ȣ, ὁ, valde libidinosus. e λα & σποδεῖν, subagitare. Fuit & nomen proprium viri Attici vitiosum pedem habentis.
ιστὸν, onerosum, molestum, Suid.
ῖτμα, ατος, τὸ, traiectus. 2) latitudo. 3) æquor.
ιφη, ης, ἡ, vestis, vestimentum. A seq.
ιφος, εος, τὸ, vestis e tenui stamine. 2) vestis quæuis. 3) vestis attrita & lacera. 4) velum.
αιψηροδρόμος, ȣ, ὁ, ἡ, velociter currens.
αιψηροκέλευθος, ȣ, ὁ, ἡ, celeriter viam conficiens. 2) velox, rapidus.
αιψηρὸς, ρὰ, ρὸν, valde mobilis, perquam agilis, admodum celer. E λα & αἰψηρὸς, *celer, velox*.
αιψηρῶς, *Adu.* celeriter, velociter. A pr.
ακάζω, insono, strepo. Aeschyl. A λήκω.
ΑΚΑΘΗ, ης, ἡ, Lacatha, arbor campestris.
άκαινα, ης, ἡ, Lacæna, mulier Lacedæmone oriunda. 2) genus calicis. Athen. A Λάκων.
ΛΆΚΑΦΘΟΝ, ȣ, τὸ, species aromatis.
ακεδαίμων, ονος, ἡ, Lacedæmon, vrbs Peloponnesi. Λακεδαιμόνιος, Lacedæmonius, Laco.
ακεῖν, sonare, crepare, strepere, aor. 2. præsentis vicem gerens. λάκε *Ion.* pro ἔλακε, sonuit, crepuit. λελακυῖα, perfect. part. voci ferans, latrans. τί λέλακας; quid clamitas? quid ais? τί ἔλακε; quid effatus est? vide λακῶ & ληκέω.
ακερὸς, ὰ, ὸν, garrulus. 2) nugiuendulus. E λακέω.
ακερολογία, ας, ἡ, garrulitas. E pr. & λόγος.
ακέρυζα, ης, ἡ, garrula, loquax. 2) maledica, conuiciatrix. A λακερός.
ακερύζειν, & λακερύζεσθαι, garrire, conuiciari Hes. Suid. Etym. A pr.
ακιδόω, ῶ, lacero. A λακίς.
ακίζω, discindo, lacero. λελακισμένος, perf. part. scissus, dilaceratus. Ab eod.
Λακὶς, ίδος, ἡ, fissura cum crepitu facta, scissura. 2) frustum, s. lacinia panni lacerando auulsa. A ληκέω.
Λάκισμα, ατος, τὸ, fissura, fragmentum. A λακίζω.
Λακιστὸς, ἡ, ὸν, dilaceratus. Ab eod.
Λακκαῖος, λακκαῖον ὕδωρ, aqua cisternina, e cisterna. A λάκκος.
Λακκοκαταπύγων, ὁ, cinædus. Ex eod. & καταπυγος, *idem*.
Λακκόπεδον, ȣ, τὸ, vel λακοπ. pars testiculorum, it. testiculi ipsi. Poll.
Λακκόπλȣτος, ȣ, ὁ, valde diues.
Λακκοπρωκτος, ȣ, ὁ, cinædus.
Λακκοπρωκτία, ἡ, mollities cinædica. A pr.
Λάκκος, ȣ, ὁ, fossa, fouea, lacuna, fouea subterranea, cisterna, puteus.
Λακκοποιὸς, lacunarius, Gl. Vet. A pr. & ποιέω.
Λακκοσχέας, ȣ, ὁ, cui semper laxus est testiculorum sacculus. Ex eod. & ὀσχέα, *scrotum*.
Λακπατέω, ῶ, calce premo, planta pedis calco. Hesych. vbi λακπατῆσαι, aor. 1. inf. E λὰξ, *calce* & πατέω, *calco*.
Λακπάτητος, ȣ, ὁ, ἡ, calce pressus, calce pulsatus. A præc.
Λακτίζω, f. ίσω, calcitro, calce ferio. λακτισθεὶς, aor. 1. part. calcibus insultatus. A λάξ.
Λάκτισμα, τὸ, ictus calce inflictus. A præc.
Λακτισμὸς, ὁ, idem.
Λακτιστὴς, ȣ, ὁ, calcitro. Ab eod.
Λακτιστικὸς, ἡ, ὸν, idem. A λακτίζω.
Λακωνίζω, f. ίσω, Lacedæmonios imitor. 2) facio cum Lacedæmoniis. 3) breuis sum in loquendo, vt quondam Lacones. 4) pædico.
Λακωνικὴ, ῆς, ἡ, sc. χώρα, Laconica, regio Peloponnesi. Ab eod.
Λακωνικὸς, ἡ, ὸν, Lacedæmonius, Laconicus.
Λακωνικῶς, *Adu.* more Laconum, Laconice. 2) breuiter.
Λακωνὶς, ίδος, ἡ, mulier Laconica. A Λάκων.
Λακωνισμὸς, ȣ, ὁ, Laconismus, breuiloquentia. A λακωνίζω.
Λακωνιστὴς, ȣ, ὁ, qui Lacedæmoniis fauet, eorum partes sequitur. Ab eod.
Λακωνομανέω, nimis, ad furorem vsque, faueo Lacedæmoniis. E λακ. & μαίνομαι.
Λαλαγέω, ῶ, resono, clamo, garrio. item canto. λαλαγεῦσαν ἠχὼ, pro λαλαγοῦσαν, resonantem Echo. λαλαγεῦσιν ὀδόντες pro λαλαγοῦσι, sonant, crepitant dentes.
Λαλαγὴ, ῆς, ἡ, clamor, garritus. A pr.
Λαλάγημα, ατος, τὸ, idem. Ab eod.
Λαλαγήτης, ȣ, ὁ, nugator. Ab eod.
Λαλάζω, vocifero. Anacr. A λαλέω. v. ἀλαλάζω.
Λάλαξ, αγος, ὁ, clamor, vociferatio, tumultus, sonitus. Ab eod.
Λαλέω, ῶ, fut. ήσω, sonum edo. 2) loquor. 3) garrio, temere & inconsiderate verba fundo.
Λάλη, ἡ, sonus. 2) calculus candidus & læuis.
Λαλήθρος, ȣ, ὁ, ἡ, garrulus, loquax. A pr.
Λάλημα, ατος, τὸ, sermo. 2) loquacitas. Ab eod.
Λαλητέος, έα, έον, dicendus, prædicandus.
Λαλητὸς, ἡ, ὸν, loquendi facultatem habens. 2) dicendus, prædicandus.

Λαλητικὸς,

Λαλαγητικὸς, ἡ, ὸν, loquax, garrulus. 2) vim habens loquendi.

Λαλητρὶς, ίδος, ἡ, garrula, loquax.

Λαλιὰ, ᾶς, ἡ, loquela, fermo. 2) loquacitas. 3) rumor, fama. 4) fermo de re aliqua, colloquium. A λάλος.

Λάλιες, ε, ὁ, fem. λαλίην ἑταίρην, in Epigr. facundam amicam. Ab eod.

Λάλις, Poët. pro λάλος, Vet. L.

Λάλλαι, αἱ, lapilli litoris marini aut fluminis. pro λάλαι. A λάλη.

Λάλος, ε, ὁ, ἡ, loquax, verbofus. 2) argutus, facetus. *Comp.* λαλίστερος, *Superl.* λαλίστατος.

Λαμβάνω, fumo, capio. 2) capeffo. 3) tollo. 4) accipio, confequor. 5) emo. 6) corripio. 7) deprehendo, conuinco. 8) concipio *de femina*. 9) accipio aliquid in bonam malamue partem, cum πρὸς vel εἰς. 10) intelligo, interpretor, de fenfu verbi. 11) *In med.* fæpe actiue dici tur, & præterea cum genitiuo, pro apprehendere, peruenire ad locum, nancifci, increpare.

Λαμβδακισμὸς, ε, ὁ, vide λαβδακισμός.

ΛΑ'ΜΙΑ, f. λαμία, ας, ἡ, Lamia: beftia quædam; monftrum; terriculamentum puerorum. Lamiæ, fagæ. 2) nomen vrbis Theffalicæ.

Λαμπαδαρχία, ας, ἡ, munus λαμπαδηφορίαν dirigentis. E λαμπὰς & ἀρχή.

Λαμπαδεύω, in facem conuerto, ap. Diodor. λαμπαδεύομαι, idem quod λαμπαδίζω.

Λαμπαδηδρομία, ας, ἡ, curfus, quo contendebant, quis primus ad fcopum perferret lampadem non extinctam. E λαμπὰς & δρόμος, *curfus*.

Λαμπαδηφορέω, ῶ, f. ήσω, lampadem gefto. 2) lampadem geftans curfu certo. A λαμπαδηφόρος.

Λαμπαδηφορία, ας, ἡ, lampadis geftatio. 2) certamen illud, quo lampades geftantes curfu certabant. Ab eod.

Λαμπαδηφόρος, ε, ὁ, ἡ, qui lampadem geftat. E λαμπὰς & φέρω.

Λαμπαδίζω, fut. ίσω, lampadem ferens curro. Ab eod.

Λαμπαδικὸς, ἡ, ὸν, qui fit cum lampadibus, vt δρόμος λαμπαδικός. Ab eod.

Λαμπαδιοδρομέω, v. λαμπαδίζω. E λαμπάδιον & δρόμος.

Λαμπαδιστὴς, ε, ὁ, vt λαμπαδισαὶ ἀγῶνες, certamina ludicra ferendis facibus. A λαμπαδίζω.

Λαμπάδιον, ε, τὸ, parua lampas, facula, funale. 2) inftrumentum, f. vinculum, quo in vulnere curando vtuntur. 3) tænia, fafcia, lacinia quæque. 4) perfona comica. Dim. a λαμπάς.

Λαμπαδόεις, εσσα, εν, facibus gaudens, facifera. Epith. Cereris. Ab eod.

Λαμπαδεχέω, ῶ, f. ήσω, idem quod λαμπαδηφορέω. A λαμπαδοῦχος.

Λαμπαδεχία, ἡ, vide λαμπαδηφορία. A feq.

Λαμπαδεχος, ε, ὁ, ἡ, facem tenens. E fq. & ἔχω.

Λαμπὰς, άδος, ἡ, lampas, fax, funale. 2) phantafma aërium, meteoron igneum. 3) genus tormenti. A λάμπω.

Λαμπετάω, ῶ, luceo, fplendeo. Hinc λαμπετόων, part pro λαμπετῶν, λαμπετάων. πυρὶ λαμπετόωντι, igni lucenti. Ab eod.

Λαμπετίη, ης, ἡ, Lampetie, Solis filia. Ab eodem.

Λάμπη, ης, ἡ, f. λαμπὴ, ης, ἡ, craffior fpuma vino innatans. Ab eod.

Λαμπηδὼν, ῶνος, ἡ, fulgor, fplendor. Ab eodem.

Λαμπήνη, ης, ἡ, currus regius contectus, lectica regia: tentorium.

Λαμπηνικὸς, f. λαμπήνικος, ἁμάξας λαμπηνικὰς, plauftra tecta, Num. VII. 3. vbi & λαμπηνίκας legitur. A pr.

Λαμπηρὸς, ρὰ, ρὸν, fpumofus, fpumeus, Gal Lex. Hippocr. A λάμπη.

Λάμπος, ε, ὁ, Lampus, equus auroræ. 2) equus Hectoris. A λάμπω.

Λαμπερὶς, ίδος, ἡ, vulpes. 2) cicindela, noctiluca, pro λαμπυρίς. A feq.

Λάμπερος, ε, ὁ, ἡ, lucentem caudam habens, canis nomen ap. Theocr. item vulpis. E λάμπω & ἐρά.

Λαμπρείμων, ονος, ὁ, ἡ, fplendide veftitus. E λαμπρὸς & εἷμα, *veftis*.

Λαμπρόβιος, ε, ὁ, lautus, Philox.

Λαμπροείμων, ονος, ὁ, ἡ, v. λαμπρείμων.

Λαμπρόζωνος, ὁ, ἡ, fplendide cinctus, pulcro cingulo ornatus. E λ & ζώνη.

Λαμπρόπους, ουν, pulcros pedes habens, pulcra

Λαμπροπυρσόμορφος, ε, ὁ, ἡ, cuius facies rutilo fplendore corufcat. Angeli Epith. Naz. E feq. πυρσὸς & μορφή.

Λαμπρὸς, ρὰ, ρὸν, fplendidus, fulgidus. 2) luculentus, amplus. 3) clarus, illuftris 4) clarus, ita, vt exaudiri queat; vnde & de vento magno, item periculo graui & perfpicuo dicitur. 5) liberalis, benignus 6) perfpicuus. A λάμπω.

Λαμπρότοξος, ὁ, ἡ, pulcrum arcum gerens. E λ & τόξον.

Λαμπρότης, ητος, ἡ, fplendor, fulgor, claritas 2) fplendor nominis, claritas. 3) fplendor orationis, fplendidum dicendi genus A λαμπρός.

Λαμπροφανὴς, ὲς, valde nitidus, fplendens. E λ. & φάος.

Λαμπρόφθαλμος, ὁ, ἡ, fplendidos f. pulcros oculos habens.

Λαμπροφορέω, ῶ, f. ήσω, candidam feu fplendidam veftem gero. A λαμπροφόρος.

Λαμπροφορία, ας, ἡ, fplendidæ vel candidæ veftis geftatio. Ab eod.

Λαμπροφόρος, ε, ὁ, ἡ, fplendidam feu candidam veftem gerens. E λ. & φέρω.

Λαμπροφωνέω, alta voce clamo.

Λαμπροφωνία, ας, ἡ, vocis elegantia & claritas.

Λαμπρόφωνος, ε, ὁ καὶ ἡ, eleganti, clara, fonora, penetrante voce præditus. E λ. & φωνή.

Λαμπρόψυχος, ε, ὁ, ἡ, qui egregio & præftanti eft animo. E λ. & ψυχή.

Λαμπρυντὴς, ε, ὁ, politor, ornator. 2) oftentator virtutis &c. A λαμπρύνω.

Λαμπρύ

λαμπρυντικὸς, ἡ, ὸν, vim habens illuſtrandi & reddendi nitidum. Ab eod.

λαμπρύνω, clarifico, illuſtro. λαμπρύνομαι, illuſtror, clareſco, magnifice me oſtento. A λαμπρός.

λάμπρυσμα, τὸ, ornamentum ſplendidum, ſplendorem afferens, vt gemmæ &c. A pr.

λαμπρῶς, *Adu.* ſplendide, magnifice. 2) clare, perſpicue. 3) aperte, manifeſte, haud ambigue, *in vtramque partem*, vt manifeſte improbus, manifeſte victus & vincens. 3) acerrime, vehementer.

λαμπτὴρ, ῆρος, ὁ, fax fulgens, lucerna. 2) lignum in foculo ardens ad faciendam lucem. Philox. λαμπτὴρ, candela. A λάμπω.

λαμπτηροκλέπτης, ου, ὁ, fur lucernæ ſ. facis. Epith. Promethei.

λαμπτηρουχία, vid. λαμπαδουχία.

λαμπτηροφόρος, ου, ὁ, ἡ, qui lampadem ſ. facem fert. E λαμπτὴρ & φέρω.

λαμπυρίζω, f. ίσω, lampyridem refero, cicindelæ inſtar luceo. A ſeq.

λαμπυρὶς, ίδος, ἡ, lampyris, cicindela. 2) piſcis, qui Auſonio *muſtella* dicitur, vulgo *lampreda*, etiam *lampreta*. 3) vulpes, pro λαμπουρίς. A ſeq.

λάμπω, f. ψω, niteo, luceo, ſplendeo, fulgeo, mico. 2) ſplendeo, ſplendeſco, *metaph.*

λαμπώδης, εος, ὁ, ἡ, in quo ſpuma innatat. Erotian. A λάμπη.

λαμυρία, ας, ἡ, facundia, lepos. 2) loquacitas. 3) proteruia, impudentia. 4) limpiditas. A λαμυρός.

λαμυρὸς, οῦ, ὁ, & λάμυρος, diſertus, lepidus, facetus. 2) impudenter loquax, ſcurrilis. 3) ſæuus, terribilis.

λαμυρῶς, *Adu.* diſerte, lepide. 2) loquaciter, ſcurriliter, procaciter & proterue.

λαμψάνη, ἡ, v. λαψάνη.

λάμψις, εως, ἡ, ſplendor, fulgor. A λάμπω.

λανθάνεμος, ὥρα, tempus, quo ſilent venti, clementia temporis. E λανθάνω & ἄνεμος.

λανθανόντως, *Adu.* latenter, clam, vt nemo ſentiat. A λανθάνων, Part. ſeq.

λανθάνω, lateo, deliteſco; cum part. clam facio, neſcio altero, aut vt non reſciſcat. λανθάνομαι, obliviſcor. Sumit tempora a λήθω, f. λήσω, latebo. perf. λέληθα, latui, lateo. perf. paſſ. λέλησμαι. part. λελησμένος, oblitus. Poet. λελασμένος. aor. 2. act. ἔλαθον, latui. part. λαθὼν, latens.

ΛΑ'Ξ, *Adu.* calce, calcibus, extrema pede.

λαξεῖ, calcitrare, pede impellere, Lycophr. A pr.

λαξευτήριον, ου, τὸ, inſtrumentum, quo lapicidæ vtuntur. A λαξεύω.

λαξευτὴς, οῦ, ὁ, lapicida. Ab eod.

λαξευτὸς, ἡ, ὸν, ſaxo inciſus. Ab eod.

λαξεύω, f. εύσω, lapides polio, lapides ſcalpo, lapides incido. E λᾶας, *contr.* λᾶς & ξέω.

λάξις, ιος, ἡ, *Ion.* ſortitio, ſors, portio, pro λῆξις.

λαξπατητος, idem quod λακπατητος, quod vide.

λαοβότειρα, ἡ, alma. E λαὸς & β. *nutrix.*

λαοβότος, ον, almus. Ex eod. & βόσκω.

λαογραφία, ας, ἡ, populi deſcriptio, cenſus. Ex eod. & γράφω, *deſcribo.*

λαοδάμας, αντος, ὁ, populorum domitor. E λ. & δαμάω, *domo.*

λαοδογματικῶς, *Adu.* e vulgi opinione.

λαοηγησία, ἡ, imperium in populum. E λ. & ἡγέομαι.

λαομέδων, οντος, princeps. E λ. & μέδω, *impero.*

λαοξόος, ου, ὁ, lapidum ſculptor, lapicida. E λᾶς, *lapis* & ξέω, *ſcalpo.*

λαοπαθὴς, ὲς, qui a populo male tractatus, iniuria affectus eſt. E λ. & πάσχω.

λαοπλάνος, ου, ὁ, populi corruptor.

λαοπόρος, ου, ὁ, ἡ, populos tranſiens.

λαοπόρος, ου, ὁ, ἡ, per quem populus tranſit.

λαὸς, οῦ, ὁ, populus, turba.

λαοσεβὴς, έος, ὁ, ἡ, a populo cultus. E pr. & σέβομαι, *colo.*

λαοσσόος, ου, ὁ, ἡ, populum ſeruans, populi ſeruator. 2) qui populum agitat, ſ. concitat. E λ. & σόω.

λαοτρόφος, ου, ὁ, ἡ, qui populum alit. E λ. & τρέφω.

λαότροφος, ου, ὁ, ἡ, a populo nutritus. Ex iiſd.

λαοφθόρος, ου, ὁ, ἡ, populum corrumpens & euertens, populi pernicies. E λ. & φθείρω.

λαοφόνος, ου, ὁ, ἡ, populum occidens. E λ. & φένω, *occido.*

λαοφόρος, ου, ὁ, ἡ, populos ferens. E λ. & φέρω.

λάπαγμα, ατος, τὸ, id, quod euacuando elicitur. A λαπάζω.

λαπαγμὸς, οῦ, ὁ, euacuatio. Ab eod.

λαπάζω, & λαπάσσω, ſiue λαπάττω, f. άξω, euacuo, inanio. 2) mollio. 3) perdo, deſtruo, vaſto. v. ἀλαπάζω.

λάπαθον, ου, τὸ, foſſa, terræ ſulcus euacuando excauatus. 2) lapathum, herba. A præc.

λάπαθος, ου, ἡ, idem & ab eod.

λάπαξις, εως, ἡ, euacuatio. Ab eod.

λαπάρα, ας, ἡ, locus infra coſtas, quaſi laxus & vacuus, quia caret coſtis, abdomen, ilia, Gl. Vet. A ſeq.

λαπαρὸς, ρὰ, ρὸν, vacuus, inanis. 2) tenuis, gracilis, mollis. A λαπάζω. v. λαγαρός.

λαπάσσω, vide λαπάζω.

ΛΑ'ΠΗ, ης, ἡ, pituita. Hippocr.

ΛΑΠΙ'ΖΩ, ſibilo, ſtrepo. 2) effero me & iacto.

λάπισμα, ατος, τὸ, iactantia. A præc.

λαπιστὴς, οῦ, ὁ, iactator, nugax, mendax. 2) delicatus & mollis. 2) nihil penſi habens, leuis. Ab eod.

λάπτω, f. ψω, lambo, lambendo more canum bibo. 2) auide bibo. 3) euacuo, exinanio. 4) conſumo, perdo, vt λαπάζω.

Παραστατέω, ῶ, fut. ήσω, a latere sto, adsisto, sto apud seu iuxta, auxilior, opitulor. A seq.

Παραστάτης, ου, ὁ, qui iuxta aliquem stat, qui a latere stat. 2) socius, auxiliator. 3) a præsultore in choro secundus. 4) auctor. παραστάται, meatus, qui semen genitale ad canalem virgæ deferunt. 5) pilæ quadratæ. A παρίσταμαι.

Παραστατικὸς, ἡ, ὸν, exhibitiuus, repræsentans, valens animo suggerere & imprimere visum aliquod. 2) animosus, fortis, constans. 3) furore (diuino) correptus, vesanus. 4) habens vim significandi, indicandi. 5) habens vim incitandi ad aliquid, vt oratio &c. item terrendi. A pr.

Παραστατικῶς, Adu. præsenti animo, intrepido & fidenti animo. 2) adfirmatiue. A pr.

Παραστάτις, ιδος, ἡ, socia, auxiliatrix. A παραστάτης.

Παρασταυρόω, ῶ, f. ώσω, vallos defigo, a latere palos figo, vallis depactis sepio, munio.

Παραστείχω, transeo, prætereo. 2) prope accedo. aor. 2. παρέστιχον.

Παραστέλλω, cursum retineo, cohibeo, sisto, compesco, inhibeo.

Παραστενάχω, congemo, collacrimor.

Παράστημα, ατος, τὸ, præsidentia & robur animi, a[...]

animi præsentia, audacia, Gl. Vet. gestus. 2) subsidium, auxilium. 3) documentum. A παρίσαμαι.

Παραστίζω, f. ίσω, puncto noto, nota signo.

Παραστιχίδιον, ου, τὸ, continuus ordo, continuata series. 2) capita & primæ versuum literæ.

Παραστιχὶς, ίδος, ἡ, idem. E π. & στίχος.

Παραστορέω, ῶ, f. ήσω, & παραστόρνυμι, substerno. 2) sterno, extendo.

Παραστοχάζομαι, f. άσομαι, a scopo aberro.

Παραστρατεύομαι, exercitum sector, lixa sum.

Παραστρατηγέω, ῶ, f. ήσω, imperatoris adsessor sum & collega.

Παραστρατοπεδεύω, f. εύσω, med. εύομαι, castra iuxta metor. 2) ex aduerso castra loco. 3) obsideo.

Παράστρεμμα, τὸ, distortio, conuulsio. A seq.

Παραστρέφω, f. ψω, distorqueo, deprauo. παρεστρεμμένος, tortus, perf. part. pass.

Παραστρωφάω, ῶ, idem.

Παρασύφω, astringo.

Παρασυγγραφέω, ῶ, contra syngraphæ conuenta facio, fidem promissam in satisfaciendo fallo. E π. & συγγράφω.

Παρασυγγραφὴ, ἡ, syngraphæ violata fides.

Παρασυκοφαντέω, cauillor, cauillando deprauo, peruerto.

Παρασυμβάλλω, comparo.

Παρασύμβαμα, ατος, τὸ, euentus, casus fortuitus. 2) propositio e Nomine & Verbo, non integram sententiam habens.

Παρασύμπτωμα, ατος, τὸ, quod præter alia grauiori accidit.

Παρασυνάγχη, ης, ἡ, anginæ species, cum exteriores faucium musculi inflammantur.

Παρασυνάγω, f. ξω, illicitos conuentus agito.

Παρασυναγωγὴ, ῆς, ἡ, illicitus conuentus & legitimo oppositus. A pr.

Παρασύναξις, εως, ἡ, idem & ab eod.

Παρασυναπτικὸς, ἡ, ὸν, continuus. A seq.

Παρασυνάπτω, f. ψω, continuo annecto.

Παρασύνεσις, εως, ἡ, falsa intelligentia, error, non quilibet, neque quælibet ignorantia, sed probabilis & vero similis.

Παρασύνθεσις, εως, ἡ, adiunctio præpositionis in capite verbi vltima litera abiecta, vt καθίζημι.

Παρασύνθετον, ου, τὸ, vocabulum ductum a composito, vt ab ἄπιστος ἀπιστέω, aut ab ἀσπάζομαι ἀσπάσιος, item compositum, quod a verbo ducitur, vt ἐκλεκτός.

Παρασύνθημα, ατος, τὸ, mutum signum, quod fiebat nutu manus, armis collisis, aut concussis. hasta inclinata vel ense vibrato. Dist. a vocali, quod σύνθημα.

Παρασύρω, f. υρῶ, præpostere traho, traho in latus, in quod trahere non debet, peruerto, distorqueo, & hinc vniuerse corrumpo. 2) abstraho, auello, protraho, seduco, Gl. V.

Παρασφαγὶς, ίδος, ἡ, pars iugulo vicina. E π. & σφαγή.

Παρασφαλὴς, έος, ὁ, ἡ, lapsans, lubrico pede incedens. A παρασφάλλω.

Παρασφαλίζω, ad latus, vel iuxta munio, claudo, feris firmo, confirmo, instauro. παρησφαλίσατο, aor. 1. med. muniuit, ædificauit. E π. & ἀσφαλίζομαι.

Παρασφάλλω, errare facio. 2) auerto. A σφάλλω.

Παρασφηκόω, ῶ, annulo, vinculo circumdo, vincio. v. σφήκωμα, n. 3.

Παρασφηνόω, ῶ, condenso, constipo, pessulo ligneo traiecto condenso, copulo.

Παρασφίγγω, adstringo, seu arcte complector, adglutino.

Παρασφραγίζω, signum imitor, falsum & adulterinum sigillum facio, falsifico, Gl. V.

Παρασφράγισις, εως, ἡ, assimulatio sigilli. A pr.

Παρασφύριος, ου, ὁ, ἡ, cruribus adiunctus. E π. & σφυρόν.

Παρασχάζω, f. άσω, inhibeo, sisto, regredi facio. E π. & σχάζω.

Παρασχεδιάζω, f. άσω, perperam & inconsulte interpretor, adultero, falsifico, depropero, per festinationem effundo.

Παρασχεδὸν, Adu. prope, iuxta. 2) illico, mox.

Παρασχέθω, præbeo, appono.

Παρασχετέα, præbenda, impertienda. A παρασχεῖν, præbere, a παρέχω.

Παρασχηματίζω, f. ίσω, q. d. desiguro, figuram deprauo; at in V. L. idem quod simplex σχηματίζω. v. seq.

Παρασχηματισμὸς, οῦ, ὁ, ap. Gramm. deriuatio verbi ab alio per mutationem terminationis, generis &c. A pr.

Παρασχίδες, ων, αἱ, fragmenta. A seq.

Παρασχίζω, findo, incido, diffindo, effringo.

Παρασχίστης, ου, ὁ, incisor, qui incidit, secat, v. c. corpora mortuorum, vt anatomicus, pollinctor. A pr.

Παρασχίτης, ου, ὁ, effractor, genus latronis vel furis, ap. Polyb. Ab eod. *Estque idem verbum.* (nisi potius est deprauatum e latino *parricida.*)

Παρασχοινίζω, f. ίσω, circumscribo & finio funibus: dimetior agrum, regionem. 2) e funibus texo.

Παρασχοίνισμα, τὸ, textum e funibus. a pr. Poll.

Παρασχολέω, ῶ, f. ήσω, perperam occupo. 2) occupo. E π. & ἀσχολέω.

Παράταξις, εως, ἡ, instructio aciei, acies instructa, eductio militum in acie stantium in conspectum hostium, prælium, conflictus. 2) obstinatio, contentio. A παρατάσσω.

Παραταράσσω, ττω, f. ξω, idem quod simplex, perturbo, exterreo, percello.

Παράτασις, εως, ἡ, extensio, porrectio, productio. A παρατείνω.

Παρατάσσω, vel παρατάττω, f. ξω, in acie colloco, aciem instruo. 2) oppono me, oppugno, in aciem prodeo. παρατάττομαι, obsto, obsisto. 3) acie confligo.

Παρατατικὸς, ἡ, ὸν, extendendi seu protendendi vim habens. 2) Imperfectum. A seq.

Παρατείνω, protendo, obtendo, produco, porrigo. 2) prorogo. 3) detineo, moror, extraho exspectatione. 4) torqueo, vexo, conficio, eneco. 5) dicitur & passiue in actiue, inprimis pro prætendi. 6) Pass. etiam dicitur pro, ad extremum perfero.

τείνω. aor. 1. παρέτεινα, protendi. pass. παρετάθην, confectus sum, præsertim productione moræ vel exspectationis. perf. pass. παρατεταμένος, prætentus in longitudinem.

Παρατειχίζω, murum excito iuxta.

Παρατείχισμα, ατος, τὸ, munimentum seu murus iuxta aliquem locum excitatus, ex adverso adiacens munitio. A pr.

Παρατεκταίνω, q. d. ad abricor: machinando addo, adfingo. παρατεκτηναίμην, παρατεκτήναιο, adfinxeris.

Παρατελευταῖος, penultimus, Gl. V.

Παρατελευτος, ου, ὁ, idem. 2) fini proximus. E π. & τελευτή.

Παρατελωνέω, ῶ, f. ήσω, aduersus publicanorum iura aliquid committo.

Παρατέμνω, perperam seco, Gl. V. præcido.

Παρατεταγμένως, Adu. acie instructa. A παρατάσσω.

Παρατετηρημένως, Aduerb. accurate. A παρατηρέω.

Παρατεχνολογίζω, aberro ab instituta disputatione, per digressionem affero.

Παρατηρέω, ῶ, f. ήσω, p. παρατετήρηκα, obseruo, prætiolor, Gl. Vet. 2) obseruo, in malam partem capio.

Παρατήρημα, ατος, τὸ, obseruatio, notatio, animaduersio, inpr. ominum, auspiciorum. A pr.

Παρατήρησις, εως, ἡ, idem, obseruatio insidiosa, captatio, ab eod.

Παρατηρητὴς, ου, ὁ, obseruator. Ab eod.

Παρατηρητικὸς, ἡ, ὸν, diligens in obseruando, qui obseruationibus solet vti. Ab eod.

Παρατίθημι, addo, appono. 2) præbeo, dono. 3) comparo, contero. 4) propono. 5) in N. T. commendo. παρατίθεμαι, med. appono (cibum,) edo. 2) depono aliquid apud aliquem, commendo. 3) adhibeo in auxilium ad efficiendum aliquid, vnde 4) cito alius testimonium, addo scriptorum aliorum loca testimonii, confirmandi, caussa. 5) periculis offero me. 6) recondo in futuros vsus meos. v. παράθεσις.

Παρατίλλω, depilo, vulsella pilos extraho, vellico, Gl V. παρατετιλμένος, perf. part. pass. depilatus.

Παρατιλμὸς, οῦ, ὁ, pilorum euulsio, depilatio. A pr.

Παράτιλσις, εως, ἡ, idem & ab eod.

Παράτιλτος, ον, euulsus. Ab eod.

Παρατίλτρια, ας, ἡ, ancilla, quæ vulsellis glabrat. Ab eod.

Παρατιμωρέω, vlciscor.

Παρατολμάω, ῶ, idem quod simplex.

Παράτολμος, ου, ὁ, audax, temerarius. E π. & τόλμα.

Παρατόλμως, Adu. audacter. A pr.

Παρατονος, ου, ὁ, ἡ, protensus. A παρατείνω.

Παρατόξευσις, εως, ἡ, iaculatio irrita, intentio & directio arcus præter scopum. E π. & τοξεύω.

Παρατραχηλιζω, præf. in medio, idem quod seq.

Παρατραγῳδέω, ῶ, tragice exaggero.

Παρατραγῳδος, ου, ὁ, ἡ, tragicus, tragice loquens.

Παρατρέπω, f. τρέψω, deuerto, deflecto, a solita via auerto vel auoco.

Παρατρέφω, f. θρέψω, alo & educo iuxta, nutrio praeter, item, alo, simpliciter.

Παρατρέχω, fut. θρέξω, a latere curro, vt iuxta currum, quo vehitur is, quem honoris caussa prosequimur, prætercurro, prætereo, præterlabor, elabor, supero, excedo. v. παρατροχάζω.

Παρατρέω, intremisco, perhorresco, trepido. παρέτρεσεν, aor. 1. timefactus aufugit.

Παράτρητος, ἡ, genus tibiæ, cuius in luctu vlus.

Παρατριβὴ, ῆς, ἡ, attritus, Philox. offensio, contentio, quæ iurgiis fit. Suid. inimicitia. A seq.

Παρατρίβω, f. ψω, tero, attero, contero, adfrico, & παρατρίβομαι, infensus sum alicui, offendor alicui, obtrecto, rixor.

Παράτριμμα, ατος, τὸ, id quod adfrictu seu attritu detritum est, intertrimentum, intertrimenta. Gl. V. intertrigo. A pr.

Παράτριψις, εως, ἡ, attritus, adfrictus, collisio. Ab eod.

Παρατροπέω, a recta via abduco, decipio. Ion. pro παρατρέπω.

Παρατροπὴ, ῆς, ἡ, deflexio. 2) aberratio, digressio. 3) digressio oratoria. A παρατρέπω.

Παρατροπικὸς, ἡ, ὸν, idem quod sq. n. 2.

Παράτροπος, ου, ὁ, ἡ, deflexus, auersus, alienus a recto, illegitimus. 2) παρατρόπος, ον, auertens, auertendi vim habens, deprecatorius. A παρατρέπω.

Παράτροφος, ου, ὁ, ἡ, qui iuxta quem (σύντροφος) vel apud alium nutritur, alumnus. A παρατρέφω.

Παρατροχάζω, iuxta vel a latere curro. 2) gradum celero. 3) præcurro, cursu prætereo. v. παρατρέχω.

Παρατρυγάω, immaturam vuam comedo, acerbitatem immaturæ vuæ vinco, deuoro.

Παρατρύζω, iuxta murmuro. Hes.

Παρατρώγω, abrodo, comedo.

Παρατρωπάω, ῶ, diuerto, peruerto, deflecto.

Παρατυγχάνω, interuenio, intersum, Gl. Vet. παρέτυχεν, interfuit, Gl. Vet. aor. 2. παρατυχὼν, tumultuarius, Gloss. Vet. part. obuius. παρατυχόντα, etiam, quæ forte in manus veniunt. παρατυχὸν, Adu. statim, pro quo etiam ἐκ παρατυχόντος dicitur, & ἐν τῷ παρατυχόντι. παρατετυχηκότες, qui eodem tempore fuere, vixere.

Παράτυπος, ου, ὁ, ἡ, perperam cusus & signatus, adulterinus, a τύπος, vel a τύπτω.

Παρατυπόω, ῶ, f. ώσω, perperam formo seu figuro. 2) obiter, leuiter, negligenter formo.

Παρατύπωσις, εως, ἡ, informatio, expressio, effigies. A pr.

Παρατυπωτικὸς, ἡ, ὸν, minus bene vel perspicue expressus. Ab eod.

Παρατυπωτικῶς, Adu. rudius, informius, minus expresse. A pr.

Παραυγάζω, repræſento, ſeu imaginem repræſento. Dionyſ. Perieg.

Παραυδάω, ῶ, colloquendo conſolor. aor. 1. παραυδήσας, ſolatus.

Παραυλίζομαι, f. ίσομαι, iuxta cubo vel excubo. 2) habito.

Πάραυλος, ȣ, ὁ, ἡ, a tibiæ ſono diſcrepans, abſonus, male ſonans ad tibiam. E π. & αὐλός.

Παραυξάνω & παραύξω, f. ήσω, augeo.

Παραύξησις, εως, ἡ, incrementum, accretio. A præced.

Παραυτὰ, *Adu.* int. πράγματα, ſeu τὰ γιγνόμενα, ſimulatque, ſtatim, illico, in præſens, in præſentia.

Παραυτίκα, *Adu.* ſtatim, illico, continuo, confeſtim, e veſtigio, iamiam, in continenti, Gl. V. in ipſa re, in recenti facinore.

Παραυτόθεν, *Adu.* idem.

Παραυχένιος, ȣ, ὁ, ἡ, vel παραυχένιος, ία, ſ ίη, ιον, collo impoſitus & adaptatus, e collo pendens. E π. & αὐχήν.

Παραφαγεῖν, circumrodere, adedere, arrodere.

Παραφαίνω, in tranſitu & veluti præteriens oſtendo, e propinquo oſtendo. 2) oſtendo, reuelo. παραφαίνομαι, in tranſitu appareo vel in conſpectum venio. aor. 1. παρέφηνα, oſtendi. paſſ. παρεφάνη, apparuit. παραφαίνω, luceo, Gl. Vet.

Παραφαίρεσις, εως, ἡ, idem quod ἀφαίρεσις.

Παραφάσαι, attingere, contrectare. aor. 1. quaſi a παραφάω. E παρὰ & ἀφή.

Παράφασις, εως, ἡ, adhortatio, perſuaſio. A παράφημι.

Παραφάσσω, deſipio, aliena loquor. Ab eod.

Παράφερνα, ων, τὰ, bona, quæ ſponſa præter conſtitutam dotem adfert ſecum. E π. & φερνή.

Παραφέρω, profero, præfero, huc illuc fero, torqueo, in tranſuerſum fero, abripio, ſupero. παραφέρομαι, vacillo, titubo. aor. 2. part. παρενεγκών, paſſ. aor. 1. παρενεχθείς.

Παράφημι, ſuadeo, conſilium do, hortor.

Παραφθαδὸν, *Adu.* cum conatu ſe mutuo præueniendi. Suic. A ſq.

Παραφθάνω, præuenio, peruerto, anteuerto. παραφθαίησι, pro παραφθαίη, aor. 2. opt. prætereat.

Παραφθέγγομαι, f. ξομαι, ſono, aut vocem edo contra vel præter rhythmum, non concinne reſpondeo. 2) nihil ad rem pertinentia loquor. 3) interpello.

Παράφθεγμα, ατος, τὸ, ſonus editus contra ſeu præter rhythmum. 2) reſponſum inconcinnum & minime conſentaneum. A pr.

Παραφθεγκτήρια, ων, τὰ, ſolemnia quædam nuptialia. Poll. Ab eod.

Παραφθείρω, f. ερῶ, corrumpo leuiter, vel deprauo.

Παραφθορὰ, ᾶς, ἡ, corruptio, labes. A pr.

Παραφίημι, tranſmitto, dimitto. Gloſſ. Vet. omitto.

Παραφίμωσις, εως, ἡ, vitium penis, quum præputium glandem non tegit.

Παραφλόγισμα, τὸ, quod ad ignem coctum, toſtumue eſt. quaſi a φλόγισμα, quod eſt a φλογίζω

Παραφορὰ, ᾶς, ἡ, incertus, titubans curſus. 2) error mentis, inſania. A παραφέρομαι.

Παραφορέω, ῶ, f. ήσω, in medium adfero. 2) iuxta adfero. 3) congero, colligo.

Παράφορος, ȣ, ὁ, ἡ, inſanus, cuius mens a ratione aberrat, animi impos, delirans. 2) titubans, vt ebrius. A παραφέρω.

Παραφορότης, ητος, ἡ, efferatio, immanitas. A præced.

Παραφορτίζομαι, de onere aliquid ſubduco. 2) præter onus impono, onus oneri addo.

Παραφόρως, *Adu.* errabunda mente, inſane. A παράφορος.

Παράφραγμα, ατος, τὸ, ſepimentum munimento additum, circumdatum. A παραφράττω.

Παραφράζω, fut. άσω, loquor iuxta i. e. loquor iuxta ea, quæ alius dicit, & velut orationis eius veſtigiis inſiſto. 2) eodem ſermone latius explico.

Παράφρασις, εως, ἡ, paraphraſis, interpretatio, qua aliquis ſermone eodem vtens aliquid latius eloquitur. A pr.

Παραφραστὴς, ȣ, ὁ, paraphraſtes, qui paraphraſi vtitur. Ab eod.

Παραφράττω, άσσω, f. ξω, obſepio, obſtruo.

Παραφρίζω, f. ίσω, ſpumo. E π. & ἀφρίζω.

Παραφρονέω, ῶ, fut. ήσω, demens ſum, deſipio, deliro.

Παραφρόνησις, εως, ἡ, amentia, dementia, delirium. A pr.

Παραφρονία, ας, ἡ, idem. A παράφρων.

Παραφρόνιμος, ȣ, ὁ, ἡ, amens, deſipiens.

Παραφροσύνη, ης, ἡ, amentia, dementia, delirium. A παράφρων.

Παραφρȣρέω, cuſtodio, vt ſimplex.

Παραφρυκτωρεύομαι, idem quod ſq.

Παραφρυκτωρέω, ῶ, f. έομαι, ȣ̃μαι, igni e ſpecula oſtendo hoſtibus, quid apud meos agatur, aut actum ſit; adeoque, in ſpeculando perfide ago.

Παράφρων, ονος, ὁ, ἡ, amens, delirans. Ex παρὰ & φρήν.

Παραφυὰς, άδος, ἡ, quod arbori adnaſcitur, ſoboles adnaſcens, propago, ſtolo, Gl. Vet. A παραφύομαι.

Παραφυκισμὸς, ȣ, ὁ, q. d. fucatio, infucatio, adviteratio. E π. & φῦκος.

Παραφυλακὴ, ῆς, ἡ, obſeruatio. 2) præſidium, cuſtodia, Gl Vet.

Παραφυλακτέον, cauendum eſt. E π. & φυλάσσω.

Παραφύλαξ, cuſtos, triumuir, Gloſſ. Vet. ſc. capitalis.

Παραφυλάσσω, vel ττω, f. ξω, obſeruo, cuſtodio, excubo, exſpecto. παραφυλάττεται, obſeruat. Philox.

Παραφυλλὶς, ίδος, ἡ, virgultum, Gloſſ. Vet. E π. & φύλλον.

Παραφυσάω, ῶ, f. ήσω, inflo, vt ſimplex.

Παράφυσις, εως, ἡ, quod adnaſcitur, vel a latere prouenit in ſtirpibus & plantis, agnatio. A παραφύομαι.

Παραφυτεύω, f. εύσω, adſero, iuxta ſero.

Παράφυτος

Παράφυτος, ε, ὁ, ἡ, iuxta confitus. A fq.

Παραφύω, f. ύσω, q. d. adgenero, i. e. genero, feu gigno iuxta. 2) gigno, produco, edo. Gl. Vet. pullulo, propago, as. παραφύομαι, adnafcor.

Παραφωνέω, exp. acclamo, adftrepo.

Παραφώνησις, εως, ἡ, acclamatio. A pr.

Παραφωνία, ας, ἡ, vocis abfurditas. quafi a παράφωνος, quod effet *abfonus*. E π. & φωνή.

Παραφώτισμα, ατος, τὸ, illegitimus & adulterinus baptifmus. Suic.

Παραφωτισμὸς, ε, ὁ, luminis diffufio.

Παραχαλάω, ῶ, relaxo.

Παραχαλκεύω, cudo.

Παραχάραγμα, ατος, τὸ, adulterinus nummus, 2) fignum adulterinum, Glolf. Vet. adulteratio.

Παραχαράκτης, ε, ὁ, falfus monetarius, Gl. Vet. adulterator. A fq.

Παραχαράσσω, ττω, f. ξω, perperam figno, adulterinum imprimo fignum. perf. part. paff. παρακεχαραγμένος, perperam cufus, adulterinus.

Παραχειμάζω, f. άσω, hiemo, hiberno, maneo alicubi per hiemem.

Παραχειμασία, ας, ἡ, hiematio, hibernium, hibernatio, Gl. Vet. A pr.

Παραχέω, adfundo, aqua adfufa rigo. Gl. Vet. præfundo.

Παραχλιαίνω, leniter calefacio.

Παραχορδέω, ῶ, idem quod fq.

Παραχορδίζω, aberro a chorda, pecco, difcrepo. παραχορδιεῖς, f. I. Att. pro παραχορδίσεις. A παράχορδος, *abfonus*.

Παραχορεύω, choreas agito.

Παραχορηγέω, ῶ, f. ήσω, fuppedito, fubminiftro, præbeo, præfto, Gl. Vet.

Παραχόρ γημα, τὸ, idem quod fimplex.

Παραχράομαι, ῶμαι, fut. ήσομαι, abutor. Herodot. Polyb. contemno, negligo. παραχρῶ, abutere.

Παραχρῆμα, *Adu.* exemplo, continuo, illico.

Παράχρησις, εως, ἡ, abufio, abufus.

Παραχρηστηριάζω, f. άσω, oraculum mala fide edo, fallax oraculum feu refponfum edo.

Παράχροος, *contr.* παράχρους, ε, ὁ, ἡ, decolor, pallidus. E π. & χρόα.

Παράχρωμος, ον, idem.

Παραχρωννύω, ύννυμι, coloro, colore imbuo.

Παράχρωσις, εως, ἡ, coloratio moduli in melodia mufica. A pr.

Παράχυσις, εως, ἡ, adfufio.

Παραχύτης, ε, ὁ, balneatorius minifter, aquam adfundens iis, qui lauantur. A fq.

Παραχύω, adfundo.

Παράχωμα, ατος, τὸ, agger, vt fimplex.

Παραχωρέω, ῶ, f. ήσω, cedo, concedo, tamquam fuperatus, permitto, committo, cedo, velut in commodum feu lucrum.

Παραχώρημα, ατος, τὸ, id quod quis alii concedit. A pr.

Παραχώρησις, εως, ἡ, ceffio. 2) permiffio. Ab eodem.

Παραχώριος, ον, adfitus, vicinus. E π. & χώρα.

Παραχωρητικὸς, ἡ, ὸν, qui facile cedit. τὸ παραχωρητικὸν, facilitas cedendi. A παραχωρέω.

Παραψαλίζω, vnde παραψαλιστής, ε, ὁ, fortaffe qui circumcidit perperam ac dolofe. E π. & ψαλίς.

Παραψάλλω, fidibus accino. 2) leuiter tango & pulfo.

Παράψαυσις, εως, ἡ, leuis tactio. A fq.

Παραψαύω, leuiter tango, contrecto.

Παραψάω, leuiter tero, ftringo, detero, attero.

Παραψελλίζω, balbutio, vt fimplex.

Παράψηστος, ον, detritus, vilis. A παραψάω.

Παραψήχω, f. ξω, deftringo, detergeo: demulceo, permulceo.

Παράψογος, ε, ὁ, reprehenfio, vt fimplex.

Παραψυχάομαι, ῶμαι, confolor.

Παραψυχὴ, ῆς, ἡ, refectio, creatio. 2) confolatio, folatium. A παραψύχω, *reficio*, ducunt; fed id verbum nullum eft, auctore Polluce.

Παρβολάδην, *Adu.* a lateribus: alternis, per contractionem pro παραβολάδην. A παραβολή.

ΠΑΡΔΑΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, humidus, vuidus. Ariftoph.

Παρδάλειος, fiue παρδάλεος, έα, εον, pantherinus. Hinc ἡ παρδαλῆ, ῆς, fc. δορὰ, pellis pardalis. apud Hom. παρδαλέη. A πάρδαλις.

Παρδαληφόρος, ε, ὁ, ἡ, quafi pardalifer. E παρδαλῆ & φέρω.

Παρδαλίαγχον, ε, τὸ, pantheras fuffocans feu ftrangulans, aconiti genus. A fq. & ἄγχω.

Πάρδαλις, εως, Ion. ιος, ἡ, pardalis. Phil. panthera, varia. al. Gl. Vet. leopardus.

Πάρδαλος, ε, ὁ, pardalus, auis cinerei coloris. A pr.

Παρδαλώδης, εος, ὁ, ἡ, pantherinus, pantheræ naturam imitans. Ab eod.

Παρδαλωτὸς, ἡ, ὸν, pantheræ modo varius. Ab eodem.

ΠΑ'ΡΔΟΣ, ε, ὁ, Pardus.

Παρέαω, ῶ, tranfmitto. E παρὰ & ἐάω.

Παρεγγίζω, f. ίσω, aliquantulum appropinquo.

Παρέγγραπτος, ε, ὁ, ἡ, falfo infcriptus vel adfcriptus, fubreptitius, vel qui obrepfit. Gl. Vet. adfcriptitius, fictitius.

Παρέγγραφος, ε, ὁ, ἡ, idem.

Παρεγγράφω, f. ψω, falfo infcribo vel adfcribo, fubdole interfero & interpono. παρεγγεγραμμένος, adfcriptus, perf. part. paff.

Παρεγγυάω, ῶ, & άομαι, ῶμαι, trado in manus. 2) hortor. 3) iubeo, mando, nuncio, certiorem facio, indico, impero, denuncio. 5) occurro, fc. ad obfiftendum, impetum facio.

Παρεγγυὴ, ῆς, ἡ, traditio, adhortatio, denunciatio &c. pro feq.

Παρεγγύησις, εως, ἡ, idem.

Πάρεγγυς, *Adu.* proxime.

Παρεγκάθημαι, adfideo, inter alios fedeo.

Παρεγκάπτω, deuoro.

Παρέγκειμαι, interiectus feu interpofitus fum.

Παρεγκελεύομαι, f. εύσομαι, hortor.

Παρεγκέφαλις, ίδος, ἡ, cerebellum. 2) pars cerebri durior & ficcior.

Παρεγκλίνω, aliqua ex parte inclino, in latus inclino ſeu declino.

Παρέγκλισις, εως, ἡ, deflexio & inclinatio in latus. A pr.

Παρεγκύκλημα, τὸ, eſt, cum in ſcena fit, quod actores dicunt. Vid. παρεπιγραφή.

Παρεγχειρέω, aggredior, ſed fere leniter, blando modo, vt blanda oratione, molli articulo &c. item admoueo, adhibeo aliquid, ſed eodem modo. 2) poſt alium aggredior.

Παρεγχείρησις, ἡ, aggreſſio rei, inprimis lenis, blanda. Philox. cauillatio. A pr.

Παρεγχέω, adfundo.

Παρεγχρόω, ῶ, f. ώσω, depingo, coloro.

Παρέγχυμα, ατος, τὸ, propria cuiuſque viſceris ſubſtantia. A παρεγχύω.

Παρέγχυσις, εως, ἡ, ſuffuſio, adfuſio. A ſq.

Παρεγχύω, ſuperinfundo.

Παρεδρεύω, fut. εύσω, adſideo, in vicinia aſſideo. 2) aſſiduus ſum in aliqua re. A πάρεδρος.

Παρεδρευτικὸς, ἡ, ὸν, aſſiduus, laborioſus. A præced.

Παρεδρήσσω, adſideo. Nonn. Ab eod.

Παρεδρία, ας, ἡ, adſeſſio, conſociatio, coniunctio. Ab eod.

Παρεδριάω, adſideo, παρεδριόων, part. pro παρεδριῶν, παρεδριάων. A pr.

Πάρεδρος, ȣ, ὁ, ἡ, adſeſſor, adſidens, vt in iudiciis. 2) conſors, imperii, templi, aræ &c. E π. & ἕδρα.

Παρέζομαι, adſideo, iuxta ſeu a latere ſedeo.

Παρειὰ, ας, ἡ, mala, maxilla, gena.

Παρείας, ȣ, ὁ, ſerpentis genus. A pr.

Παρεῖδον, neglexi, παριδὼν, part. aor. 2. præſenti caret. vid. εἴδω.

Παρεικάζω, f. ασω, adſimulo, ſimilem fingo. 2) comparo.

Παρεικάθω, cedo, concedo. A ſq.

Παρείκω, cedo, concedo, permitto.

Παρειλίττω, implico, inſero.

Παρειμένως, Adu. negligenter, remiſſe, contemtim. A παρίεμαι.

Πάρειμι, f. ἔσομαι, adſum, præſens ſum, præſto ſum, interſum.

Πάρειμι, aduenio, prodeo, progredior, v. c. ad dicendum, inf. παριέναι, prodire. part. παριὼν, progreſſus. Præſens etiam pro futuro vſurpatur. E π. & εἶμι.

Παρειπεῖν, monere. part. παρειπὼν, hortatus.

Παρειρύομαι, παρερύομαι, diſtrahor, peruertor.

Παρείρω, immitto, inſero. 2) ap. Soph. expl. violo. παρείρας, part. aor. 1.

Παρεισάγω, f. ξω, inſinuo, clam introduco. 2) induco, adduco, produco. Gl. V. introduco. 3) de poëtis & hiſtoricis, cum perſonas inducunt loquentes. 4) de iis, qui opiniones ferunt.

Παρείσακτος, ȣ, ὁ, ἡ, qui ſe clam inſinuauit, aduena, aduentitius, peregrinus, alienus, Gl. Vet. obductus. A pr.

Παρεισβάλλω, latenter inuado, clam adgredior. 2) immitto.

Παρεισγραφὴ, ῆς, ἡ, falſa inſcriptio.

Παρεισδέχομαι, f. δέξομαι, præter alios intro recipio ſeu admitto.

Παρεισδύνω, vel παρεισδύομαι, irrepo, clam introëo & me inſinuo.

Παρείσδυσις, ἡ, introitus, inpr. clandeſtinus. A pr.

Παρείσειμι, idem quod παρεισδύνω.

Παρεισέρχομαι, irrepo, irrependo, clam ingredior. 2) interuenio, accedo. item 3) ingredior ſimpliciter.

Παρεισκομίζω, f. ίσω, clam infero, infero.

Παρεισκρίνω, admiſceo præter rem, inculco.

Παρεισκυκλέω, ῶ, f. ήσω, attexo, annecto, inſero, ſæpe idem inculco. v. εἰσκ.

Παρεισοδεύω, f. εύσω, obiter ſeu præter alia ingredior & incedo. 2) ingredior.

Παρεισοδιάζω, in carmine obiter admiſceo ſ. inſero, quod proprie ad argumentum non pertinet. v. εἰσόδιον.

Παρεισπέμπω, clam immitto, ſuborno.

Παρεισπίπτω, irrumpo, hoſtiliter ingredior, ſed inpr. præter opinionem alterius, vnde 2) irrepo, obrepo, me inſinuo. παρεισέπεσον, aor. 2. irruit. part. παρεισπεσὼν, illapſus. 3) ingredior, intro.

Παρεισπονέω, vna (ſc. cum aliis rebus, artibus) tracto, exerceo.

Παρεισπορεύομαι, f. εύσομαι, clam ingredior.

Παρεισρέω, clam vel ſenſim influo, clam ingredior.

Παρεισφέρω, legem cum lege, rogationem cum rogatione fero, de duabus rebus vna fero ad populum. aor. 1. παρεισήνεγκα, aor. 2. part. παρεισενεγκών.

Παρεισφθείρομαι, irrepo, inſinuo me, præſ. ad peſtem alterius, παρεισφθαρεὶς, aor. 1. part. paſſ.

Παρὲκ, ſeq. Voc. παρὲξ, Præp. extra, foris, præter, ſeorſum, ſine, clam.

Παρεκβαίνω, digredior, abſcedo, excedo, tranſgredior, vnde & violo. aor. 2. παρεξέβην, part. παρεκβὰς, digreſſus.

Παρεκβάλλω, excerpo, excerptum ac delectum propono, v. c. ad explicandum vel illuſtrandum, explicandum ſumo. Vox Schol. gr. vt Euſtath.

Παρέκβασις, εως, ἡ, tranſgreſſio, exceſſus. 2) digreſſio a propoſito. A pr.

Παρεκβατικὸς, ἡ, ὸν, digreſſionem efficiens, ab argumento proprio diſcedens. Ab eod.

Παρεκβατικῶς, Adu. per digreſſionem. A pr.

Παρεκβολεύομαι, idem quod παρεκβάλλω, trado, de hiſtoricis, grammaticis &c. A ſq.

Παρεκβολὴ, ῆς, ἡ, delectus. αἱ παρεκβολαὶ, excerpta; commentarius in ſcriptorem conſtans excerptis; qualis Euſtathii in Homerum. Ab ἐκβάλλω.

Παρεκβολικὸς, ἡ, ὸν, excerpendi, ſ. commentarios in poëtas ſcribendi ſtudioſus, peritus. τὸ παρεκβολικὸν, ſc. ἐπιτήδευμα, ſtudium tale ipſum. A pr.

Παρεκδέχομαι, ſecus, male capio, in partem deteriorem accipio.

Παρεκδύω, vel δυμι, clam euado.

Παρέκθεσις, ἡ, vox metrica. ἔκθεσις & παρέκθεσις, quæ eſt ἔκθεσις adiuncta alteri.

Παρεκθέω, præteruehor, curſu, nauigando.

Παρεκκλίνω, paullulum declino. 2) declinare facio, deflecto. Gl. V. euito. παρεκκλίνας, aor. 1. part. declinans, deflectens.

Παρεκλίζω, ſublego, furor.

Παρεκλείπω, deficio.

Παρεκνέομαι, οῦμαι, præteruehor, prætereo.

Παρεκπίπτω, elabor, furtim me ſubduco.

Παρεκπυρόομαι, οῦμαι, ignesco.

Παρέκταμα, ατος, τὸ, extenſio, vt ἔκταμα.

Παρεκτανύω, extendo & produco. 2) in longum extendo & produco.

Παρέκτασις, εως, ἡ, extenſio. 2) Fig. Gramm. cum vox interiecta ſyllaba extenditur. 3) productio, v. c. ſyllabæ. A ſeq.

Παρεκτείνω, extendo, produco, vt ſyllabam. 2) iuxta, e regione, item, ad comparationem alicuius extendo & produco. 3) ad aliquid exigo.

Παρεκτελέω, perficio.

Παρεκτέον, præbendum. A παρέχω.

Παρεκτικὸς, ὴ, ὸν, libenter ſuppeditans, promtus ad ſuppeditandum. Ab eod.

Παρεκτὸς, *Adu.* foris, forinſecus, extrinſecus, extra, præter, præterquam.

Παρέκτοπος, ου, ὁ, loco motus, deuius, Gloſſ. Vet.

Παρεκτρέπω, auerto, abduco, deuerto, ſeduco. παρεκτρέπομαι, exorbito, aberro.

Παρεκτρέχω, prætercurro, præteruehor.

Παρεκτρίβω, attritu elido.

Παρεκτροπὴ, ῆς, ἡ, declinatio, deflexio, deductio. 2) via aberrans a regia, diuerticulum. A παρεκτρέπω.

Παρεκφαίνομαι, leuiter eluceo, & appareo. Gl. V. παρεκφαίνειν, eluceſcere.

Παρεκφέρω, efferre, concito.

Παρεκχέομαι, iuxta, prope effundor, vt flumen prope vrbem effuſum in mare. 2) exæſtuo.

Παρέκχυσις, εως, ἡ, ſuffuſio humorum inter cutem. 2) exæſtuatio fluminis extra ripas.

Παρεκχύομαι, vide παρεκχέομαι.

Παρελαύνω, prætervcho, obequito, Gl. V. aor. 1. παρήλασε, præteruectus eſt.

Παρελέγχω, f. ξω, arguo, redarguo.

Παρέλευσις, ἡ, tranſitus. A παρέρχομαι.

Παρελκόντως, *Adu.* de ſuperuacuo. Vox Gramm. v. παρέλκω. 2) protrahendo tempus. A παρέλκω.

Παρέλκυσις, εως, ἡ, protractio, prorogatio, dilatio. A παρελκύω.

Παρελκυστὴς, οῦ, ὁ, procraſtinator. Gl. V. παρελκύστης, remorator. Ab eod.

Παρελκύστρια, remoratrix, Gl. V. Ab eod.

Παρελκύω, f. ύσω, idem quod ſeq.

Παρέλκω, extraho, protraho. 2) prorogo, differo, remoror. 2) ſuperuacaneus ſum, abundo, vaco.

Παράλειψις, εως, ἡ, prætermiſſio.

Παρεμβαίνω, progredior. 2) ingredior, inuehor.

Παρεμβάλλω, immitto, interiicio, intercalo, Gloſſ. Vet. 2) in acie colloco. 3) accedo. v. c. cum exercitu, vt ἐμβάλλω.

Παρεμπατικῶς, *Adu.* per parentheſin. A παρεμβαίνω.

Παρεμβλέπω, idem quod παραβλέπω.

Παρεμβολὴ, ῆς, ἡ, immiſſio, interiectio. 2) acies, aciei ratio. 3) caſtra, item arx, præſidium, cui inſident milites, etiam hiberno tempore. Gl. V. phalanx, caſtrum, caſtra. A pr.

Παρεμβολικὸς, ὴ, ὸν, caſtrenſis. Gl. V. A pr.

Παρεμβολοειδὴς, ὲς, interiectionis formam habens. E παρεμβολὴ & εἶδος.

Παρεμβύω, obturo, infarcio, per media ſpatia inculco.

Παρεμμανὴς, έος, ὁ, ἡ, cerritus. Phil.

Παρεμπίπτω, interuenio, interlabor, incido, interrepo, obrepo. aor. 2. παρενέπεσον, part. παρεμπεσών.

Παρεμπλάσσω, vel πλάττω, obſtruo meatus, cutem intego. 2) inſtauro ſeu reſtituo.

Παρεμπλαστικὸς, ὴ, ὸν, obſtruendi vim habens.

Παρεμπλέκω, f. ξω, interplico, implico. 2) infero, incul co.

Παρεμπλοκὴ, ῆς, ἡ, interiectus. 2) inculcatio, cum res obiter admiſcetur.

Παρεμποδίζω, f. ίσω, pedes implico, impedimento & obſtaculo ſum.

Παρεμπολάω, ῶ, f. ήσω, emo ſeu comparo, quæ reuendam.

Παρεμπόρευμα, ατος, τὸ, negotiatio. 2) lucrum negotiatione eiuſmodi adquiſitum. A ſeq.

Παρεμπορεύομαι, idem quod ſimplex ἐμπορεύομαι.

Παρέμπτωσις, εως, ἡ, interuentus, interuentio. 2) additio conſonantis in medio. Vox Gramm.

Παρεμφαίνω, præterea vel ſimul oſtendo, ſignifico. 2) declaro, explano. παρεμφαίνομαι, ſimilis ſum, iuxta appareo. Gloſſ. Vet. παρεμφαίνω, repræſento, interluceo.

Παρεμφαντικὸς, ὴ, ὸν, demonſtratiuus. A pr.

Παρέμφασις, ſpecies. Ab eod.

Παρεμφατικὸς, ὴ, ὸν, finitus. opp. ἀπαρέμφατος. Ab eod.

Παρεμφερὴς, έος, ὁ, ἡ, ſimilis, vt ἐμφερής.

Παρεμφέρω, ſimilis ſum, refero.

Παρεμφύομαι, f. ύσομαι, iuxta vel prætereo, innaſcor.

Παρενδείκνυμαι, oſtento artem, vt ſaltatoriam, oratoriam, ſpecimen artis edo.

Παρενδύω, leuiter, clam, paullatim introeo.

Παρενεγγυάω, præcipio, ſuadeo. v. παρεγγυάω.

Παρενείδω, inſpicio, cerno.

Παρενείρω, inſibulo. 2) traiicio. 3) inſero, interſero, interiicio.

Παρένθεσις, εως, ἡ, interpoſitio, interiectio. 2) nomen figuræ grammaticæ. 3 figura rhetorica. Gl. V. interuentus, interceſſio, interpoſitio.

Παρένθετος, ου, ὁ, ἡ, interpoſitus, obiter inſertus & introductus. 2) ſpurius, non genuinus.

Παρενθήκη, ης, ἡ, interpoſitio, interiectio, intercalatio.

Παρενθυμέομαι, οῦμαι, animum non aduerto, negligenter habeo, contemno. παρενθυμοῦνται, diſſimulant.

Παρενθύμησις, εως, ἡ, negligentia. 2) diſſimulatio, Philox. A pr.

Παρένθυρσος,

Παρένθυρσος, ὁ, tumor orationis, ex intempestiuo affectu. E π ἐν & θύρσος.

Παρενιαυτοφόρος, ε, ὁ, ἡ, alternis annis fructum ferens. E π. ἐνιαυτὸς & φέρω.

Παρεννέπω, dico admonendo.

Παρενοπλίζω, armo.

Παρενοχλέω, ῶ, ήσω, turbo, interturbo, obstrepo, molestiam exhibeo. παρενοχλεμαι, pass. molestia mihi exhibetur, controuersia mihi est, vexor, affligor.

Παρενόχλησις, εως, ἡ, turbatio, vexatio. A pr.

Παρενσαλεύω, concutio. 2) incutio, adigo. 3) tripudio.

Παρενσπείρω, intersero, intertexo, obiter addo.

Παρένταξις, εως, ἡ, interpositio. A παρεντάττω.

Παρεντείνω, ομαι, iuxta tendo, i. e. chordas alias addo prioribus in instrumento musico. 2) intendo, v. c. vocem, vt simplex.

Παρεντίθημι, & παρεντίθεμαι, obiter insero, intersero, interpono.

Παρεντρώγω, in os ingero, deuoro, deglutio.

Παρεντυχία, ας, interuentus. A παρεντυγχάνω.

Παρεξ, extra, foris. v. παρὲκ.

Παρεξάγω, duco exercitum in hostes, infesto exercitu eo in hostes.

Παρεξαίρω, attollo, vt conspicuum fit.

Παρεξαλλάττω, commuto. παρεξηλλαγμένον, part. p. inusitatum, insolens, nouum.

Παρεξαμείβω, prætereo, præteruehor.

Παρεξαυλέω, ῶ, vnde παρεξηυλημένος, detritam tibiæ lingulam habens, mutus.

Παρέξειμι, prætereo, transeo. 2) progredior, ad dicendum, in aciem, hostem &c.

Παρεξειπεῖν, præter rem & verum loqui. Opt. παρεξείποιμι. Ex παρὲξ & εἰπεῖν.

Παρεξειρεσία, ας, ἡ, pars nauis, quæ est extra remorum ordines. E παρὲξ & εἰρεσία.

Παρεξελαύνω, vltra progredior, prætereo, euehor vltra decorum, rectum, necessarium. 2) in aciem, in hostem progredior, impetum facio.

Παρεξέλεγχος, ὁ, elenchus sophisticus. v. seq. E π. ἐξ & ἔλεγχος.

Παρεξελέγχω, male, s. vitiose, sophistica fallacia arguo.

Παρεξερέω, præter verum loquor. E παρὲξ & ἐρέω.

Παρεξέρχομαι, prætereo, egredior.

Παρεξετάζω, contendo, comparo.

Παρεξευρίσκω, male excogito.

Παρεξηγέομαι, ȣμαι, f. ήσομαι, sinistre & perperam interpretor.

Παρεξήγησις, εως, ἡ, interpretatio obliqua, praua.

Παρεξῆς, Adu. ordine, serie perpetua. 2) gradatim, deinceps.

Παρεξίημι, prætermitto, præterire sino.

Πάρεξις, εως, ἡ, exhibitio, porrectio, v. c. quum se æger medico exhibet ad exactam morborum explorationem. A παρέχω.

Παρεξίστημι, de statu dimoueo. aor. 2. dimoueor de statu, decedo, v. c. de via, ratione ac mente; vnde παρεκστῆναι, mente captum esse.

Παρεξισόω, æquo.

Παρέξοδος, ε, ἡ, deflexus. 2) apparatus ad iter faciendum, & iter ipsum.

Παρεξωθέω, ῶ, expello, quasi fortuito incursu aut impulsu.

Παρέπαινος, ε, ὁ, laudatio, quæ obiter fit.

Παρεπάλλομαι, Ion. pro παρεφάλλομαι, adsulto, iuxta salto. Eurip.

Παρεπιβοηθέω, opem fero, auxilio venio.

Παρεπιγραφὴ, ῆς, ἡ, adscriptio, s. quod adscriptum est. 2) in scena est, cum fit, quod dicunt actores, id sic dictum est, quia in partibus actorum adscriptum erat ab auctore fabulæ, quid agendum esset. Est igitur potius *adscriptio*, quam *descriptio*, vt vulgo interpretantur. A seq.

Παρεπιγράφω, adscribo, v. c. in latere s. margine, quid fiat, vel fieri debeat &c. vel aliud quodcunque.

Παρεπιδείκνυμαι, ostentandi caussa profero, artem ostento, artis specimina edo.

Παρεπιδημέω, ῶ, f. ήσω, peregre aduenio, aduena sum.

Παρεπιδημία, ας, ἡ, peregrinatio, cum in peregrina vrbe sumus, negotii ergo, ad tempus. A seq.

Παρεπίδημος, ε, ὁ, ἡ, peregre veniens, peregrinus.

Παρεπικυρέω, auxilior, vt simplex.

Παρεπιπνέω, a latere adspiro, seu leuiter adspiro.

Παρεπινοέω, excogito, vt ἐπιν.

Παρεπιπορεύομαι, iter facio aliquo.

Παρεπισκοπέω, f. ήσω, seorsum pensito seu considero, vel obiter considero, denique, considero, curam habeo simpliciter.

Παρεπισπάομαι, adsumo, adscisco.

Παρεπιστρέφω, f. ψω, paullum conuerto, leniter flecto. παρεπιστρέφομαι, identidem conuertor & respecto. παρεπεστράφη, respectauit.

Παρεπιστροφὴ, ῆς, ἡ, conuersio in latus. A pr.

Παρεπιφέρω, adfero.

Παρεπιψαύω, leuiter attingo.

Παρέπομαι, consequor, adsector, subsequor.

Παρεργάτης, ε, ὁ, artifex.

Παρεργολαβέω, assumo ab aliis, quo vtar: vt cum aliquid e philosophia in alia doctrina adhibemus. Philox.

Πάρεργον, ε, τὸ, appendix. accessio. Gl. V. extraordinarium. A sq.

Πάρεργος, ε, ὁ, ἡ, qui est præter susceptum opus, ad susceptum opus accedens. E π. & ἔργον.

Παρέργως, Adu. obiter, perfunctorie. A pr.

Πάρεισμα, ατος, τὸ, fulcrum, firmamentum. E π. & ἔρμα.

Παρερμηνεία, ας, ἡ, mala seu peruersa interpretatio.

Παρερμηνεύω, male & peruerse interpretor.

Παρερπύζω, obrepo, clam irrepo.

Παρέρπω, transeo. 2) dolose subeo. 3) per insidias, vel ex insidiis adgredior.

Παρέρχομαι, prætereo, transeo, transgredior. 2) aditum ad aliquem accipio. 3) prodeo ad dicendum. 4) ingredior. 5) ignoratus sum, lateo alicui. 6) pereo, vt παροίχομαι.

παροίχομαι. παρεληλυθὼς, præteritus, transactus, Gl. Vet. perf. part. παρελθεῖν, præterire, præteriisse, aor. 2. παρελθὼν, progressus.

ρεσις, εως, ἡ, prætermissio, remissio, Gl. Vet. languor; item, deliquium animi, λειποθυμία. Medicis eadem quæ παράλυσις. A παρίεμαι,

ρεσθίω, adedo, rodo. 2) simul, eodem tempore, subinde edo.

ρεσκευασμένως, *Adu*. præparato. A παρασκευάζω.

ρέστιος, ε, ὁ, ἡ, qui ad focum stat vel sit. E παρὰ & ἑστία.

ρετέος, α, ον, prætermittendus, silendus. A παρίημι.

ρετήτυμος, ον, verus, vt ἐτήτυμος.

ρετοιμασία, ας, ἡ, apparatio, paratio, Gloss. Vet.

ρετος, ὁ, ἡ, solutus, luxatus, languidus. v. πάρεσις.

ρετυμολογέω, ῶ, verbi originem duco ab aliquo. *pass*. originem habeo ab &c.

ρευδιάζομαι, sereno cœlo vtor. 2) tranquille viuo.

ρευδοκιμέω, ῶ, f. ήσω, fama & celebritate præsto. παρευδοκιμοῦμαι, celebritate vincor, reprobor.

ρευημερέω, ῶ, supero successu & rebus secundis, vinco alium gratia & auctoritate. 2) abutor rebus secundis. Philox. 3) contemno, reiicio, reprobo.

ρευθὺς, & παρευθὺ, *Adu*. statim, protinus.

ρευκηλέω, ῶ, f. ήσω, mulceo, permulceo, delinio.

ρευλαβέομαι, οῦμαι, timore aliquo teneor, subtimeo, vel timeo simpliciter, caueo.

ρευμαρέω, negligo, contemno, vnde aor. 1. παρημυμάρησαν, contemserunt, neglexerunt. Hes.

ρευναῖος, α, ον, cubitorius, quo in lecto vtimur.

ρευνάζομαι, iuxta cubo, apud quem vel quam cubo, coëo.

Παρευνάομαι, idem.

ρευνος, ὁ, ἡ, coniux. E π. & εὐνή.

Παρεύρεσις, εως, ἡ, idem quod seq.

Παρεύρημα, ατος, τὸ, commentum, inuentum, inventio. 2) cauillatio, qua pactum aliquod eluditur.

Παρευρημένως, *Adu*. perite, celeriter, ex tempore. A seq.

Παρευρίσκω, reperio, excogito, comminiscor. παρευρὼν, commentus, aor. 2.

Παρευτακτέω, ῶ, f. ήσω, custodiarum vices obeo, stationes obeo. 2) diligentia in re aliqua vtor. 3) desero bonum ordinem, partes officii mei.

Παρευτρεπίζω, f. ίσω, apparo, curo, bene constituo, ordino.

Παρεφάπτομαι, leuiter attingo, stringo.

Παρεφεδρεύω, f. εύσω, sum in statione ad aliquem protegendum, additus sum alicui defendendi caussa. 2) in subsidiis locare, et esse.

Παρεφθαρμένως, *Adu*. cum leui corruptione. A παραφθείρω.

Παρέχω, f. ξω, p. παρέσχηκα, & παρέχομαι, *in med*. adhibeo. 2) tribuo, impertio, largior. 3) exhibeo, præsto, præbeo, vnde & de femina copiam sui faciente dicitur. 4) adfero, excito. 5) polliceor. παρέχει, *Imperf*. licet, facultas est, occasio est, facile est. παρασχὸν, cum potestas esset.

Παρηβάω, pubertatem transeo. 2) consenesco, & a flore ætatis egressus in senectutem vergo. παρηβηκὼς, ætate progressus, part. perf.

Πάρηβος, ε, ὁ, ἡ, qui pubertatem excessit. 2) cuius ætas defloruit. E π. & ἥβη.

Παρηγορέω, ῶ, f. ήσω, consolor. 2) mitigo, lenio. 3) delecto. 4) hortor. 5) medeor, sano. E π. & ἀγορέω.

Παρηγόρημα, ατος, τὸ, hortatio, solamen, delinimentum. A pr.

Παρηγορία, ας, ἡ, solatium, delinimentum, oblectatio, oblectamentum, Philox. A παρήγορος.

Παρηγορικὸς, ἡ, ὸν, consolatorius, consolandi seu leniendi vim habens. A pr.

Παρηγορικῶς, *Adu*. consolatorie, leniter, molliter. A pr.

Παρήγορος, ε, ὁ, ἡ, hortator, hortatrix. 2) consolator, vel consolatrix. A παρηγορέω.

Παρηδύνω, suaue reddo. E π. & ἡδύνω.

Παρηθέω, ῶ, f. ήσω, transmitto per colum, percolo. E π. & ἠθέω.

Παρήιον, ε, τὸ, gena. A παρειά.

Παρήιος, ε, ὁ, ἡ, maxillaris, ad genas pertinens. Ab eod.

Παρηΐς, ΐδος, ἡ, gena. Ab eod.

Παρήκοος, ε, ὁ, ἡ, qui non paret, contumax. A παρακούω.

Παρήκω, pertineo. 2) iuxta aliquid porrigor & extendor.

Παρῆλιξ, ικος, ὁ, ἡ, qui præcipiti seu vergente ætate est, qui e florenti ætate egressus, senescit, ætate prouectus. E π. & ἧλιξ.

Παρήλιος, ε, ὁ, sol geminatus, gemini soles.

Παρηλλαγμένως, *Adu*. more inusitato. 2) aliter, dissimiliter, *cum Dat*. Ab παραλλάσσω.

Πάρημαι, adsideo. E π. & ἧμαι.

Παρημελημένως, *Adu*. negligenter, contemtim. A παραμελέομαι.

Παρημερεύω, f. εύσω, diem seu dies iuxta quempiam transigo.

Παρηορία, ας, ἡ, habena, seu lorum equi, qui παρήορος vocatur. 2) extremitas, summa pars rei. 3) delirium, furor, vecordia. Scribitur & per ω.

Παρηόριος, ία, *Ion*. ιν, ιον, superbus, elatus. Ab eod.

Παρήορος, ε, ὁ, ἡ, equus funalis. 2) prominens vtrinque extensus. 3) delirus, demens, stolidus. A παραείρω.

Πάρηρος, ὁ, ἡ, & παρηρία, ἡ, idem quod παρήορος, παρηορία.

Παρηχέω, ῶ, f. ήσω, sono similis sum, vt *amans* & *amens*.

Παρήχημα, ατος, τὸ, idem quod seq. A pr.

Παρήχησις, εως, ἡ, vocis adsimulatio, allusio. Ab eod.

Παρηχητικὸς,

Παρηχητικὸς, ἡ, ὸν, similem sonum habens, σχῆμα παρηχητικὸν est παρήχησις. A pr.

Παρθενεία, ας, ἡ, virginitas, tempus & conditio, qua quædam virgo, nondum nupta est. A παρθενεύω. v. παρθενία.

Παρθενεῖα, τὰ, sc. ἤθη, status virginitatis. Item carmina virginea, virginalia. sc. μέλη vel ᾄσματα. Ab eod.

Παρθένειος, ε, ὁ, ἡ, virgineus, virginalis, virginum proprius. A παρθένος.

Παρθένευμα, ατος, τὸ, locus, vbi virgines degunt, conclaue virginum. 2) status virginitatis. A παρθενεύω.

Παρθένευσις, εως, ἡ, virginitas, conditio virginis. Ab eod.

Παρθενεύω, & παρθενεύομαι, in virginitate dego, virginitatem custodio, virgineam vitam duco. A παρθένος.

Παρθενεὼν, ῶνος, ὁ, v. παρθενών. Ab eod.

Παρθενία, ας, ἡ, virginitas. Ab eod.

Παρθένια, τὰ, virginalia, Gl. Vet. Ab eod.

Παρθενίας, ε, ὁ, filius natus ex ea, quæ cum duceretur, virgo putabatur, sed non erat. Ab eod.

Παρθενικὴ, ῆς, ἡ, virgo. A seq.

Παρθενικὸς, ἡ, ὸν, virgineus, virginalis. Ab eod.

Παρθένιον, ε, τὸ, matricaria, Mercurialis, parietaria, planta. Ab eod.

Παρθένιος, ία, ιον, virginalis. Ab eod.

Παρθενισκάριον, ε, τὸ, virguncula. Gl. V. Dim. a παρθένος.

Παρθενογενὴς, έος, ὁ, ἡ, a virgine editus. Ex eod. & γίνομαι.

Παρθενοκομία, ας, ἡ, virginum cura. E π. & κομέω.

Παρθενοκτονία, ας, ἡ, virginis vel virginum occisio vel immolatio. A seq.

Παρθενοκτόνος, ε, ὁ, virginis aut virginum occisor. E παρθένος & κτείνω.

Παρθενομήτωρ, ορος, ἡ, virgo mater. Epith. B. Virginis. Ex eod. & μήτηρ.

Παρθενοπίπης, ε, ὁ, virginum nimis auidus spectator. Ex eod. & ὀπιπεύω.

Παρθένος, ε, ἡ, virgo, pusa, Philox. *adiect.* virgineus, intactus. (Apud Theocr. reperitur παρθένι, in dat. quasi a παρθὴν.)

Παρθενόσφαγος, ε, Hinc dat. plur. παρθενοσφάγοισι ῥεέθροις, mactatæ virginis sanguine fluentibus riuis apud Aeschyl. A σφάττω.

Παρθενοτροφία, ἡ, virginum alimonia. E π. & τρέφω.

Παρθενώδης, ες, virgineus, mollis. A παρθένος.

Παρθενὼν, ῶνος, ὁ, conclaue virginum. Ab eod. locus Athenis, in arce, templum Mineruæ.

Παρθενωπὸς, ε, ὁ, qui virginea & puellari facie est, ipso adspectu se effeminatum ostendens. Ex eod. & ὤψ.

Πάρθη, ης, ἡ, virgo, reperitur pro παρθένος.

Πάρθνος, metri caussa pro παρθένος.

Παριαμβίδες, αἱ, modus citharœdicus. A seq.

Παρίαμβος, ὁ, pes, idem cum pyrrhichio. E παρὰ & ἴαμβος.

Παριαύω, iuxta moror seu commoror, vel iuxta dormio. Ex eod. & ἰαύω.

Παριδρύω, iuxta colloco seu statuo.

Παριδεῖν, negligere.

Παριέρη, ης, ἡ, pro παριέρεια, sacerdos, femina initiatrix, apud Plut. E π. & ἱέρη, *sacerdos*.

Παρίζω, f. ίσω, iuxta colloco, adsidere iubeo 2) adsideo, iuxta sedeo. παρίζομαι, adsideo E π. & ἵζω.

Παρίημι, f. ήσω, omitto, prætermitto, 2) admitto. 3) soluo, resoluo, laxo. 4) permitto, sino. 5) frango, debilito, *quo sensu inprimis frequens est in passiuo.* παρειμένος fractus, debilitatus, negligens, *cum Genit.* qui se remouit ab aliqua re, velut republica. 6) *in med.* ap. Plat. deprecor.

Παρικτὸς, ὁ, ἡ, transiens. E π. & ἱκνέομαι.

Παριλλαίνω, idem quod παραβλέπω, limis oculis, ex obliquo adspicio.

Πάρινος, idem quod πάριος, Parius. A Πάρος Parus, insula.

Παριππάζομαι, a latere adequito.

Παριππεύω, f. εύσω, præterequito, obequito.

Πάριππος, ε, ὁ, ἡ, iuxta equitans. 2) velocitate equum adsequens.

Παρίπταμαι, transuolo.

Παρισάζω, f. άσω, æquo, adæquo.

Παρίσθμια, ίων, τὰ, tonsillæ, glandulæ faucium. 2) tonsillarum inflammationes. E π. & ἰσθμός.

Πάρισος, ε, ὁ, ἡ, æqualis, vel compar, suppar.

Παρισόω, ῶ, f. ώσω, adæquo, æquale, par seu compar reddo, æquiparo.

Παρίστημι, παριστάω, & παριστάνω, f. παραστήσω, sisto, exhibeo, in medium profero vel produco. 2) ante oculos pono, ostendo, demonstro, doceo. 3) comparo. 4) commoueo, concito, stimulo, cohortor. 5) admoneo, subiicio. At in præt. & aor. 2. passiue dicitur, significatque adesse, opem ferre, in mentem venire, in animo esse, videri, placere &c. *In medio fere significat actiue, & præterea*, ad deditionem compellere, expugnare, subigere. 2) confirmare, reficere animum. παρίσταμαι, adsto, aduento. παρέστηκα, perf. adstiti, Gl. Vet. aor. 2. παρέστων, adstiti, vel adsto. aor. 1. παραστησάμην, παρεστήσατο, cepit, ad deditionem compulit, coëgit ad partes suas transire, securitare, & in potestate sua esse.

Παριστία, ἡ, focus. E π. & ἑστία. Eust.

Παριστορέω, παριστορεῖν, obiter vel insuper ἱστορεῖν sciscitari: item narrare. 2) perperam exponere, falsa referre.

Παρισχναίνω, extenuo, extenuatum reddo. παρισχναινόμενον, macilenti, extenuati.

Παρίσχω, iuxta habeo seu teneo. 2) exhibeo, præbeo, dono.

Παρίσωμα, τος, τὸ, quod alteri par est. 2) æqualitas.

Παρίσως, *Adu.* æqualiter. A πάρισος.

Παρίσωσις, εως, ἡ, exæquatio. 2) structura orationis e membris æqualibus. A παρισόω.

Παρισωτικὸς, ἡ, ὸν, exæquans. τὸ παρισωτικὸν est παρίσωσις.

Παριτὸς, adeundus, qui adiri potest. Callim. A πάρειμι.

Παρκλίνω

Παρκλίνω pro παρακλίνω.
Παραίπτω, f. ψω, pro παρακύπτω.
Παρμένω, maneo apud, pro παραμένω.
Πάρμη, ης, ἡ, parma, scuti genus breue Carthaginensibus. Suid.
Παράμονος, ον, pro παράμονος, vbi v.
Πάρνοπες, ων οἱ, genus locustarum. Aristoph. v. πάρνοψ.
Παρὸ, Coni. propter quod, quoniam, quocirca. E παρὰ & ὅ.
Παροδεύω, fut. εύσω, prætereo, prætergredior, præternehor, Philox.
Παροδικὸς, ἡ, ὸν, transitorius. Gl. Vet. 2) idem quod πάροδος, παροδικὸν διήγημα, narratio vtilis. A πάροδος.
Παροδικῶς, Adu. transeundo, Gl. Vet. A pr.
Παρόδιος, ίο, ὁ, ἡ, qui viam respicit, viæ propinquus, siue ad viam pertinet, item ad vitam humanam, vnde vtilis vitæ humanæ seu communi. Ab eod.
Παροδίτης, ου, ὁ, viator. Ab eod.
Παροδῖτις, ιδος, ἡ, quæ est in via aut ad viam. A præc.
Πάροδος, ου, ὁ, via ad locum aliquem ducens, aditus. 2) ipsa actio adeundi, ingressus, introitus. 3) transitus, transitio. 4) processio in scenam, inprimis chori, & carmen ipsum chori procedentis.
Πάροδος, ου, ὁ, ἡ, iuxta viam situs. 2) *Subst.* ὁ, viator, transiens. Ex iisd.
Παροδέομαι, idem quod παροιμιάζομαι.
Παροδύρομαι, lamentor.
Παροίγω, f. ξω, paullum aperio, adaperio, vt ianuam. E π. & οἴγω.
Παροιδαίνω, tumeo, nonnihil intumesco.
Παροιδίσκω, idem.
Πάροιθε, vel πάροιθεν, *Praep.* ante, coram. 2) *Adu.* ante, antea. A παρά.
Παροικεσία, ας, ἡ, incolatus. A seq.
Παροικέω, ῶ, f. ήσω, iuxta habito, habito apud, vicinus sum, accolo, incola sum, peregre adveni aliquem in locum habitandi caussa.
Παροίκησις, εως, ἡ, habitatio propinqua. 2) incolatus. A præc.
Παροικία, ας, ἡ, commoratio, habitatio temporaria in aliquo loco. Gl. Vet. habitatio, vicinia, incolatus. A πάροικος.
Παροικίζω, f. ίσω, iuxta colloco, iuxta habitatum colloco, inprimis peregre adductum. παρῳκισμένος, iuxta habens domicilium, perf. part. pass.
Παροικοδομέω, ῶ, f. ήσω, iuxta ædifico.
Παροικοδόμημα, ατος, τὸ, ædificium alii ædificio adstructum. A præc.
Πάροικος, ου, ὁ, ἡ, accola, incola, colonus, advena, Gl. Vet.
Παροιμία, ας, ἡ, prouerbium, adagium, Gl. Vet. E π. & οἶμος.
Παροιμιάζομαι, fut. άσομαι, prouerbio vtor. A præc.
Παροιμιακὸς, ἡ, ὸν, prouerbialis, qui in prouerbio est. παροιμιακὸν μέτρον, est anapæsticum dimetrum, quia in parœmiis quibusdam occurrebat. Ab eod.
Παροιμιακῶς, Adu. per prouerbium. A præc.

Παροιμιογράφος, ου, ὁ, ἡ, prouerbiorum scriptor. Ab eod. & γράφω.
Παροιμιολογεῖν, prouerbia colligere & interpretari. Ex eod. & λέγω.
Παροίμιον, sc. ῥῆμα, vel ἔπος, ου, prouerbium, parœmium, dictum e triuio, cuiusmodi homines in triuiis inter se iactant. E π. & οἶμος, via.
Παροιμιώδης, εος, ὁ, ἡ, prouerbialis. Ab eod.
Πάροιμος, ου, ὁ, ἡ, qui iuxta seu prope viam est, vicinus. Hesych. E π. & οἶμος.
Παροιμόω, ῶ, a via deflecto, Hes. A præc.
Παροινέω, ῶ, f. ήσω, ebrius ago dicoue, quæ dedecent, peccho per vinolentiam, debacchor. Gl. Vet. παροινεῖν, debacchari. dicitur & pro insanire simpliciter. pass. παροινοῦμαι. vt πεπαρῳνημένη γυνὴ, mulier in conuiuio contumeliam passa. παροινούμενος, a temulento male acceptus. πεπαρῴνηταί σοι, debacchatus es. A πάροινος.
Παροίνημα, ατος, τὸ, iniuria seu contumelia, qua quis ab homine temulento adficitur. 2) is, qui tali iniuria seu contumelia adficitur. A præc.
Παροινία, ας, ἡ, ebrietas. 2) e temulentia nascens petulantia, iniuria, insania, Gl. Vet. Ab eod.
Παροινιάζω, f. άσω, idem quod παροινέω, Hes.
Παροινικὸς, ἡ, ὸν, temulentus. 2) ad iniuriam e vino procliuis. Ab eod.
Παροίνιος, ου, ὁ, ἡ, vinosus, ebrius, petulans e temulentia. Ab eod.
Πάροινος, ου, ὁ, ἡ, ferox, ad iniuriam & contumeliam e vino procliuis. Gl. Vet. vinolentus, vinulentus. E π. & οἶνος.
Παροίνως, per temulentiam, petulanter. A pr.
Παροιστράω, siue παροιστρέω, ῶ, f. ήσω, œstro immisso concito, ad furorem adigo. 2) œstro immisso fugor & exagitor, extimulor.
Παροίτατος, άτη, ατον, primus, antiquissimus, vetustissimus. *Superl.* a πάρος, *ante.*
Παροίτερος, έρα, ερον, prior tempore vel loco. Comp. ab eod.
Παροίχομαι, f. παροιχήσομαι, prætereo. 2) pereo, morior. præt. part. παρῳχηκὸς, neutr. παρῳχηκὸς, præteritum, Gl. Vet. & pass. παρῳχημένον, præteritum.
Παροκλάζομαι, f. ήσομαι, ingeniculo me, curuatis genibus subsido,
Παροκωχὴ, ῆς, ἡ, induciæ.
Παρολιγωρέω, ῶ, f. ήσω, susque deque habeo, non curo.
Παρολιγωρητέον, contemnendum. A præc.
Παρολισθαίνω, vel παρολισθέω, f. ήσω. p. παρωλίσθηκα, prolabor, in latus detorqueor.
Παρολκὴ, ῆς, ἡ, prorogatio, dilatio, mora. A παρέλκω.
Πάρολκος, ου, ὁ, funis nauticus, quo nauis ad terram trahitur, quum remorum amplius nullus vsus est. Ab eod.
Παρομαρτέω, ῶ, f. ήσω, comitor, adsector.
Παρομοιάζω, f. άσω, adsimilis sum. 2) adsimulo.
Παρομοίιος, poët. pro seq.
Παρόμοιος, ου, ὁ, ἡ, adsimilis, prope similis.
Παρομοιόω, ῶ, fut. ώσω, adsimulo, similem reddo. A præc.

Παρομοίως, *Adu.* similiter, non absimili modo. Ab eod.

Παρομοίωσις, εως, ἡ, adsimulatio. Figura rhetorica.

Παρομολογέω, f. ήσω, confiteor.

Παρομολογία, ας, ἡ, confessio. 2) Figura rhetorica.

Παρὸν, όντος, τὸ, præsens, quod adest. 2) præsens temporis conditio. 3) absolute, cum facultas sit, cum occasio, f. copia esset. A πάρειμι, vnde Participium παρών.

Παρονειδίζω, perstringo, reprehendo false.

Παρονομάζω, f. άσω, alludo ad nomen aliquod.

Παρονομασία, ας, ἡ, allusio ad nomen aliquod. 2) Figura rhetorica. A præc.

Παροξίζω, f. ίσω, acetum gustu vel odore refero. 2) paullulum acesco.

Παροξυντὸς, ȣ, ὁ, concitator, stimulator, irritator, Gl. Vet. A παροξύνω.

Παροξυντικὸς, ἡ, ὸν, concitandi, irritandi vim habens, incitabilis, Gl. Vet. A præc.

Παροξυντικῶς, *Adu.* ad incitandum apte, acriter. A præc.

Παροξύνω, exacerbo, irrito, acuo, exacuo, stimulo, instigo, incito, ad iram concito: item induco ad agendum. 2) acutum tonum in penultima syllaba colloco.

Παροξυσμὸς, ȣ, ὁ, incitatio, concitatio, exstimulatio, irritatio, exacerbatio, iræ incitamentum, Gl. Vet. 2) accessio morbi. A pr.

Παροξυτονέω, acutum in penultima pono. A sq.

Παροξύτονος, ο, ὁ, ἡ, in penultima syllaba acutum tonum habens. *Vox grammatica.*

Παροξυτόνως, *Adu.* cum acuto tono in penultima. A præc.

Παροπλίζομαι, exarmor, armis denudor.

Παροπτάω, ῶ, f. ήσω, asso, vt simplex.

Παροπτέος, έα, έον, negligendus, despiciendus. A παρόπτομαι.

Παρόπτησις, εως, ἡ, q. d. adassatio, cum quid prunis torretur. A παροπτάω.

Παρόπτομαι, negligenter video, negligo. Gl. V. despicor. παρόψονται, f. 1. & παρῶπται, perf. pass. apud Poll. aor. 1. pass. παρώφθην, part. παροφθεὶς, neglectus, fastiditus.

Παρόραμα, ατος, τὸ, error e negligentia: proprie, quem quis perperam videndo, lapsu oculorum, commisit. A παροράω.

Παρόρασις, εως, ἡ, adspectus obliquus. 2) contemtus, despicientia. Ab eod.

Παροροατικὸς, ἡ, ὸν, negligens, incuriosus. A sq.

Παροράω, ῶ, limis oculis, transuersum intueor. 2) conniuentibus oculis prætereo, non animaduerto. 3) perperam adspicio seu video. 4) contemno, negligo, prætermitto, non curo. παροραθεὶς, despectus, Gl. Vet. aor. 1. part. pass.

Παροργίζω, f. ίσω, ad iram concito, irrito. perf. pass. παρώργισμαι.

Παρόργισμα, ατος, τὸ, concitatio ad iram, vel ira, in quam quis concitatus est. A pr.

Παροργισμὸς, ὁ, idem & ab eod.

Παρόρειος, ȣ, ὁ, ἡ, ad latera vel in radice montis situs, prope montem situs.

Παρορία, ας, ἡ, regio montana, f. montibus vicina. E π & ὄρος.

Φωτολήγιος, ȣ͂, ὁ, ἡ, quem lux deficit, qui luce frui desiit. Ex eod. & λήγω.

Φωτοφάνεια, ἡ, illuminatio. Ex eod. & φαίνω.

Φωτοφορέω, lucem fero, vel affero. A sq.

Φωτοφόρος, ȣ, ὁ, ἡ, lucem ferens, adferens. E φῶς & φέρω.

Φωτοχυσία, ας, ἡ, luminis effusio, luminis abundantia. Ex eod. & χύσις.

Φωτωνυμία, ας, ἡ, lucis appellatio, qua nimirum Deus vocatur lux. Ex eod. & ὄνομα.

Φῶψ, lux. Hesych.

X.

X Littera vigesima secunda, χῖ, Ebr. Cheth 2) nota numeralis, *sexcenta*, & lineola subiecta ,χ *sexcenta millia*. 3) nota, qua Athenienses numos adulterinos signabant, item Criticorum & Grammaticorum. vid. χιάζω.

Χαβὸς, ἡ, ὸν, curuus, item angustus. Hes.

Χαδέειν, χάδειν, χαδεῖν, vid. seq.

ΧΑ'ΖΩ, f. άσω, cedo, do locum, recedo, retrocedo. 2) priuo. 3) capio, capax sum, contineo, de vasis &c. aor. 2. ἔχαδον, *Ion.* χάδον, χάδε. Inf. aor. 2. χαδέειν, *Ion.* pro χαδεῖν, χάζομαι, cedo, recedo. χάσσατο, recessit, poët. pro ἐχάσσατο, aor. 1. med. κεχάδα, perf. med. pro κέχαδα.

Χαίνω, fut. ανῶ, hio, hisco, dehisco. 2) hianti ore, i. e. intente aliquid specto, exspecto. 3) cupide appeto. 4) admiror valde. 5) cupide excipio. Gl. Vet. χαίνειν, fatiscere, dehiscere. χανὼν, hiscens, aor. 2. part. κέχηνα, hisco, Philox. ore aperto intueor per

perf. med. κεχηνέναι, hiſcere, Phil. inf. κεχηνὼς, hiulcus, Gl. Vet. part. A χάω.

Χαιὸς, probus, bonus. χαιά. proba.

Χαῖος, ε, ὁ, virga, baculus. vel pedum. Apollon.

Χαιρεκακία, ας, ἡ, gaudium ex alieno malo. A ſq.

Χαιρέκακος, ε, ὁ, ἡ, aliorum calamitate ſeu malis gaudens. E χαίρω & κ.

Χαιρετίζω, f. ίσω, ſaluto. A χαίρω.

Χαιρετισμὸς, ε, ὁ, ſalutatio. A pr.

Χαιρέφυλλον, ε, τὸ, chærephyllum, herbæ ſeu oleris nomen. E χαίρω & φ.

Χαιρηδὼν, όνος, ἡ, gaudium, lætitia. Ab eod.

Χαιρομυσὴς, ὲς, deteſtabilis. Ex eodem & μῦσος.

Χαιροσύνη, ης, ἡ, lætitia. A ſeq.

ΧΑΙ'ΡΩ, gaudeo, lætor. χαῖρε, ſalue, aue, gaude, Philox. χαίρειν, ſalutem, Phil. v. χαίροις, aue, Philox. fut. 1. χαιρήσω. Ab alio f. χαρῶ eſt aor. 2 paſſ. ἐχάρην, gauiſus ſum, gaudeo.

ΧΑΙ'ΤΗ, ης, ἡ, iuba, ſeta. Phil. coma.

Χαιτήεις, ήεσσα, ῆεν, iubatus, comatus. A pr.

Χαιτόεις, όεσσα, όεν, idem, ab eod.

Χαίτωμα, ατος, τὸ, iuba. Ab eod. qſ. a χαιτόω.

ΧΑ'ΛΑΖΑ, ης, ἡ, grando. 2) tubercula grandini ſimilia, per cutem & carnem ſparſa, præcipue in ſuibus.

Χαλαζάω, ῶ, grandino. χαλαζᾷν etiam dicitur ſus, tuberculis, quæ χάλαζαι dicuntur, ſparſam habens carnem. A pr.

Χαλαζεπὴς, ὲς, proprie, qui grandinem loquitur, h. e. qui mordaces & contumelioſos ſermones facit, vel verſus ſcribit. Ex eod. & ἔπος.

Χαλαζήεις, ήεσσα, ῆεν, grandinoſus. Ab eod.

Χαλάζιον, ε, τὸ, vitium palpebræ, quum in ea tubercula naſcuntur. χαλαζία, tubercula in carne ſuilla. Ab eod.

Χαλαζοβολέω, ῶ, fut. ήσω, grandine ferio, grandinem iaculor. A ſeq.

Χαλαζοβόλος, ὁ, ἡ, grandine feriens, at

Χαλαζόβολος, ὁ, ἡ, grandine percuſſus. E χ. & βάλλω.

Χαλαζοκοπέω, ῶ, f. ήσω, grandine ferio, ſeu verbero, aut contundo. Phil. χαλαζοκοπεῖ, grandinat. Ex eod. & κόπτω.

Χαλαζοκοπία, ας, ἡ, calamitas, quum fruges vel vites grandine contunduntur. A pr.

Χαλαζόω, ῶ, grandino, Gl. Vet. χαλαζοῦσθαι, grandine infeſtari. A χάλαζα.

Χαλαζοφύλαξ, ακος, ὁ, ſpeculator & obſeruator grandinis futuræ.

Χαλαζώδης, εος, ὁ, ἡ, grandinoſus, grandinis ſpeciem habens. A χάλαζα.

Χαλαίνω, laxo. A χαλάω.

Χαλαίπους, οδος, ὁ, ἡ, pedes habens laxatos, claudus. Ex eod. & πούς.

Χαλαίρυπος, ε, ὁ, ſordes e veſtibus &c. lotis. Ex eod. & ῥύπος. v. χαλαστραῖον.

Χαλίρα, ἡ, catena. Heſ. Ab eod.

Χαλαργὸς, ὁ, ἡ, velox, celer, Ex eod. & ἀ.

Χαλαρὸς, ρὰ, ρὸν, laxus, laxatus. Gl. Vet. languidus, flaccidus. Ab eod.

Χαλαρότης, ητος, ἡ, laxitas, lentitudo. A pr.

Χαλαρῶς, Adu. leniter. Ab eod.

Χάλασις, εως, ἡ, laxatio, remiſſio, reſolutio. A χαλάω.

Χάλασμα, ατος, τὸ laxamentum, Gl. Vet. 2) interuallum Ab eod.

Χαλασμὸς, ε, ὁ, laxatio. Ab eod.

Χαλαστήριον, ε, τὸ, cataracta. Ab eod.

Χαλαστικὸς, ὴ, ὸν, laxandi vim habens. Ab eod.

Χαλαστὸν, ε, τὸ, catena. Ab eod.

Χαλατὸς, ὴ, ὸν, qui laxari, demitti poteſt. Ab eod.

Χαλαστραῖον, ε, τὸ, ſapo, ſmegma, nitrum. A ſeq. vel ab vrbe Macedoniæ. ſpecies nitri optimi.

ΧΑΛΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, laxo, demitto, Gl. Vet. 2) flacceo, langueo, langueſco, Gl. Vet. ἐχάλασεν, demiſit, Philox. aor. 1. χάλασον, laxa, Gl. Vet.

ΧΑΛΒΑ'ΝΗ, ης, ἡ, galbanum, ſuccus ferulæ naſcentis in Syria.

Χαλβανόεις, όεσσα, όεν, galbaneus. A pr.

Χαλδαῖοι, οἱ, aſtrologi, vates.

Χαλεπαίνω, f. ανῶ, acerbo, Gl. Vet. exacerbo. 2) ſæuio, Gl. Vet iraſcor. χαλεπαίνομαι, ſæuio, iraſcor. A χαλεπός.

Χαλεπάω, ῶ, idem & ab eod.

Χαλεπὸς, ὴ, ὸν, ſæuus, ſeuerus, acerbus, durus, atrox, Phil. difficilis, Gl. Vet. A χαλέπτω.

Χαλεπότης, ητος, ἡ, difficultas. 2) aſperitas, ſæuitia. Gl. Vet. atrocitas. 3 ſeueritas, ſenſu bono, apud Thuc. A pr.

Χαλεπτὺς, ύος, ἡ, idem Heſ. A ſeq.

ΧΑΛΕ'ΠΤΩ, f. ψω, damno afficio, lædo. 2) euerto, labefacto.

Χαλεπῶς, Adu moleſte, grauiter, ægre. 2) vix, difficulter, magno cum labore. 3 male, difficili cum fortuna. 4) irate, acerbe, aſpere. A χαλεπός.

Χαλία, ας, ἡ, quies. qua corpora laxantur a laboribus. Heſ. A χαλάω.

Χαλίκρατος, ε, ὁ, ἡ, merum vinum. E χάλις & κεράω.

Χαλίκωμα, ατος, τὸ, cæmentum. χαλικώματα, cæmenta, Gl. Vet. A χάλιξ.

Χαλιμάζω, more Bacchæ in libidinem ruo. A ſeq.

Χαλιμὰς, άδος, ἡ, Baccha, quaſi ſoluta in furorem. A χαλάω.

Χαλίμη, ης, ἡ, ſcortum impudens. 2) venefica. Suid. A ſeq.

Χάλιμος, ε, ὁ, veneficus, Heſych qui hominum corpora & animos poteſt χαλᾷν. A χαλάω.

Χαλιναγωγέω, ῶ, freno duco, vt seſſor equum freno, rego ac moderor, freno, refreno. E χαλινὸς & ἀγωγός.

Χαλινοποιητικὴ, ῆς, ἡ, ars conficiendorum frenorum.

Χαλινοποιὸς, ε, ὁ, ἡ, qui frena conficit. E ſeq. & ποιέω.

ΧΑΛΙΝΟ'Σ, ε, ὁ, frenum, habena.

Χαλινοφάγος, ε, ὁ, ἡ, frenos rodens, mordens. Epith. equi.

Χαλινόω, ῶ, f. ώσω, freno, frenum iniicio. 2) freno iniecto rego. A χαλινός.

Χαλίνωσις, εως, ἡ, frenatio, ſeu freni iniectio. A pr.

ΧΑ'ΛΙΞ, ικος, ὁ, ἡ, ſilex, cæmentum, Philox. χάλικες, ſilices, cæmenta, Phil.

ΧΑ'ΛΙΣ, ὁ, Bacchus, vinum, merum.
ΧΑΛΙ'Σ, ἴδος, ὁ, impos sui, insanus.
Χαλιφρονέω, ῶ, demens sum & stolidus. A χαλίφρων.
Χαλιφροσύνη, ης, ἡ, mens sua sede emota, dementia, amentia. Ab eod.
Χαλίφρων, ονος, ὁ, ἡ, cui mens laxata & emota est, amens, demens. Ex χαλάομαι & φρήν.
Χαλκάνθη, ης, ἡ, siue χάλκανθον, ου, τὸ, atramentum sutorium. Philox. χάλκανθος, æris flos. Al. Gl. Vet. χαλκάνθη, sutorium. E χαλκὸς & ἄνθος.
Χαλκάρματος, ου, ὁ, ἡ, qui æreo curru vehitur. Ex eod. & ἅρμα.
Χαλκάσπις, ἴδος, ὁ, ἡ, æreum clypeum gestans, bellicosus. Ex eod. & ἀσπίς.
Χαλκέγχης, εος, ὁ, ἡ, ærea seu ferrea hasta vtens. Ex eod. & ἔγχος.
Χαλκεῖον, ου, τὸ, officina fabri ærarii, vel ferrarii. Gl. Vet. æris officina. 2) vas æreum ad calefaciendam aquam aptum, ahenum, olla, Gl. Vet. 3) tabula ænea. A χαλκεύς.
Χάλκειος, εία, ειον, æreus, ex ære factus. A χαλκός.
Χαλκέλατος, ου, ὁ, ἡ, ex ære ducto factus. Ex eod. & ἐλαύνω.
Χαλκέμβολος, ου, ὁ, ἡ, æreo armatus rostro. 2) laboriosus, industrius. Ex eod. & ἔμβολος.
Χαλκέντερος, ου, ὁ, ἡ, ærea intestina habens, laborum patiens. Ex eod. & ἔντερον.
Χαλκεντεύς, έως, ὁ, idem quod seq.
Χαλκεντής, έος, ὁ, ἡ, qui æreis armis vtitur. Ex eod. & ἔντεα.
Χαλκεόγομφος, ον, ferreis clauis firmatus. E χάλκεος & γ.
Χαλκεοθώρηξ, ηκος, ὁ, ἡ, qui æreo thorace vtitur, æreo thorace indutus seu armatus. Ex eod. & θώρηξ, pro θώραξ.
Χαλκεοκάρδιος, ου, ὁ, ἡ, qui æneum, durum pectus habet. 2) fortis & inuictus. Ex eod. & καρδία.
Χαλκεομίτρας, & τρης, ὁ, ἡ, proprie, æream gestans mitram, i. e. galeam, s. loricam, armipotens, bellator. Ex eod. & μίτρα.
Χαλκεομήστωρ, ορος, ὁ, idem ex iisd.
Χαλκεόπλος, ου, ὁ, ἡ, æreis armis indutus, vel simpl. armatus. Ex eod. & ὅπλα.
Χάλκεος, έη, εον, contr. χαλκοῦς, ῆ, οῦν, & χάλκεος, ου, ὁ, ἡ, æreus, æneus. A χαλκός.
Χαλκεόφωνος, ου, ὁ, ἡ, æream vocem habens, i. e. valde acutam, vel valde firmam. E pr. & φωνή.
Χάλκευμα, ατος, τὸ, machina ærea, seu quæuis res ex ære facta. A χαλκεύω.
Χαλκεύς, έως, ὁ, faber ferrarius, ærarius; item quilibet artifex e metallo opera elaborans. 2) inpr. faber ferarius, qui feras, claustra fabricat. Ab eod.
Χαλκευτήριον, ου, τὸ, officina fabri ferrarii. Ab eod.
Χαλκευτής, ῦ, ὁ, qui æramenta cudit. Gl. Vet. ærarius, fabricator, artifex. Ab eod.
Χαλκευτικός, ἡ, ὸν, ad fabrum ærarium seu ferrarium pertinens. Phil. fabrilis. A pr.
Χαλκεύω, f. εύσω, ærariam artem tracto, æs exerceo & malleo tundo. 2) ex ære vel ferro fabrico, cudo. A χαλκός.
Χαλκεών, ῶνος, ὁ, fabri ærarii officina. Ab eod.
Χαλκέως, Adv. ex ære. A χάλκεος.
Χαλκήϊος, ου, ὁ, Ion. pro χάλκεος.
Χαλκήλατος, ου, ὁ, ἡ, ex ære ductus. E χαλκὸς & ἐλαύνω seu ἐλάω.
Χαλκήρης, εος, ὁ, ἡ, ære compactus, æreus. Ex eod. & ἄρω.
Χαλκίζω, ludo χαλκισμὸν, vbi v. Ab eod.
Χαλκικός, ἡ, ὸν, idem quod χάλκεος. Ab eod.
Χαλκίναος, ου, ἡ, idem quod χαλκίοικος.
Χαλκίνδα, ἡ, sc. παιδιά, genus ludi. v. χαλκισμός. A χαλκός.
Χαλκίοικος, ου, ἡ, æream domum habens. Mineruæ Epith. apud Spartanos. Ex eod. & οἶκος.
Χαλκίον, ου, τὸ, ahenum, seu æreum vas, æramentum. Gl. Vet. scutra, coculum. χαλκίον θερμοῦ, caldaria, Gl. Vet. Ab eod.
Χαλκίς, ἴδος, ἡ, Gl. Vet. ὄρνεον, pica maritima. Est & vrbis nomen ad Euripum, in Eubœa.
Χαλκισμός, ὁ, genus ludi, cum numus rectus circumagitur, deinde imposito digito rectus retinetur. Eust. Poll. A χαλκίζω.
Χαλκοάρης, εος, ὁ, ἡ, æreis aut ferreis armis sublatus, ac interfectus. 2) qui ferro interficit hostes. E χαλκὸς & αἴρω, s. ἄρης.
Χαλκοβαρής, έος, ὁ, ἡ, ære grauis. 2) firmus, solidus. Ex eod. & βάρος.
Χαλκοβατής, έος, ὁ, ἡ, qui æri seu æreis fundamentis insistit, firmus, solidus. Ex eod. & βαίνω.
Χαλκογένειος, ου, ὁ, ἡ, æreas malas seu maxillas habens. Ex eod. & γένειον.
Χαλκόγενυς, υος, ὁ, ἡ, idem. Ex eod. & γ.
Χαλκογλώχιν, ινος, ὁ, ἡ, æream habens cuspidem. Ex eod. & γλ.
Χαλκογράφος, ου, ὁ, ἡ, æreis literarum notis scribens. 2) in æs scribens, seu in æs incidens. Ex eod. & γράφω.
Χαλκοδαίδαλος, ον, æs artificiose tractans, siue homo, s. ars.
Χαλκοδάμας, αντος, ὁ, ἡ, proprie, æs domans, Epith. cotis, fabri ferrarii &c. A δαμάω.
Χαλκόδετος, ου, ὁ, ἡ, æreis vinculis ligatus vel alligatus.
Χαλκοειδής, έος, ὁ, ἡ, æris speciem gerens, æri similis.
Χαλκόθετος, æratus. Aeschyl.
Χαλκοθήκη, ης, ἡ, locus, vbi æs & ærea supellex reponitur.
Χαλκοθώραξ, ακος, ὁ, ἡ, qui æreo thorace vtitur.
Χαλκοκνήμιδες, ων, οἱ, æreis armati ocreis, æreas habentes tibialia, i. e. æreis induti armis, armati. E χαλκὸς & κνημίς.
Χαλκοκόλλητος, ου, ὁ, ἡ, ferruminatus, Gl. Vet.
Χαλκοκορυστής, οῦ, ὁ, ære seu æreis armis armatus, armatus.
Χαλκόκρας vel χαλκόκρατος, ου, ὁ, ἡ, ære mistus, de numis adulterinis. Ex eod. & κεράω.
Χαλκόκροτος, ου, ὁ, ἡ, ære strepens, quem æs, vt cymbala, circumstrepit. 2) ære cusus, æratus, Phil. ærarius.
Χαλκόκτυπος, ου, ὁ, ἡ, ære pulsato sonitum ediens.

χαλκολίβανον, ε, τὸ, electri genus, auro pretiosius, orichalcum. E χ. & λίβανος.

χαλκολογέω, ῶ, f. ήσω, æra lego, æs colligo, i. e. nummos colligo. Gl. V. χαλκολογῶ, æsculor. A sq.

χαλκολόγος, nummularius, æsculator, Phil.

χαλκόμιτρος, v. χαλκομίτρας.

χαλκόνωτος, ὁ, ἡ, pro pr. æneum dorsum habens. Epith. scuti, clypei ære inducti; æratus.

χαλκοπαγὴς, ὲς, ex ære factus, æneus. E χ. & πήγνυμι.

χαλκοπάρειος, vel πάρῃος, ε, ὁ, ἡ, æreas habens malas. E χ. & παρειά.

χαλκόπεδος, ε, ὁ, ἡ, æreum pauimentum habens. E χ. & πέδον.

χαλκοπέταλον, τὸ, lamina ferrea.

χαλκοπλάστης, ε, ὁ, qui ex ære statuas, aut alia opera fingit, faber ærarius.

χαλκόπλευρος, ε, ὁ, ἡ, ærea habens latera. E χ. & πλευρά.

χαλκοπληθὴς, έος, ὁ, ἡ, q. d. ære impletus: armatus. E χ. & πλῆθος.

χαλκόπληκτος, ferro cusus. E χ. & πλήσσω.

χαλκόπους, ποδος, ὁ, ἡ, æreos habens pedes. Gl. Vet. æripes.

χαλκοπρόσωπος, ε, ὁ, ἡ, propr. æream habens faciem, h. e. impudens. E χ. & πρόσωπον.

χαλκόπρωρος, ε, ὁ, ἡ, æream habens proram, i. e. cum æreo rostro. E χ. & πρῶρα.

χαλκόπυγος, ε, ὁ, ἡ, ferreis natibus præditus, i. e. laboriosissimus, assiduus. E χ. & πυγή.

χαλκόπυλος, ε, ὁ, ἡ, æreas portas habens. 2) æreis munitus claustris. E χ. & πύλη.

χαλκοπώγων, ωνος, ὁ, rutilam habens barbam, ænobarbus, barbarossa.

ΧΑΛΚΟ'Σ, ε, ὁ, æs. 2) arma ærea s. ferrea. 3) moneta, pecunia.

χαλκοστέφανος, ον, Epith. templi, pr. ære cinctus, nitidus, vel valde firmus ac munitus.

χαλκόστομος, ε, ὁ, ἡ, æreum os, s. rostrum habens. E χ. & στόμα.

χαλκότευκτος, ε, ὁ, ἡ, ex ære factus. Ex eod. & τεύχω.

χαλκοτευχὴς, έος, ὁ, ἡ, (ære) armatus. Ex iisdem.

χαλκότοξος, ε, ὁ, ἡ, æreum arcum habens. E χ. & τόξον.

χαλκοτόρευτος, ον, ære cælatus, æneus.

χαλκοτορέω, ex ære fabricor, de armis. E χ. & τορέω, quod etiam dicitur pro τορεύω.

χαλκότορος, ον, æratus, ex ære factus de armis: alii, æs penetrans. Ex iisd.

χαλκοτυπέομαι, ῦμαι, a fabro ærario seu ab æris fusore fingor. A sq. n. 2.

χαλκοτύπος, ε, ὁ, faber ærarius, ærifusor. Phil.

χαλκότυπος, ε, ὁ, ἡ, armis percussus, ense inflictus. E χ. & τύπτω.

χαλκοτυπικὴ, ἡ, ars ferraria, ars æris, ferri tractandi, æris fundendi, & ex ea signa & alia fingendi. A pr.

χαλκουργέω, ῶ, fut. ήσω, æs, ferrum tracto. A χαλκουργός.

χαλκούργημα, ατος, τὸ, opus ex ære s. ferro confectum, vt signum æneum. A pr.

χαλκουργικὸς, ἡ, ὸν, ad artem ærariam pertinens. ἡ χαλκουργικὴ, ars æris ferrique tractandi. A seq.

χαλκουργὸς, ε, ὁ, qui æs tractat & elaborat, faber ærarius. E χαλκὸς & ἔργον.

χαλκοῦς, æreus, Gl. Vet. pro χάλκεος. χαλκοῦν, Subst. tabella ænea, vas æneum.

χαλκόφι, Adu. ab ære. A χαλκός.

χαλκοφόρος, ἡ, terra, e qua æs eruitur, habens metalla æris & ferri. E χ. & φέρω.

χαλκόφωνος, ε, ὁ, καὶ ἡ, æream habens vocem, i. e. valde sonoram. Ex eod. & φωνή.

χαλκοχάρμης, ε, ὁ, qui armis delectatur, bellicosus. Ex eod. & χάρμη.

χαλκοχίτων, ωνος, ὁ, ἡ, æream loricam gestans.

χαλκόω, ῶ, f. ώσω, ex ære facio. 2) ære obduco & munio. Gl. Vet. æro. A χαλκός.

χαλκώδης, εος, ὁ, ἡ, æreus. Ab eod.

χάλκωμα, ατος, τὸ, æramentum, vas aut aliud opus ex ære factum. Gl. Vet. æramentum, ferramentum, ærificium. A pr.

χαλκωμάτιον, Dim. pr. vasculum æneum &c.

χαλκώνητος, ε, ὁ, ἡ, emptus. E χ. & ὠνέομαι.

χαλκώνυξ, χος, ὁ, ἡ, æneas vngulas habens, de equis Aeetæ.

χαλκωρυχεῖον, vel χαλκωρύχιον, ε, τὸ, ærifodina, æraria. A χαλκωρύχος.

χαλκωρυχέω, ῶ, f. ήσω, æs effodio. Ab eod.

χαλκωρυχία, ας, ἡ, æris fodina, æraria. Ab eodem.

χαλκωρύχιον, ε, τὸ, idem & ab eod.

χαλκωρύχος, ὁ, metalli fossor. E χ. & ὀρύσσω.

χαλυβδικὸς, & χαλυβικὸς, ἡ, ὸν, e chalybe factus. A sq.

ΧΑ'ΛΥΨ, υβος, ὁ, chalybs, genus ferri durissimi. χάλυβες, natio Pontica.

χαμάδις, Adu. humi, in terram. A χαμαί.

χαμᾶζε, Adu. idem & ab eod.

ΧΑΜΑΙ', Adu. humi, in terra. 2) in terram, ad terram.

χαμαιάκτη, ης, ἡ, humi sparsa acte, siue humilis sambucus, ebulus. Phil. ebulum. E pr. & ἄκτη.

χαμαίβατος, ε, ὁ, rubus humilis, rubus humiserpens.

χαμαιγενὴς, έος, ὁ, ἡ, humi natus, e terra ortus, homo prognatus. Ex eod. & γίνομαι.

χαμαιδάφνη, ης, ἡ, laurus humilis, laureola. Phil. χαμαιδάφνη λάχανον, olus. fraga, labrusca, ruscum.

χαμαιδιδάσκαλος, ε, ὁ, qui elementa & initia literarum docet. Gl. Vet. ludimagister.

χαμαιδικαστὴς, ε, ὁ, pedaneus iudex, arbiter, Philox.

χαμαίδρυς, υος, siue χαμαίδρωψ, ωπος, ἡ, herba ex eo sic nominata, quod folia habeat quercui similia. Philox. χαμαίδρυς, trixago.

χαμαιευνὰς, άδος, ὁ, ἡ, humi cubans. Ex χαμαὶ & εὐνή.

χαμαιεύνης, ε, ὁ, qui humi cubat. Ex iisd.

χαμαίζηλον, ε, τὸ, viburnum, genista, Gl. Vet. A seq.

χαμαίζηλος, ε, ὁ, ἡ, & χαμαίζηλος, ήλη, ηλον, humilis,

humilis, vt fellæ, lectus, humi ferpens, de plantis, depreffus, q. d. humilia æmulans. 2) terræ adfixus, humi repens.
χαμαιζήλως, *Adu.* humiliter. A præc.
χαμαίκαυλος, ȣ, ὁ, ἡ, qui humi ftrato caule eft, cuius caulis humi repit.
χαμαικέρασος, ȣ, ὁ, humilis feu pumila cerafus.
χαμαίκισσος, ȣ, ὁ, hedera humilis, hedera terreftris.
χαμαικλινὴς, έος, ὁ, ἡ, humi proftratus, qui humi procubuit. E χ. & κλίνω.
χαμαικοιτέω, ῶ, f, ήσω, humi cubo feu iaceo. A feq.
χαμαικοίτης, ὁ, idem quod χαμαίκοιτος.
χαμαικοιτία, ας, ἡ. humi cubatio. A feq.
χαμαίκοιτος, ȣ, ὁ, ἡ, humi cubans. E χ. & κοίτη.
χαμαιλεχὴς, ὲς, idem. E χ. & λέχος.
χαμαιλέων, οντος, ὁ, leo pumilus, animal, quod fubinde colorem mutat, verfipellis. 2) herbæ nomen fic dictæ a varietate foliorum.
χαμαιπετεῖν, humi irritum cadere, apud Pind. A feq.
χαμαιπετὴς, έος, ὁ, ἡ, qui humo feu in terram cecidit, in terram prociduus, vnde 1) humilis, de ftilo. 2) irritus. E χ. & πίπτω, feu πέτομαι.
χαμαιπετῶς, *Adu.* humiliter, in terram procidendo. 2) humili prope terram volatu. A præc.
χαμαίπιτυς, υος, ἡ, humilis pinus, herba quædam.
χαμαιρεπὴς, έος, ὁ, ἡ, in terram vergens feu inclinans. E χ. & ῥέπω.
χαμαιρεπῶς, *Adu.* humiliter. A pr.
χαμαίστρωτος, ον, in terra ftratus. E χ. & στρώννυμι.
χαμαισύκη, ης, ἡ, humilis ficus, herba.
χαμαιτυπεῖον, ȣ, τὸ, locus, in quo fcorta triuialia fe proftituunt, lupanar, Gl. Vet. A fq.
χαμαιτύπη, ης, ἡ, proftibulum, fcortum, quod cuiuis fe proftituit. A χαμαιτύπος.
χαμαιτυπὴς, ὲς, humi proftratus; *metaph.* vilis, vulgaris. E χ. & τύπτομαι.
χαμαιτυπία, ἡ, vita meretricia. A χαμαιτύπη.
χαμαιτυπικὸς, lupanaris, Gl. Vet. A pr.
χαμαιτύπος, ȣ, ὁ, humi feriens & tundens. χαμαιτύποι, gancones, Gl. Vet. pathici. E χ. & τύπτω.
χαμαιφερὴς, ὲς, ὁ, ἡ, in terram vergens, humilis. E χ. & φέρω.
χαμελαία, ας, ἡ, olea pumila, oleago vel oleaftellum. E χ. & ἐλαία.
χαμερπὴς, έος, ὁ, ἡ, humi repens feu ferpens, a terra fefe non attollens. 2) abiectus. E χ. & ἕρπω.
χαμερπῶς, *Adu.* humi ferpendo. 2) humiliter, abiecte, craffe. A pr.
χαμεταιρὶς, ίδος, ἡ, proftibulum.
χαμευνὰς, άδος, ἡ, ftibadium humi ftratum. 2) humi cubans. A feq.
χαμεύνη, ης, ἡ, ftibadium humi ftratum, humilis & vilis lectus.
χαμευνία, ας, ἡ, cum quis humi cubat. A pr.
χαμεύνιον, ȣ, τὸ, idem quod χαμεύνη.
χαμηλὸς, ἡ, ὸν, humilis, vilis. A χαμαί.
χαμόθεν, *Adu.* e terra, ex humo. Ab eod.
χαμȣλκὸς, ȣ, ὁ, traha. 2) machina, qua nauis in ficcum pertrahitur. Ex eod. & ἕλκω.
ΧΑ'ΜΟΣ, ȣ, ὁ, frenum, camus.
χάμψαι, οἱ, crocodili. Herodot.
χανδάνω, capio, capax fum. A χάζω.
χανδὸν, *Adu.* ore hiante, faucibus magno hiatu diductis. A χαίνω.
χανδοπότης, ȣ, ὁ, auide bibens. E pr. & πότης.
χανδὸς, ἡ, ὸν, hians, capax. A χαίνω.
χάννη, ης, ἡ, vel χάννος, ȣ, ὁ, hiatula, *pifcis.* Ab eod.
χανόω, & όσσω, loquor, clamo. A χαίνω.
χάος, εος, τὸ, *proprie,* hiatus vaftus; chaos, rudis & indigefta moles, materia e qua factus eft orbis terrarum. Gl. Vet. tenebræ. A χάω.
χαὸς, bonus, illuftris, antiquus. al. & χαῖος.
χαρὰ, ᾶς, ἡ, gaudium, lætitia. A χαίρω.
χάραγμα, ατος, τό, nota, impreffum veftigium, & veluti fulcus, fculptura, character. 2) numus. A χαράσσω.
χαραγμὴ, ῆς, ἡ, (melius χαραγὴ) &
χαραγμὸς, ȣ, ὁ, incifura, incifio. Ab eod.
χαράδρα, ας, ἡ, terræ fiffura e terræ motu facta, cauerna, vorago, fulcus, quem torrens rapido curfu effecit & excauauit. 2) torrens, qui impetuofe e monte aut præcipiti loco decurrens terram excauat. Gl. Vet. foffa, vallis, canalis. Ab eod.
χαραδραῖος, αία, αῖον, e χαράδρα defumtus aut lectus. A pr.
χαραδρεὼν, ῶνος, ὁ, torrentis alueus. 2) locus frequens torrentibus. Ab eod.
χαραδριὸς, ȣ, ὁ, auis, quæ in alueis torrentium degit. 2) vorax auis & homo. Ab eod.
χαραδρόω, ῶ, f. ώσω, cauernofum reddo, torrentibus impetuofis excauo. Ab eod.
χαραδρώδης, εος, ὁ, ἡ, falebrofus, confragofus. 2) vbi multæ funt conualles. 3) vbi multi funt torrentes. Ab eod.
χαρακίας, ȣ, ὁ, in vallibus degens aut prouemens. 2) planta, tithymallus. A χάραξ.
χαρακίζω, fut. ίσω, tanquam palis in fublime tollo. 2) vallis defixis munio. Ab eod.
χαράκιον, ȣ, τὸ, vallu, pedamentum, fulientaculum. Ab eod.
χαρακισμὸς, ȣ, ὁ, munitio, quæ palis defixis fit, palorum defixio. A χαρακίζω.
χαρακοποιέομαι, ȣμαι, vallum, feu aggerem, quo caftra muniri folent, facio. E χάραξ & ποιέω.
χαρακοποιία, ας, ἡ, munitio feu communitio ducto vallo & aggere. A præc.
χαρακόω, ῶ, f. ώσω, vallo communio, circumuallo. A χάραξ.
χαρακτὴρ, ῆρος, ὁ, nota impreffa (inpr. nummis) aut infcripta. Gl. Vet. fignaculum, nota. Philox. figura, lineamentum, vultus, habitus oris, infigne, & quicquid eft eiusmodi, vt inde res agnofci & ab aliis difcerni poffit, velut textus, forma rei & ratio & attributum & fpecies. A χαράσσω.
χαρακτηρίζω, fut. ίσω, infignio, charactere & nota diftinguo, notam & formam exprimo. A pr.

χαρακτήρισμα, τος, τὸ, idem quod seq.

χαρακτηρισμὸς, ȣ, ὁ, designatio, denotatio, rei alicuius suis veluti notis insignitæ demonstratio. A pr.

χαρακτηριστικὸς, ὴ, ὸν, in quo est nota discriminis, aptus ad rem ab aliis discernendam. Ab eod.

χαρακτηριστικῶς, *Adu.* expresso alicuius charactere, seu idiomate, proprietate.

χαράκωμα, ατος, τὸ, vallum, septum. Phil. pedamen, pedamentum, Gl. V. A χαρακόω.

χαράκωσις, εως, ἡ, vallum, & id genus aliæ munitiones. 2) palorum seu stipitum defixio. Gl. Vet. pedatio. Ab eod.

χάραξ, ακος, ὁ, sulcus terræ, aratro aut fossoriis instrumento cauata fossa, peculiariter vallus, vallum, quo castra muniri solent, Gl. V. 2) gen. fem. ἡ, vallus in vineis, sudes, ridica, adminiculum vitis. A seq.

χαρμοποιέω, lætitia afficio, gaudium adfero.

ΧΑΡΑΣΣΩ, vel άττω, f. ξω, scalpo, imprimo, inpr. numos cudo. 2) *cum acc.* formo, fingo, *etiam metaph.* vt animum. 3) scarifo, incido. 4) sulco, vt ceram, terram, mare: vnde pro scribere, arare, nauigare dicitur.

χαριδότης, & χαριδώτης, ȣ, ὁ, gratiæ dator, Bacchi & Mercurii Epitheta.

χαρίεις, ίεσσα, ίεν, venustus, elegans, lepidus, festiuus. 2) iucundus, gratiosus. 3) doctus, valde doctus, vnde οἱ χαρίεντες sunt in quolibet genere doctiores & meliores, omninoque opponuntur τοῖς πολλοῖς. *Comp.* χαριέστερος. *Sup.* χαριέστατος. *Adu.* χαριέστερον & χαριέστατα. A χάρις.

χαριεντίζομαι, iocor, lepida vrbanitate vtor, facete aliquid dico. A pr.

χαριέντισμα, τος, τὸ, idem quod seq. A pr.

χαριεντισμὸς, ȣ, ὁ, lepos & venustas sermonis, dictum salsum & facetum. 2) cauillatio. Ab eod.

χαριέντως, *Adu.* lepide, scite, festiue, eleganter. A χαρίεις.

χαριεστέρως, *Adu.* gratius, elegantius. Ab eodem.

χαρίζομαι, f. ίσομαι, gratificor. 2) morigeror. 3) indulgeo. 4) munero, dono. 5) copiam corporis facio, de femina. χαρίζομαι ἐμαυτῷ, arrogo mihi, Gl. Vet. κεχαρισμένος, gratus. τὸ κεχαρισμένον, gratia. Vnde *Superl.* κεχαρισμενώτατος, ap. Xenoph. A χάρις.

χάριν, *Adu.* caussa, ergo. Ab eod.

χάρις, ιτος, ἡ, gratia, venustas. 2) beneficium. 3) gratus animus. 4) præmium. 5) amicitia, beneuolentia. χάριτες, grates, gratiæ, Gratiæ deæ. A χαρὰ vel χαίρω.

χαρίσιος, α, ον, lætus, vel lætitiæ caussa datus. τὰ χαρίσια, & οἱ χαρίσιοι, placentæ genus. A χαρίζομαι.

χάρισμα, ατος, τὸ, quod aliquis gratificando fecit, donauit, donum, præmium, Phil. donatiuum, donum. χαρίσματα, munera, Gl. Vet. A χαρίζομαι.

χαριστήριον, ȣ, τὸ, munus, quod datur gratiæ caussa. Phil. donatum, donum. χαριστήρια, donaria, Phil. A seq.

χαριστήριος, α, ὁ, ἡ, ad gratiarum actionem pertinens, gratiæ caussa factus. A χαρίζομαι.

χαριτία, ας, ἡ, lepidum & iocul[ar]e factum. A χάρις.

χαριτοβλέφαρος, ȣ, ὁ, ἡ, cuius oculis gratia inest, opponitur superciliosо, superbo. Ex eod. & βλέφαρον.

χαριτογλωσσέω, ῶ, siue ωττέω, gratiam linguæ aucupor, ad voluntatem [illegible] ad gratiam loquor. Ex eod. & γλῶσσα.

χαριτοδότης, ȣ, ὁ, v. χαριδότης.

χαριτόφωνος, ὁ, ἡ, suauiter loquens vel canens. Ex eod. & φωνή.

χαριτόω, ῶ, f. ώσω, gratiosum seu amabilem reddo. κεχαριτωμένος, gratiosus, facetus, Gl. V. perf. part. pass. A χάρις.

χαριτώπης, ȣ, ὁ, venustus forma, ore, facie. Ex eod. & ὤψ.

χάρμα, ατος, τὸ, gaudium, lætitia. 2) id, quod gaudium & lætitiam adfert. A χαίρω.

χάρμη, ης, ἡ, gaudium, lætitia. 2) animus ad pugnam promtus & eam lætus iniens. 3) pugna, conflictus, prælium, certamen. Ab eod.

χαρμονὴ, ῆς, ἡ, gaudium, lætitia. A χάρμα.

χαρμοσύνη, ης, ἡ, idem & ab eod.

χαρμόσυνος, ητος, gratus, τὰ χαρμόσυνα, dies festus. ap. Athen. Ab eod.

χαρμόφρων, ονος, ὁ, ἡ, mentem exhilarans. Mercurii Epith. vel propter facundiam, vel propter lyram, vel propter lucrum denique. E χάρμη & φρήν.

χαροδότης, ȣ, ὁ, lætitiæ dator. E χαρὰ & δότης.

χαροδῶτις, ἡ, lætifica, lætitiæ largitrix. Ex eod. & δίδωμι.

χαροειδὴς, ὲς, lætus vultu, hilaris. Ex eod. & εἶδος.

χαροπαίγμων, ὁ, ἡ, ludicrus, iocosus, lætus. Ex eod. & παῖγμα.

χαροποιὸς, ȣ, ὁ, ἡ, gaudium & lætitiam efficiens. A seq.

χαροποιέω, ῶ, lætifico, exhilaro.

χαροπὸς, ȣ, ὁ, ἡ, lætus, lætitiam vultu præferens, efficiens. 2) cæsius. 3) trux. E χαρὰ & ὤψ.

χαροπότης, ητος, ἡ, color cæruleus, seu cæsius. A pr.

ΧΑΡΤΗΣ, ȣ, ὁ, charta, scapus, Philox. corium pergamenum.

χαρτίον, ȣ, τὸ, chartula, parua charta. Dim. pr.

χαρτογράφος, ȣ, ὁ, chartularius, Gl. V. Ex eod. & γράφω.

χαρτοπράτης, ȣ, ὁ, chartarum venditor. Ex eod. & πράτης.

χαρτοπώλης, ȣ, ὁ, chartularius, Gl. V. chartam vendens. Ex eod. & πωλέω.

χαρτὸς, ή, ὸν, lætificus, dignus, de quo lætemur & gaudeamus. A χαίρω.

χαρτοφυλάκιον, τὸ, [illegible] in quo reponuntur & adseruantur chartæ. A seq.

χαρτοφύλαξ, ακος, ὁ, chartarum custos, chartularius, præfectus scriniorum. E χάρτης & φύλαξ.

 χαρυβ[illegible]

Χαρυβδίζω, demergo, deglutio. A seq.

ΧΑΡΥΒΔΙΣ, εως, ἡ, Charybdis, vortex maris apud Poëtas. Gl. V. vorago.

ΧΑΡΩΝ, οντος, ὁ, Charon, Orci portitor ap. Poëtas. Phil. Orcus.

Χαρώνειον, χαρώνειον & χαρώνειος θύρα, porta, per quam damnati educebantur ad supplicium. A pr.

Χάρωψ, ωπος, ὁ, idem quod seq.

Χαρωπὸς, ῦ, ὁ, ἡ, v. χαροπός.

Χασκάζω, hio, hisco. A seq.

Χάσκω, hisco. A χάω.

Χασκωρέω, speculor, proprie, hiante ore. E pr. & ὡρέω.

Χάσις, εως, ἡ, priuatio. 2) segregatio, separatio. A χάζω.

Χάσμα, ατος, τὸ, hiatus, vorago, Philox. A χαίνω.

Χασμάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, hio. 2) oscito. A pr.

Χασματίας, ȣ, ὁ, vt χασματίας σεισμὸς, terræ motus, quo hiatus fiunt. Ab eod.

Χάσμη, ης, ἡ, hiatus. 2) hiatus oris inter oscitandum, oscitatio. A χαίνω.

Χάσμημα, ατος, τὸ, hiatus. 2) rictus. A χασμάομαι.

Χάσμησις, εως, ἡ, oscitatio. Ab eod.

Χασμωδέω, ῶ, oscito. A χασμώδης. 2) χασμῳδέω versus facio cum hiatu, i. e. concursu vocalium sine elisione. E χάσμα & ᾠδή.

Χασμώδης, εος, ὁ, ἡ, qui frequenter oscitat. A χάσμα.

Χασμωδία, ας, ἡ, oscitatio. A pr. 2) χασμῳδία, hiatus in versibus, s. consuetudo hiatus in versus admittendi. A χασμῳδέω.

Χατεύω, idem quod seq.

ΧΑΤΕΩ, ῶ, egeo, indigeo. 2) desidero, cupio, percupio.

Χατίζω, idem. A pr.

Χατὶς, ἴδος, ἡ, indigentia seu vsus. 2) desiderium, cupiditas. Ab eod.

Χάτος, εος, τὸ, idem.

Χαυλιόδους, & όδων, οντος, ὁ, ἡ, exsertos dentes habens. 2) ipse dens exsertus. E χάω (vnde χαῦλος pro χάολος) & ὀδούς.

Χαύναξ, ακος, ὁ, homo tumida & inani inflatus superbia. A χαῦνος.

Χαυνιάζω, decipio, in errorem induco. Ab eodem.

Χαυνόπρωκτος, ὁ, exoletus, pathicus. Ex eod. & πρωκτός.

ΧΑΥΝΟΣ, η, ον, laxus, fungosus, mollis. 2) inflatus, tumidus, superbus. 3) futilis, leuis, negligens. A χάω.

Χαυνότης, ητος, ἡ, fungositas, laxitas. 2) leuitas. 3) stolida & inanis superbia. A pr.

Χαυνόω, ῶ, f. ώσω, laxum fungosumque reddo, laxo & aperio, Gl. Vet. laxo, lento. 2) inflo, stolide superbum reddo. Ab eod.

Χαύνως, *Adu.* laxe. Ab eod.

Χαύνωσις, εως, ἡ, laxatio, laxitas, Gl. V. A χαυνόω.

Χαυνωτικὸς, ἡ, ὸν, vim habens laxandi. Ab eodem.

Χαυνῶνες, placentæ molles & quasi fungosæ. Ierem. 7, 18. legitur & χαυῶνες.

ΧΑΩ, hio. 2) vacuus sum. 3 capio.

Χεδροπὰ, ῶν, τὰ, legumina. A χέδροψ.

Χεδροπώδης, εος, ὁ, ἡ, leguminibus similis. A seq.

ΧΕΔΡΟΨ, οπος, ὁ, legumen, Gl. V. al. χέδρωψ.

ΧΕΖΩ, f. έσω, caco, ventris onus depono. perf. med. κέχοδα. κεχεσμένος, perf. pass. part.

Χειὰ, ᾶς, siue χειὴ, ῆς, ἡ, latibulum (serpentis) inp. in hiatu terræ. A χείω.

Χειλάριον, ȣ, τὸ, labellum, Gl. V. Dim. a χεῖλος.

Χειλεύω, f. εύσω, vide χειλόω.

Χειλοποτέω, auide bibo, vt labia proluantur. Virgil. pleno se proluit auro. Anthol. E seq. & πότης.

ΧΕΙΛΟΣ, εος, τὸ, labrum, labium. 2) sermo. 3) littus seu ora maris, ripa fluminis.

Χειλοστρόφιον, ȣ, τὸ, instrumentum tortorium, quo labra torquent. E pr. & στρέφω.

Χειλόω, ῶ, f. ώσω, labro circumdo, labrum in ambitum duco. A pr.

Χειλὼν, ῶνος, ὁ, labeo. 2) piscis. Ab eod.

ΧΕΙΜΑ, ατος, τὸ, hiems, tempestas.

Χειμαδεύω, f. εύσω, hiemo, hiemem traduco. A χειμάς.

Χειμάδιον, ȣ, τὸ, hibernaculum, χειμάδια, hiberna, Gl. Vet. Ab eod.

Χειμάδιος, ȣ, ὁ, ἡ, hibernus, ad hibernandum accommodatus. Ab eod.

Χειμάζω, f. άσω, hiberno, hiemo, hiemem traduco. 2) tempestate iacto, seu vexo. 3) molestia afficio. χειμάζομαι, tempestate agitor. χειμασθεὶς, agitatus tempestate, part. aor. 1. pass. *met.* in magnis malis versor. A χεῖμα.

Χειμαίνω, hiberno, sæuio, de tempestate. 3) fluctuare facio. χειμαίνεσθαι, fluctuare. Ab eod.

Χειμάμυνα, ης, ἡ, hiemis remedium, frigoris munimentum. 2) læna crassior. Ex eod. & ἀμύνω.

Χείμαρος, ȣ, ὁ, paxillus seu clauus ligneus sub carina fixus, quo exemto defluit sentina. Ex eod. & ῥέω.

Χείμαρρος, & χειμάρρȣς, ȣ, ὁ, torrens. Ex iisd. s. e χ. & ῥόος.

Χειμαρρώδης, εος, ὁ, ἡ, torrenti similis. A pr.

Χειμὰς, άδος, ἡ, tempus hibernum, hiems. A χεῖμα.

Χειμασία, ας, ἡ, hiematio, hiemis transactio. 2) procella, tempestas. A χειμάζω.

Χειμασκέω, ῶ, fut. ήσω, hibernis exercitationibus occupor, hieme exerceor. E χεῖμα & ἀ.

Χείμαστρον, ȣ, τὸ, vestis hiemalis. A χειμάζω.

Χειματίζω, tempestate iacto seu vexo. A χεῖμα.

Χειμάω, ῶ, frigore hiberno infestor. Ab eod.

Χειμεθλιάω, ῶ, v. χειμετλιάω.

Χείμεθλον, ȣ, τὸ, pernio, vitium a frigore. A χεῖμα.

Χειμερίζω, hiberno, hiemem traduco. A χειμέριος.

Χειμερινὸς, ἡ, ὸν, hiemalis, hibernus. χειμερινὴ τροπὴ, bruma, Gl. Vet. A χεῖμα.

χειμέριος, ου, ἡ, & χειμέριος, ία, ιον, idem & ab eod.

χειμέτλη, ης, ἡ, v. χείμεθλον. Ab eod.

χειμετλιάω, ῶ, pernionibus laboro, manus pedesue hiberno frigore exulceratos habeo. A seq. vel pr.

χείμετλον, ου, τὸ, idem quod χείμεθλον.

χειμέω, ῶ, idem quod χειμάω.

χειμοθνὴς, ῆτος, ὁ, hiemali frigore enectus. E χεῖμα & θνήσκω.

χειμοσπορέω, ῶ, f. ήσω, hieme semino. A seq.

χειμόσπορος, ου, ὁ, ἡ, hieme satus, vt χειμοσπόρος, hieme sementem faciens. E χεῖμα & σπείρω.

χειμοφυγέω, ῶ, hiemem vito seu fugio. Ex eod. & φυγή.

χειμὼν, ῶνος, ὁ, hiems, bruma, Phil. 2) tempestas, Phil. A χεῖμα.

χειμωνοτύπος, ον, hibernus, vehemens, de vento. E pr. & τύπτω.

ΧΕΙ'Ρ, χειρὸς, ἡ, manus, palma, in elephantis proboscis, in aliis pedes anteriores, quibus res arripere, comprehendere solent. 2) scriptura, chirographum. 3) opes, copiæ, exercitus. 4) in ianua βάλανος. 5) χεῖρες, de pugnantibus dicuntur, vt possis vertere prælium, pugna, vt ἐν χερσὶν ἀπέκτεινε, in prælio interfecit, ἐν χερσὶν εἶναι, pugnare, ἰέναι ἐς χεῖρας, in prælium ire, prælium committere, χειρῶν νόμῳ, in acie. ἐκ χειρὸς, vi, in prælio. 6) διὰ χειρὸς, est 1) in manu. 2) in potestate, 3) vi, violenter, 4) parata pecunia, *für baar Geld.* 7) ἐν χερσὶ dicuntur & præsentia.

χειράγρα, ας, ἡ, chiragra, morbus articularis, qui manus velut captas & irretitas tenet. E pr. & ἄγρα.

χειραγωγέω, ῶ, f. ήσω, manu duco, vt cæcum, A χειραγωγός.

χειραγωγία, ας, ἡ, cum quis manu ducit. A seq.

χειραγωγὸς, οῦ, ὁ, qui manuducit, deductor, dux.

χειραπτάζω, f. άσω, manibus attingo seu tracto. E χ. & ἅπτω.

χείραργος, ον, manu agilis, in partem deteriorem. Hes.

χειρὰς, άδος, ἡ, fissura in manibus. 2) fissura in pedibus. A χείρ.

χειραψία, ας, ἡ, tactio manu. 2) leuis frictio, quæ fit suspensa manu. 3) pugna. 4) lucta. Ex eod. & ἅψις.

χειρεπιθεσία, ἡ, impositio manus, ritus Iudaicus & Christianorum in ordinandis sacerdotibus benedicendo &c. Ab eod. & ἐπίθεσις.

χείρεργον, τὸ, opus manuum, labor.

χειριάω, ῶ, laboro manuum fissura. 2) laboro chiragra. 3) doleo e labore. 4) laboro fissura pedum. A χειράς.

χειριδωτὸς, οῦ, ὁ, vt χειριδωτὸς χιτὼν, tunica manicata, manuleata. A χειρίς.

χειρίζω, f. ίσω, manu tracto. 2) administro, tracto, gero. A χείρ.

χείριος, α, ον, idem quod ὑποχ. & χειροήθης.

χειρὶς, ίδος, ἡ, manica. Gl. Vet. manus inuolucrum seu integumentum. Ab eod.

χείρισμα, ατος, τὸ, & χειρισμὸς, οῦ, ὁ, manu tractatio, quum Medicus in parte affecta aliquid agit. 2) administratio. 3) dispositio s. descriptio, v. c. orationis, modus rei tractandæ, explicandæ, item artificium. A χειρίζω.

χειρίσοφος, ου, ὁ, ἡ, v. χειρόσοφος.

χειριστὴς, οῦ, ὁ, dispensator, œconomus, administrator, procurator. A χειρίζω.

χείριστος, η, ον, deterrimus. A χείρων.

χειροβαλίστρα, ας, ἡ, talarica. E χεὶρ & βάλλω.

χειροβλένυυσος, ου, ὁ, ἡ, idem qui βλέννυσος.

χειροβαρὴς, έος, ὁ, ἡ, pondere suo manum grauans, ponderosus. Ex eod. & βάρος.

χειρόβιος, ου, & χειροβίωτος, ου, ὁ, ἡ, manibus, i. e. manuum labore, viuens.

χειροβολέω, ῶ, f. ήσω, manu iacio. E χεὶρ & βολή.

χειροβοσκὸς, ὁ, ἡ, qui manu victum quærit. E χ. & βόσκω.

χειροβρὼς, ῶτος, ὁ, manum atterens. Epith. vinculorum & manicarum. E χ. & βιβρώσκω.

χειρογάστωρ, ορος, ὁ, ἡ, cui manuum labor ventri alimenta suppeditat, qui manuum labore viuit. Ex eod. & γαστήρ.

χειρογραφέω, ῶ, chirographo caueo vel promitto, aliquid mea manu scribo. A seq.

χειρόγραφον, ου, τὸ, chirographum, cautio manu alicuius scripta. E χεὶρ & γράφω.

χειροδάικτος, ου, ὁ, ἡ, manu seu manibus cæsus, i. e. interfectus. Ex eod. & δαΐζω.

χειροδεικτέω, ῶ, f. ήσω, manu ostendo. A seq.

χειρόδεικτος, ου, ὁ, ἡ, manu demonstratus, manifestus. Ex eod. & δείκνυμι.

χειρίδεσμος, manica, copula, Gl. Vet.

χειρόδετος, ὁ, ἡ, manuleatus, ad manum vsque pertinens: de tunica, ap. Ios.

χειροδίκης, ου, ὁ, q. d. cuius ius est in manibus i. e. in manuum robore, qui ius robore suo, seu vi metitur. E χ. & δίκη.

χειροδόσιον, manupretium, Gl. V. Ex eod. & δόσις.

χειρόδοτος, ου, ὁ, ἡ, manu datus, vel in manum. 2) qui sine vsura datur. Ex eod. & δίδωμι.

χειροδράκων, οντος, ἡ, Epith. Furiæ, quia flagellum e serpentibus tortum gerit.

χειροήθης, εος, ὁ, ἡ, tractabilis, mansuetus, cicur. E χ. & ἦθος.

χειροθεσία, ας, ἡ, manuum impositio, Philox. rei tractatio, quæ fit manu, v. c. instrumenti musici. Ex eod. & θέσις.

χειροθετέω, ῶ, f. ήσω, manus impono. 2) manu tracto. E χ. & τίθημι.

χειρόκμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, manu laboratus, vel elaboratus. 2) manu factus. Ex eod. & κάμνω.

χειροκοπέω, ῶ, f. ήσω, manum abscindo vel amputo. Ex eod. & κόπτω.

χειροκρασία, ας, ἡ, manuum consertio. Ex eod. & κρᾶσις.

χειροκρατία, ας, ἡ, manuum vis seu potestas. 2) potestas, quæ vsurpatur ab iis, qui

viribus plus pollent, vis, violentia. Ex eod. & κράτος.

χειροκρατικός, ή, όν, ad χειροκρατίαν pertinens, qualis est χειροκρατίαν exercentium, i. e. violentus. A pr.

χειρόκτυπος, ον, manu strepens, de musico cithiram v. c. pulsante.

χειρολαβὶς, ίδος, ή, stiuæ pars curua, cui manum inserit arator.

χειρομακτρον, ου, τὸ, q d. manuum abstersorium, linteolum abstergendis manibus, mantile, mappa.

χειρομαντεία, ας, ή, diuinatio ex inspectione manuum.

χειρομάντης, ου, ὁ, idem quod seq.

χειρόμαντις, εως, ή, e manuum inspectione diuinans.

χειρόμαχος, ου, ὁ, ή, manibus pugnans. E χ. & μαχη.

χειρόμυλον, ου, τὸ, mola manuaria. Ex eod. & μύλη.

χειρομύλων, ωνος, ὁ, idem & ex iisd.

χειρόνιπτρον, ου, τὸ, peluis, in qua manus abluuntur, pelluuium, Gl. V. 2) manuum ablutio seu lotio.

χειρονομέω, ῶ, f. ήσω, manus ad cantum certa lege motito, concinnos gestus edo, salto. Gl. Vet. gesticulor. A χειρονόμος.

χειρονομία, ας, ή, gesticulatio, saltatio pantomimica. Ab eod.

χειρονόμος, ου, ὁ, ή, qui certa lege manus motitat, gesticulator, saltator. E χ. & νέμω.

χειρόνως, *Adu.* deterius. A χεῖρον.

χειροπέδη, ης, ή, manuum vinculum, manica.

χειρόπεδον, ου, τὸ, id. Gl. Vet. Ex iisd.

χειροπληθής, έος, ὁ, ή, manum implens, tam magnus multusque, vt manum impleat, Gl. Vet. corpulentus. χειροπληθὲς, manupletium. E χ. & πλήθω.

χειροπληθιαῖος, ὁ, ή, idem & a pr.

χειροποιέομαι, οῦμαι, manu facio.

χειροποίητος, ου, ὁ, ή, manu factus, artificio humano factus aut structus. 2) fictus, commentitius.

χειροποιήτως, *Adu.* manibus, manus artificio, opera humana. A pr.

χειροπόνητος, ου, ὁ, ή, manu elaboratus. E χ. & πονέω.

χειροπονία, ας, ή, dies festus opificum, vel artificum. Ex eod. & πόνος.

χειροσκοπικὸς, ή, όν, ad chiroscopi artem pertinens. A seq.

χειρόπους, οδος, ὁ, ή, qui χειράδας in pedibus habet. v. χιρόπους.

χειροσκόπος, ου, ὁ, ή, qui manus inspicit, vt ex iis diuinet.

χειρόσοφος, ου, ὁ καὶ ή, q. d. manu sapiens, gesticulator, saltator, artifex inpr. scenicus.

χειροτένων, οντος, ὁ, ή, qui manibus est neruosis.

χειρότερος, α, ον, deterior. Vox poët. a χείρων.

χειρότευκτος, ον, manu factus. E χ. & τεύχω.

χειροτεχνέω, ῶ, f. ήσω, manu artem facio, opifex sum. A χειροτέχνης.

χειροτέχνημα, ατος, τὸ, opus manufactum, opificium. A pr.

χειροτέχνης, ου, ὁ, opifex. E χ. & τέχνη.

χειροτεχνία, ας, ή, opificium, artificium manufactum. Ex iisd.

χειρότμητος, ου, ὁ, ή, manibus excisus.

χειροτονέω, ῶ, f. ήσω, manum protendo & attollo, per suffragia creo, extenta manu suffragium fero, & creo, Phil. nuncupo, creo. χειροτονηθεὶς, designatus, Phil. aor. 1. part. pass. κεχειροτονημένος, idem. Philox. perf. pass. A χειροτόνος.

χειροτονητὴς, ου, ὁ, creator, qui designat, creat. A pr.

χειροτονητὸς, ή, όν, suffragiis creatus & constitutus. Ab eod.

χειροτονία, ας, ή, creatio, ordinatio. 2) suffragium, Phil. Ab eod.

χειροτόνος, ὁ, ή, f. χειρότονος, Epith. precum, quæ sublatis manibus fiunt. E χ. & τείνω.

χειροτριβέω, ῶ, f. ήσω, manu frico. E χ. & τρίβω.

χειρουργέω, ῶ, f. ήσω, manibus operor seu opus facio, operor. A χειρουργός.

χειρούργημα, ατος, τὸ, opus manu factum, opificium. A pr.

χειρουργία, ας, ή, actio vel operatio, quæ fit manu. Ab eod.

χειρουργικὸς, ή, όν, qui in manuum opere versatur, qui manu exercetur, seu qui manus opera indiget. 2) chirurgicus, ad chirurgum pertinens. ή χειρουργικὴ, ῆς, sc. τέχνη, chirurgia, ars siue scientia chirurgi. A pr.

χειρουργικῶς, *Adu.* arte chirurgica. A pr.

χειρουργὸς, ου, ὁ, qui manu operatur. 2) chirurgus, qui manus medicas alicui adfert. E χ. & ἔργον.

χειρόχωλος, ου, ὁ, ή, manu debilis seu mancus.

χειρόω, ῶ, & χειρόομαι, οῦμαι, tracto. 2) manu, vi supero, vel manibus superatum capio, in potestatem redigo, subigo, domo. A χείρ.

χείρωμα, τὸ, quicquid manu fit vel factum est, vt cædes, immolatio &c. A pr.

χείρων, ονος, ὁ, ή, peior, deterior. *Compar.* a κακός. (vel potius ant. χερὸς, χερείων.)

χείρων, ωνος, ὁ, Chiron, Centaurus.

χειρωνάκτης, ου, ὁ, idem qui χειρώναξ.

χειρωνακτικὸς, ή, όν, v. c. βίος, πόνος, vita, labor opificis. A seq.

χειρώναξ, ακτος, ὁ, opifex, operarius. E χ. & ἄναξ.

χειρωναξία, ας, ή, opificium. A pr.

χειρώνειον, ου, τὸ, siue χειρωνὰς, άδος, ή, centaurium magnum. A χείρων

χειρωτικὸς, ή, όν, in potestatem redigens, vim redigendi in potestatem habens. ή χειρωτικὴ, ap. Plat. ars augendæ rei familiaris, quæ fit v. c. præda, captura &c. A χειρόω.

χείω, f. χείσομαι, capio, capax sum. 2) fundo. Ab χεύω & pro χέω.

χελεὺς, έως, ὁ, idem quod χέλυς.

χελιδόνειος, ου, ὁ, ἡ, hirundineus. A χελιδών.

χελιδονεὺς, έως, ὁ, plur. χελιδονεῖς, pulli hirundinum. Ab eod.

χελιδονίζω, f. ίσω, hirundines imitor garrulitate. 2) barbare loquor. 3) hirundini ſtipem colligo, circumeundo oppidanorum ædes & cantilenam canendo de hirundinis aduentu. Ab eod.

χελιδόνιος, ία, ιον, vel ιος, ον, hirundineus. τὸ χελιδόνιον, chelidonia, genus ficorum. 2) herba oculis vtilis. 3) gemmæ genus. Ab eod.

χελιδονιςὴς, οῦ, ὁ, qui hirundini ſtipem colligit. A χελιδονίζω.

ΧΕΛΙΔΩ'Ν, όνος, ἡ, hirundo. 2) piſcis polypo ſimilis. 3) cauum in vngula equi.

χελύα, v. χελύσσομαι.

χελυδρος, ου, ὁ, teſtudo marina, ſeu aquatica. E χέλυς & ὕδωρ.

χελύκλονος, ὁ, ἡ, lyræ modo ſonans. Ex eod. & κλόνος.

χελύνειον, & ιον, ου, τὸ, & χελύνη, ἡ, labrum, labium. A ſq.

χέλυον, & χέλειον, ου, τὸ, teſta teſtudinis, ſ. teſtudo. A χέλυς & χελεύς.

ΧΕ'ΛΥΣ, υος, ἡ, teſtudo, animal duriſſimæ teſtæ. 2) teſtudo, i. e. inſtrumentum muſicum, lyra. 3) pectus, quia teſtudini ſimile, & pulmones tegit.

χελύσκιον, ου, τὸ, tuſſicula. A pr.

χέλυσμα, ατος, τὸ, aſſamentum, quod poſtremum clauis ſubſternitur carinæ & adfigitur, ne atteratur frangaturue, quum nauis ſubducitur. A pr.

χελύσσω, λύσσομαι, λύττομαι, χελύω, tuſſio, ſcreo. A χέλυς, n. 3.

χελωνάριον, τὸ, Dimin. a χελώνη, teſtudo parua.

χελώνη, ης, ἡ, teſtudo. 2) teſtudo, i.e. continuata ſeries ſcutorum, ſenſim curuata in modum teſtudinis. 3) machina qua veteres in oppugnandis vrbibus vtebantur. 4) idem quod χελωνὶς, n. 3. A χέλυς.

χελώνιον, vel χελώνειον, ου, τὸ, tegumentum teſtudinis. 2) conuexa dorſi pars, ſeu pars gibboſa, quæ in ſpeculis prominet. A præced.

χελωνὶς, ίδος, ἡ, Muſicum inſtrumentum, teſtudo. 2) limen oſtii. 3) ſcabellum, quod vel pedibus ſubiicitur, vel per quod in lectum aſcenditur. Ab eod.

χελωνοφάγος, ου, ὁ ἡ, qui teſtudines comedere ſolet, iis alitur.

ΧΕ'ΝΝΙΟΝ, ου, τὸ, auicula, coturnicis puſillæ genus, in Aegypto. Athen.

χεράς, άδος, ἡ, aceruus paruorum lapidum, qui vna manu ſimul tolli poſſunt. 2) colluuies miſta cœno & lapidibus. A χείρ.

χερείων, ονος, ὁ, ἡ, deterior. *Dat.* χερείονι & χέρηϊ, *Acc.* χερείονα & χέρηα, & χέρεια. *Plur.* χερείονες, χέρηες, χερείονα, χέρεια. *Comp.* χερειότερος. A χείρων.

χεριάρας, ου, vel α, ὁ, qui aliquid manu aptat & compingit. Ex eod. & ἄρω.

χεριφυρὴς, έος, ὁ, ἡ, manu ſubactus. Ex eod. & φυρω.

χερμάδιον, ου, τὸ, lapis miſſilis, quaſi qui manu capi poteſt. A ſq.

χερμὰς, άδος ἡ, idem. A χείρ.

χερμαςὴρ, ῆρος, ὁ, funda. A pr.

χέρνα, ης, ἡ, paupertas, quum quis victum manu quærit. (Ab antiquo χάρω vel χέρω, vnde lat. *carere*, & χερείων, vel χείρων. quaſi pro χέρινος, χερίνα.

χερνὴς, ῆτος, ὁ, ἡ, manu victum quærens, manu ſe ſuſtentans. Ab eod.

χερνήτης, ου, ὁ, idem & ex iisd.

χερνητικὸς, ἡ, ὸν, pertinens ad χερνῆτας, vel qualis eſt eorum, qui χερνῆτες, aut χερνῆται, dicuntur. A pr.

χερνῆτις, ιδος, ἡ, manuum labore viuens. Ab eodem.

χέρνιβον, ου, τὸ, malluuium, peluis. A χέρνιψ.

χέρνιμμα, ατος, τὸ, manuum lotio. A ſq.

χερνίπτομαι, f. ψομαι, manus lauo. χερνίψαντο, aor. 1. med. pro ἐχερνίψαντο. A ſq.

χέρνιψ, ιβος, ἡ, aqua, qua abluuntur manus ante cibum. 2) lauacrum & ipſa manuum ablutio. 3) malluuium. Ex χεὶρ & νίπτω.

χεροκένως, *Adu.* vacuis manibus, ſine munere. Ex eod. & κενῶς.

χερόπληκτος, ὁ, ictus manu impactus. A χεὶρ & πλήσσω.

χεῤῥονησιάζω, figuram gero Cherroneſi ſeu peninſulæ, vt vrbs, quæ in mare porrecta eſt. A χεῤῥόνησος.

χεῤῥονησίζω, ſiue χερσονησίζω, f. ίσω, idem & ab eod.

χεῤῥονήσιος, ία, ιον, ad Cherſoneſum pertinens, vel e Cherſoneſo oriundus. Ab eod.

χεῤῥονησιτέω, ῶ, peninſulam refero. A ſq.

χεῤῥονησίτης, ου, ὁ, in Cherſoneſo habitans.

χεῤῥονησιώδης, εος, ὁ, ἡ, peninſulæ ſimilis, peninſulæ ſpeciem habens. A χεῤῥόνησος.

χεῤῥονησιώτης, ου, ὁ, idem quod χεῤῥονησίτης. E χέῤῥος & νησιώτης.

χεῤῥονησοειδὴς, vel χερσονησοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, Cherrhoneſi ſeu Cherſoneſi figuram habens. E ſq. & εἶδος.

χεῤῥόνησος, vel χερσόνησος, ου, ἡ, peninſula. E ſq. & νῆσος.

χέῤῥος, ſiue χέρσος, ου, ὁ, ἡ, deſertus incultusque, aſper. 2) *Subſt.* ſolum deſertum. 3) terra, ſolum, continens.

χερσαῖος, αία, αῖον, terreſtris. A pr.

χερσεία, ἡ, locus incultus. A ſq.

χερσεύω, f. εύσω, in terram continentem vertor. 2) incultus ſum, negligor. Ab eod.

χέρσινος, ίνη, ινον, idem quod χερσαῖος. Ab eodem.

χερσοειδὴς, ὲς, continenti ſimilis. Ex eod. & εἶδος.

χερσόθεν, *Adu.* a littore, a terra, a continenti. Ab eod.

χερσόθι, *Adu.* in terra, in continenti. Ab eod.

χερσομανέω, ῶ, valde deſertus & incultus ſio, ſilueſco, incultam naturam induo. Ex eod. & μαίνομαι.

Χέρσονδε, *Adu.* in terram ſeu continentem. A ſeq.
Χέρσος, v. χέῤῥος.
Χερσόω, ῶ, f. ώσω, deſolo, efficio, vt terra fiat inculta & deſerta. 2) terram continentem efficio. χερσᾶται, deſolatur, exſiccatur, ſterileſcit. 2) ſit continens terra. Ab eod.
Χέρσυδρος, ȣ, ὁ, coluber, Philox. boa, Gl. Vet. Ex eod. & ὕδρος.
Χερσώδης, εος, ὁ, ἡ, incultus, vt χερσώδεις τόποι, dumoſa loca, Phil. Ab eod.
Χερύδριον, ȣ, τὸ, Dim. a χείρ.
Χεσείω, cacaturio. A χέζω.
Χεῦμα, ατος, τὸ, quod fuſum, effuſum, aut diffuſum fluit, flumen, Gl. Vet. vnda, fluentum. 2) libamen. 3) vas eſcarium, diſcus. A ſeq.
Χεύω, fundo. A ſq.
ΧΕ'Ω, proprie hio. *Vnde*, capax ſum, capio. 2) fundo, effundo, diffundo. 3) liquefacio, liquo.
Χηλαργὴς, ȣ, ὁ, ἡ, qui eſt velocibus vel albis vngulis. E χηλὴ & ἀργός.
Χήλευμα, ατος, τὸ, inſtrumentum fuentis aliquid. 2) ipſum opus textile vel ſutile. A χηλεύω.
Χηλευτὸς, ἡ, ὸν, nexilis, plexilis, ſutilis. 2) nexus, plexus, ſutus. Ab eod.
Χηλεύω, f. εύσω, ſuo, plecto, necto. A ſq.
Χηλὴ, ῆς, ἡ, forfex cancrorum. 2) vngula biſulca & bipartita, vt forfices cancri, item vngues auium ap. Poët. 3) ſpecillum bifurcum ſumma parte inciſum. 4) in ſagitta γλυφίς. 5) moles procurrens in mare, ad arcendum impetum aquæ (a muris, portu) aggeres: item pilæ, eiuſdem vſus. A χέω.
Χηλινὸς, ἡ, ὸν, plexus, textus. A ſq.
Χηλὸς, ȣ, ἡ, arca, ſeu arcula, capſula. Ab eod.
Χήλωμα, τος, τὸ, idem quod χηλὴ n. 4. quaſi a χηλόω, incido, ſcalpo.
Χήμη, ης, ἡ, hiatus, oſcitatio, quæ fit ore hiante. 2) oſtrei genus. Ab eod. f. χάω.
Χήμωσις, εως, ἡ, adfectus albi in oculo, ſupra nigrum eminentis quaſi a χημόω. A præced.
ΧΗ'Ν, χηνὸς, ὁ, ἡ, anſer.
Χηναλώπηξ, εκος, ὁ, q. d. vulpanſer, auis nomen.
Χήνειος, εία, ειον, anſerinus. A χὴν.
Χήνεος, έα, εον, idem & ab eod.
Χηνέω, ῶ, irrideo, illudo, proprie ore hiante & in cachinnos reſoluto. Heſ. Ab eod.
Χήνημα, ατος, τὸ, illuſio. A pr.
Χηνιδεὺς, έως, ὁ, pl. χηνιδεῖς, pulli anſerini. A χὴν, quaſi a χηνὶς, Dim. f. χηνίον.
Χηνίζω, f. ίσω, tibia cano.
Χηνίον, ȣ, τὸ, anſerculus. Dim. a χὴν.
Χήνιος, ία, ιον, anſerinus. Ab eod.
Χηνίσκος, ȣ, ὁ, anſerculus, plerumque is, qui in puppi nauis ad ornamentum effingebatur. Dim. ab eod.
Χηνοβοσκεῖον, ȣ, τὸ, locus, in quo aluntur anſeres. A χηνοβοσκός.
Χηνοβοσκία, & βοσία, ας, ἡ, anſerum paſtio. Ab eod.
Χηνοβόσκιον, ȣ, τὸ, grex anſerum, qui vna paſcuntur. Ab eod.
Χηνοβοσκὸς, ȣ, ὁ, ἡ, anſeres paſcens ſeu alens. Phil. anſerarius. E χὴν & βόσκω.
Χηνομεγέθης, εος, ὁ, ἡ, anſeris æqualis. Ex eod. & μέγεθος.
Χηνοτροφεῖον, ȣ, τὸ, cors, in qua aluntur anſeres.
Χηνυσέω, vel σρέω, ῶ, clamo, vociferor; proprie, hio. Ab eod.
Χηνύσρα, ας, ἡ, hiatus. Ab eod.
ΧΗ'Ρ, ρὸς, ὁ, echinus, lat. her.
Χήρα, ας, ἡ, vidua. A χῆρος.
Χηράζω, f. άσω, viduo, viduum vel viduam reddo. Ab eod.
Χηραμὶς, ίδος, ἡ, cauernula, latibulum paruum. 2) caua concha. A χηραμός.
Χηραμοδύτης, ȣ, ὁ, qui ferarum latibula ſubit. Ex eod. & δύω.
ΧΗΡΑΜΟ'Σ, ȣ, ὁ, cauerna, latibulum, luſtrum ferarum.
Χηράμων, ονος, ὁ, idem. A pr.
Χηράσκω, viduo. A χήρα.
Χηρεία, ας, ἡ, viduitas, vita vidua. A χηρεύω.
Χήρευσις, εως, ἡ, idem. A ſq.
Χηρεύω, f. εύσω, viduus vel vidua ſum, viduam vitam dego. 2) deſtituor, priuor, careo, egeo. 3) viduo. A χῆρος, f. χήρα.
Χηρεῖος, ία, ιον, viduus. Ab eod.
ΧΗ͂ΡΟΣ, χήρα, χῆρον, viduus, orbus, indigens.
Χηροσύνη, ης, ἡ, viduitas. A pr.
Χηρόω, ῶ, f. ώσω, viduo, viduum reddo, orbo, priuo. Ab eod.
Χήρωσις, εως, ἡ, cælibatus, viduitas, orbatio, deſolatio. A pr.
Χηρωσαὶ, ων, οἱ, viduarum tutores. 2) qui propinquitate iuncti ſunt generi & familiæ hæredibus carenti, & qui ſuccedunt, vbi nulli legitimi & propinqui heredes ſunt. Ab eod.
Χητεία, ας, ἡ, indigentia, inopia. A χῆτις.
Χητίζω, indigeo, deficio. Ab eod.
Χῆτις, εως, ἡ, vel χήτης, ητος, ἡ, indigentia, penuria, inopia. A χατέω.
Χῆτος, εος, τὸ, penuria, defectus. occurrit χήτει dat. v. χᾶτος.
Χητοσύνη, ης, ἡ, idem. 2) viduitas. A pr.
Χθαμαλοπτήτης, ȣ, ὁ, humi volans, non multum a terra ſe attollens volatu. E ſq. & ἵπταμαι.
Χθαμαλὸς, ἡ, ὸν, humilis. A χαμαί.
Χθαμαλότης, ητος, ἡ, humilitas, Phil. A pr.
Χθαμαλόω, ῶ, f. ώσω, humilem reddo, ſolo æquo, complano. Ab eod.
ΧΘΕ'Σ, *Adu.* heri. ὁ, ἡ, τὸ, χθὲς, heſternus, a, um. v. ἐχθὲς.
Χθεσινὸς, ἡ, ὸν, heſternus. A pr.
Χθιζὰ, *Adu.* heri. A χθιζός.
Χθιζινὸς, ἡ, ὸν, idem quod ſq. & a ſq.
Χθιζὸς, ἡ, ὸν, heſternus, poët. pro heri. in genere eius ad quem refertur. A χθὲς.
Χθόα, ἡ, idem quod χθών. A χέω.
Χθόϊνος, η, ον, terreus, terrenus. A pr.

Χθονήρης

Χθονήρης, εος, ὁ, ἡ, idem quod χθόνιος. A χθών.

Χθονιαφόρος, ε, ὁ, ἡ, qui in terram defertur. E sq. & φέρω.

Χθόνιος, ία, ιον, & χθόνιος, ε, ὁ, ἡ, terrenus, terreſtris. 2) qui eſt alicuius regionis, territorii, indigena. 3) ſubterraneus, mortuus, ad mortuos pertinens. 4) infauſtus. 5) ſordidus, improbus. χθόνιοι θεοὶ, inferi dii. Gl. Vet. A χθὼν.

Χθονόπαις, αιδος, ὁ, ἡ, terræ filius aut filia, terrigena. Ex eod. & παῖς.

Χθονόπλαςος, ε, ὁ, ἡ, e terra factus. Ex eod. & πλάςος.

Χθονοτιβὴς, έος, ὁ, ἡ, in terra calcatus vel depreſſus. 2) terreſtris. Ex eod. & σίβος.

Χθονοτρεφὴς, έος, ὁ, ἡ, terræ aluminus vel alumna. Ex eod. & τρέφομαι.

Χθύπτης, ε, ὁ, caleus. A χέω.

ΧΘΩ'Ν, χθονὸς, ἡ, terra, humus.

Χιὰ, ᾶς, ἡ, latebra. A χειά.

Χιάζω, f. άσω, noto figura litteræ X, quæ eſt nota verſus aut loci ſpurii, vel alius vitii, verbi inſolentius, aut durius, aut noue, aut parum proprie dicti. 2) decuſſo. Gl. Vet. χιάζειν, decuſſare. A χῖ littera.

Χίασμα, τος, τὸ, figura decuſſis, ſignum X. A pr.

Χιασμὸς, ε, ὁ, decuſſatio. 2) notatio loci in ſcriptore aliquo littera X. 3) figura grammatica, cum duo verba reſpondentia duobus prioribus inuerſo ordine ponuntur; vt primum quarto, ſecundum tertio reſpondeat. Ab eod.

Χιαςὸς, ἡ, ὸν, decuſſis formam habens. Ab eodem.

ΧΙ'ΔΡΟΝ, ε, τὸ, Plur. χίδρα, ων, nouella tritici grana.

Χιλεύω, f. εύσω, ſagino. 2) paſcor, depaſcor. A ſeq.

Χιλὴ, ῆς, ἡ, materia eſculenta. A χιλός.

Χιλιάκις, millies. A χίλια.

Χιλίανδρος, ον, mille hominibus conſtans. E χίλιοι & ἀνήρ.

Χιλιαρχέω, ῶ, f. ήσω, mille viris ſeu militibus præſum; ſum tribunus militaris. A χιλίαρχος.

Χιλιάρχης, ε, ὁ, qui mille viris præeſt, mille militum præfectus, tribunus. E χίλιος & ἀρχή.

Χιλιαρχία, ας, ἡ, imperium in mille viros, præfectura mille virum ſeu militum. Phil. tribunatus. A pr. f. ſq.

Χιλίαρχος, ε, ὁ, idem quod χιλιάρχης. Phil.

Χιλιὰς, άδος, ἡ, mille, numerus millenarius. A χίλιοι.

Χιλιαςαὶ, ῶν, οἱ, millenarii, ſeu milliarii, qui Chriſtum in terras reducem cum ſuis ante mundi interitum mille annos regnaturum credunt. A χιλιὰς vel χιλιάζω.

Χιλιέτης, ε, & χιλιετὴς, έος, ὁ, ἡ, qui eſt mille annorum. E ſq. & ἔτος.

ΧΙ'ΛΙΟΙ, ιαι, α, mille.

Χιλιόκωμος, ε, ὁ, ἡ, mille vicos ſeu pagos habens. E pr. & κώμη.

Χιλιόμβη, ης, ἡ, ſacrificium e mille bubus ſeu aliis animalibus. Ex eod. & βες.

Χιλιόπαλαι, Adu. iam dudum, ante longum tempus. Ex eod. & π.

Χιλιοπλάσιος, ία, ιον, millecuplex. 2) millies auctus. Ab eod.

Χιλιοπλασίως, Adu. millies. A pr.

Χιλιόπες, οδος, ὁ, ἡ, millepeda, Gl. Vet.

Χιλιοςὸς, ἡ, ὸν, milleſimus. Ab eod.

Χιλιοςὺς, ύος, ἡ, milleſima pars. 2) cohors millenaria, mille viri. 3) millenarius numerus.

